Si vo materia colerica fuerit poterit ſm dicta Hypo. flebotomari de vena cephalica ꝯrie partꝫ parti leſe: ſed mihi vr ꝙ ſcarificatio magis vtilis ſit in hac cā: qr ſacrificatio ſubtiliores ⁊ magis acutos humores purgat ⁊ remouet qꝫ flebotomia. purgeť ſepe cum pillulis q̄ ſic fiunt. ℞. aloes. ʒ. v ſene epithimi ſcamonee: maſticis: añ. ʒ. s. fiāt pillule cū ſucco lactucarum. doſis eaꝝ ē. ʒ. j. vel. j. s. ſeu. ij. danť in ſero ſine cena. vel ſumat decoctionē q̄ ſic fit. ℞. mirobalanoꝝ citrinoꝝ. ℥. j. prunorū. ℥. ij. piſtenť. mirobalani ⁊ buliāt i. ℥. vj. aque donec medietas ſit ꝯſumpta coleť ⁊ in colatura illa diſſoluať. ℥. j. s. māne. ⁊. ℥. ij. ſyrupi violati. detur h totū ante diē dormiat ſup illud donec medicina fuerit excitata poſtea cū excitata fuerit ñ dormiat quouſqꝫ eiꝰ virtus fuerit cōſumpta. fiat aliqñ cliſtere de quo fecimꝰ mentionem ſuperius. ſumat omni mane. ℥. iij. de aqua q̄ ſic ſit. ℞. coriandri: pſilij añ. ℥. ij. zuchari. ℥. iiij. piſtenť ⁊ buliant ſimul aliquātulū ⁊ colenť. Dieta ⁊ potus fiat vt dixímꝰ in precedenti. Vngať locꝰ cum oleo violato vel oleo de ſalice: embrocetur etiā cum ſucco lactucaꝝ ⁊ aqua ro. ⁊ ſi neceſſe fuerit ꝓpter acuitatem doloris: miſceať cum eis aliqd opij vl' iuſqami ſeu papaueris albi vel nigri: ⁊ etiam aliquid aceti.

Si aūt p hāc viā hic dolor neqꝫ ſuperior remoueretť: fiat cauteriū cū ferro ignito ſup locum: vl' veſiceť locus cū cātaridibus: vt dicit Auic. in h. c. qd non vr mihi ſic vtile vt cauteriuz cū ferro: nec p operatōem in veſicatiōe cū medicinis inueni tā tā vtilitatē vt in cauterio cū ferro: ⁊ h vult Albuchaſis in ſua cirugia. Qñ materia fuerit fri. flegmatica ſeu melācolica comedat carnes edinas caſtratinas ⁊ pullinas. ⁊ arietinas vnius anni: ⁊ carnes pdicum ⁊ faſianoꝝ ⁊ oīuz auiū degētiū in arboribus ⁊ i pratis ⁊ nō in aquis. Comedat ēt pullos colūbaꝝ ⁊ carnes capꝛioli ⁊ porci ſiluestris macras ꝯditas cuz pipere lōgo: galāga cardamomo ⁊ croco. pōt etiā comedere carnes aſſatas ⁊ i teſtula ⁊ paſtilo cōditas cū eodē puluere ⁊ folijs petroſilini ⁊ pingedine porci. Sumat aliqñ oua ſorbilia ⁊ olera facta ex feniculo ⁊ boragie. ⁊ alea cocta poteſt comedere cū melle. purgeť pillulis fetidis vl' ſtomaticis ſeu cochijs: vel cū pillulis de eleboro nigro. ſi materia fuerit melācolia q ſic fiūt. ℞. ſene epithimi añ. ℥. j. elebori nigri. ℥. ij. ſcamonee maſticis añ. ʒ. s. ro. ru. ℈. j. fiant pillule cum ſucco polipodij ſeu cū vino decoctōis eiꝰ. doſis eaꝝ ē. ʒ. j. s. vel. ʒ. ij. vel purgeť cū decoctiōe q ſic fit. ℞. turbit. ʒ. ij. ſene epithimi añ. ʒ. j. polipodij. ℥. j. mirobalanoꝝ indoꝝ. ℥. s. piſtenť ⁊ buliāt in. ℥. vj. aque donec ſit ꝯſumpta medietas: coleť ⁊ in colatura illa addanť. ℥. ij. mell' ro. colati vel. ʒ. ij. ſyrupi ro. deť i matutinis ⁊ fiat ſomnꝰ ſup eā donec virtꝰ eius fuerit excitata: ⁊ poſtea nō dormiat donec eiꝰ virtꝰ fuerit conſumpta. fiant cliſteria cū aqua decoctiōis agarici colognitide ⁊ centauree. ⁊ blete ⁊ ſene ⁊ polipodij: ⁊ oleo ⁊ melle: ⁊ aliqñ cum ſale ⁊ alquādo nō. Vnganť nares cū oleo de ſpica vel oleo de caſtoreo: ſeu oleo de lilio que ponimus i antidotario vel cū oleo in quo ſit diſſolutū euforbiū vel caſtoreū. Emigraneā ex illa cā frigida vel cauſis curauimꝰ multotiens ⁊ multos religioſos ⁊ nō religionſos in quacūqꝫ etate ⁊ hñ ſucceſſit nobis. Vñ ſcias pro certo ꝙ nihil vtilꝰ ē in doloribus mēbroꝝ q non curant per mūdificationes ⁊ medicinas qꝫ cauteriū nam ipſum reſoluit oēm materiam ⁊ equat oēm cōplexionē excedētez vitio alicuius materie humoralis. In h caſu nar-

rat Auic. li. iij. c. de emigranea ꝙ quidam medici narrauerūt ei mirabile de quodam emplaſtro ꝙ ſic fit. ℞. radicū cucumeris aſinini: abſinthij an. ℥. i. decoquātur in oleo ⁊ aqua mixtis equaliter iſta duo donec diſſoluta ſint. Embrocetur locus doloroſus ex aqua ⁊ oleo ⁊ fiat emplaſtrum ex fece. i. ex radicibꝰ ⁊ abſinthio ſuper locum doloroſum. h. n. emplaſtrum vt dicebant ſanabat omnē emigraneam cum fe. ⁊ abſq; fe. ex quacūq; cauſa fieret. ſed nos de iſto veritatem non ſcimus quia non vſi fuimus noſtro tempore. alia enim narrata nobis meliora videnť temporibus ſuis.

Caplm. xij. de apoſthemate calido in cerebro ⁊ vocatur freneſis.

Omne apoſthema cerebri vel velaminis cali. vel frigidum cōmuni nomine karabitus appellatur: ⁊ ab Alman. appellať birſen: ⁊ ab Auic. ſirſen. ſed apoſthema pectoris ⁊ coſtarum appellať ab Auic. birſen. ⁊ ab Almā. ſirſen. Et ꝑ hoc videre potes ꝙ in nominibus non eſt multa vis niſi apud medicos nominales qui delectatur in debilibꝰ ⁊ truffis ⁊ nō in inqſitione rei ⁊ eius cauſe ſeu cauſis. Et ſcire cōuenit ꝙ ſermo illoꝝ qui dicunt ꝙ cerebꝝ non apoſthematur neq; os: eſt erroneus. Nam omne mēbꝝ viuū nutritur cum vita ſit exiſtēs ꝑ alimentum: ⁊ cū hoc omne mēbꝝ hꝫ vias occultas vel manifeſtas ꝑ quas recipit ipſuꝫ. ſ. nutrimētum: vel per quas ad mēbꝝ deriuatur: ⁊ ipſum nutrimētū ꝓꝑ humiditatem actualem quā hꝫ per accidens: ⁊ etiaꝫ ꝑ multa accidentia poſſit alterari ⁊ mutari: pōt nutrimentuꝫ: putrefieri in ipſo cū membro ⁊ corrūpi: ⁊ cū corrumpitur ⁊ putrefiat ledere pōt actualiter ſubſtāciā membri ſm cōplexionē ⁊ cōpoſitionem ⁊ continuitatē: q̄ leſio ē apoſthematio manifeſta: ⁊ ꝑ iſtā viā dicūtur mēbra ſicca dura ⁊ mollia apari. Verꝝ eſt ꝙ apoſthematio q̄ ē iflatio manifeſta ſenſibilis apud laycos ſeu eminentia cum generatione ſaniei manifeſta apud ſenſum i illis mēbris nō ſic dr̄. ſ. ex eo: q: membra ſicca vt oſſa nō extēdūtur ꝓꝑ eoꝝ ſiccitatē: ſꝫ potius eoꝝ ſubſtantia frangiť vel ſeparať: mollia vero vt cerebꝝ ⁊ medulla ꝓꝑ fluiditatem ſubſtātiarū nō extēdunť: ſꝫ potius mollificanť vel ībibūtur: ⁊ cū debent apoſthemari putreſcūt eoꝝ ſubſtātie ⁊ macreſcūt: ⁊ ſm h ꝑ iſtam viā ꝑdicta membra ⁊ ēt dētes apari dicunť. Fit aūt freneſis ī ſubſtātia cerebri aliqñ in parte anteriori: ſꝫ vt plurimū in velamine: ⁊ fit aliqñ a ſaguine aliqñ a colera ſeu a materia aduſta: ⁊ h totū dicit Auic. iij. li. c. de karabito calido. Et ſcias ꝙ freneſis dr̄ vera ⁊ nō vera. vera appellatur ab Auic. qñ incipit ⁊ ē egritudo ꝑ ſe ꝑter ꝙ aliq̄ egritudo antecedat eā. ñ vera appellať qñ fit poſt aliā egritudinē q̄ freneſiꝫ añcedit: vl' nō vera appellať oīs alienatio q̄ eſt cum febre.

Signa eiꝰ ſūt fe. ꝯtinua cū rubedine faciei ⁊ oculoꝝ: ⁊ magnitudo pulſus cū velocitate: ⁊ replō venaꝝ ⁊ hitudo corporꝫ craſſa i q̄ ſāguis mltiplicatꝰ ē: ⁊ viſus reꝝ generātiū ſāguinē. ⁊ ſi cū iſtꝫ affuerit horor luminis ⁊ dolor capitꝫ ⁊ freq̄ntia i pulſu: ⁊ ligua nigra aut citria: ⁊ ꝑmixtio rōnis ⁊ mltiplicatio alienatōis: ⁊ cū h vigilie multiplicate fuerit ⁊ abomiatio loq̄lle ⁊ pigritia i ea: ⁊ clamor pꝰ ſuū dormire ⁊ extremorū frigꝰ ⁊ agitatio ⁊ anhelitꝰ iordinatꝰ: tūc ſcire dbes ꝙ freneſis ꝑfecta erit. Et ſi cū h i pñº añ ꝯfirmatōeꝫ appareuerit vrina q̄ atteſtať ſup dñiuꝫ ſāguinis: vt ē vria ruffa ⁊ ſpiſſa verior: erit eiꝰ ſignificº ꝙ maťia eiꝰ fuerit ſāguis: ⁊ ſi riſus multiplicareť certior erit ſignificatio ſup materiā ſāguineā.

Signa eius que eſt colera ſunt feb. continua vehemētis caliditatis ⁊ acuitatis ⁊ ſaltus: ⁊ alienatio vehemēs. ⁊ viſus aū h reruꝫ acutaꝝ ⁊ calidaꝝ. ſ. alei: ſinapis piperis ⁊ mellis ⁊ vini acuti ⁊ rei ſalſe ⁊ ſilium ⁊ velocitas pulſus cū ſpiſſitudine ⁊ deſideriū attrahēdi aerē cōtinue vltra ſolitū ⁊ citrinitas faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ inq̄etudo ⁊ vociferatio ⁊ clamor multus. Si aūt humor hic eſſet aduſtus omnia illa accidentia intenderenť in ſuo eſſe: ⁊ cū h apparet diſpoſitio demonij ⁊ rixa ⁊ ſenſus magnificareť ⁊ etiā inquiſitio rerū cū extremis ⁊ manibus ⁊ oculi fuerint ꝯturbati valde. Verū tamē freneſis non vera differt a vera in hoc vt narrat Auic. c. de karabito calido. q: nō vera ſeq̄ť in fortitudine ſua fortitudinē fe. ⁊ alleuiať cuꝫ alleuiatione fe. ſed in vera eſt coº Hypo. particula. vj. ponit Amphoriſmū a quo trahiť cura freneſis calide q̄ talis ē. Melācolicis ⁊ freneticis emoroides innate bonū: apparet. ⁊ in h oēs alij phi cōueniūt ꝙ ſubtractio ſanguinis ⁊ ſpecialiť ꝑ flebotomiā de vena cephalica q̄ ē inť policē ⁊ indicē ē ꝯueniens niſi virtꝰ ꝯdixerit. Si aūt cognouerꝫ ꝙ infirmus deſecerit vl' ꝯſuetꝰ ſit deficere ꝑ flebotomiā: abſtinere ab ea meliꝰ ē vel ſtatim ſi ab ea abſtinere nolueris q: vides eius habitudinē bonā ⁊ carnoſam: ⁊ cōſideras ꝙ h nō accidit ei ꝓꝑ debilitatē ſꝫ ꝓꝑ timorē: ciba ipꝫ aū flebotomiā mica panis īfuſa in vino de gra. ſeu agreſta: q: h tale d ꝓꝑetate ꝛmouet ſincopi ꝓueniētē ex flōmia vt volūt phi ⁊ ſpecialiť Auic. j. li. c. de flebotomia. Et nō timeaſ flebotomiā faceť omni hora ⁊ tpe ſi affuerit neceſſitas. q: vt dicit Auic. c. de flebotomia. flebotomia hꝫ duas horas: electā. ſ. ⁊ neceſſariaꝫ. electa qñ infirmꝰ poteſt expectare ⁊ illa hora ē inť ortuꝫ ſolis ⁊ tertiā horaꝫ diei. neceſſaria qñ expectare nō poteſt ꝓꝑ ipetū ⁊ magnitudinē infirmitatis. ⁊ h dꝫ fieri omni hora ⁊ omni tpe. Scire ēt hic cōuenit ꝙ ſubtractio ſanguinis cū iteratōe flebotomie bis in die vel in duobꝰ diebꝰ h' eſt melior ⁊ magis laudabilis ⁊ minꝰ debilitate vl' offendit q̄ꝫ ſubtractio in q̄ vna hora tota q̄ntitas ſanguinis neceſſaria remoueť. ⁊ h dicit Auic. c. de flebotomia. verū ē ꝙ noſtro tpe in vltos habuimꝰ infirmus q̄ ſubtractione q̄ntitatis neceſſarie ſanguinis ſubtrahebāt ⁊ iteratiōeꝫ flebotomie ſuſtinere nō valeant imaginādo timorē: ⁊ in iſtis iteratiōeꝫ flebotomie locū hrē ñ dicimꝰ ꝓꝑ timorē ſincopis future cōtingētis ex imaginatiōe: ſeu ꝓꝑ vltimā debilitatē q̄ poſſet cōtingere ex imaginatiōe antecedēti ſicut quotidie apparet in multis: ⁊ h vult Alman. c. freneſi. vel fiat vētoſatio in ſpatulis ⁊ cruribus ſi timueris de flebotomia: vel fiat apertio emoroidaꝝ cū ſanguiſugis q: trahūt materiam. ⁊ ſi aperiri nō poſſent fiat flebotomia de ſaphena q̄ eſt ſub cauila pedis. Nā flebotomia huiꝰ vene ꝓuocat mēſtrua ⁊ emoroydaſ. Ergo ſi emoroyde vt dicit Hypo. cōferunt ⁊ aptio illius vene ꝓuocat emoroydaſ: bene ſequiť ꝙ apertio ſaphene conferat. ⁊ vtilis ſit in h caſu ꝙ cōcedimꝰ. totum aūt ꝙ dictuꝫ eſt de flebotomia ⁊ ſubtractiōe ſanguinis ē cōueniēs in freneſi q̄ fit vitio ſanguinis ⁊ hoc vſq; ad dies tres vel quatuor: ⁊ h vult Alman. c. de freneſi: q: vltra h tempꝰ firmareť egritudo ita in mēbro ꝙ ex ſubtractione ſanguinis tali: paruā aut nullā infirmꝰ recipit vtilitatem: ſꝫ potiꝰ cōueniens ē vt aperiať vena in frōte: q: talis aptio poſt firmationē infirmitatis in loco remouet materiaꝫ apatis meliꝰ: niſi ꝙ aliq̄s trahat ad locū cū curſus iā firmatꝰ fuerit. fiat etiā cliſtere ſepe q̄d trahat materiā ad inferiora cū rebꝰ lenibꝰ hoc mō. ℞. violaꝝ. ℥. ij. malue. ℥. j. prunorum lí. ſ. bulliāt in aq̄: accipiať de illa aqua. lí. j. ⁊ diſ-

ſoluatur in illa aqua. ʒ.j. tamarindorum et. ʒ.j.
mãne ⁊. ʒ.ij. mellis vel zuchari vio. ſalis. ʒ.ſ. ⁊. ʒ
.iij. olei violati facta mixtura omnium diſſolutio
ne coletur hoc totum ⁊ tepidum ponatur cum in
ſtrumento: ⁊ cuꝫ voluntas aſſellandi affuerit non
cogatur infirmus ad retentionem eius: quia talis
retentio inducit in membris debilitatem ⁊ eleuat
materiam ad caput: ⁊ inducit timorem ⁊ multo-
tiens mortem. Embrocetur ⁊ vngatur caput a pⁿ
cipio vſqꝫ ad ſecuritatem rei cum ſucco ſolatri vel
ſemperuiue mixto cum oleo roſato vel oleo de ſa-
lice: vel oleo de nenufare ⁊ aqua ro. ⁊ aliquantu-
lo aceti. Et ſi ſomnū fortꝰ ꝓuocare volueris: põe
cum eis oleū de papauere vel oleū de mandrago
ra: ſeu granū opij: ⁊ nõ velis multū iſta narcoti-
ca ſeu ſtupefactiua ꝯtinuare: q: finalr̃ extinguūt
calorē naturalē ⁊ inducūt mortificationem: quā-
uis temporibꝰ ꝯuenientibꝰ neceſſaria fuerint ad ꝺ
ſtructionē accidētis timoris vltra egritudinem:
ſicuti hora nimie i ſomnietatꝫ ⁊ furie. tota tua in-
tentio verſet̃ circa cõtinuā aſſellationē cū cliſteri
leni dicto ſupius ſi pſe nõ aſſellauerit: vel cū cli-
ſteri facto ex aqua decoctõis prunoꝝ ⁊ oleo vio. ⁊
melle ſeu zucharo vio. ⁊ aliquãtulo ſalis bibat ſe-
pe ſyrupū de nenufare cū vino de granatis ⁊ aq̄
decoctõis prunoꝝ vl' ordei. ⁊ ſit ſyrupꝰ. ʒ.j. ⁊ vi-
niꝫ de granatis. ʒ.j.ſ. ⁊ aq̄. ʒ.iij. vl'.iiij. vl' ſyru
pū roſatū vel ſyrupū de berberis cū eiſdē aquis
⁊ h̄ fiat ñ hora comeſtionis: ſꝫ añ p' horã vl' duas:
vel pꝰ. fricatiões pedū cū aceto ſepe fiãt leues: q:
introducūt ſomnū: fortes v̄o introducūt vigilias
vt volūt oēs phi. Scias ſi p iſta remedia nõ alle-
uiat̃ freneticꝰ vel patiēs apa calidã in cerebro: ⁊
vrina apparuerit alba: q monet̃ ex neceſſitate in
breui. ⁊ hoc vult Auicē. li.iij. c. de karabito. dicit
ibi q nullus habēs karabituꝫ cuius vrina appa-
ruerit alba: viſus eſt liberatus. Cibet̃ cuꝫ lactucꝫ
⁊ portulacis ꝯditis cū aceto vel agreſta: vl' cucur
bitis coctis ⁊ cõditis cū agreſta. vel cum cibario
facto ex farina ordei. et ſi eſſet debilis nutriatur
cū carnibus edi ⁊ pulloꝝ elixatoꝝ cum predictis
herbis: vl' cū papauere ⁊ herbis ⁊ granis grana
toꝝ: ſeu agreſta ⁊ cū eiſdē rebꝰ ⁊ aceto cõdiant̃.
bibat aquã ordei vel aquã decoctõis lentiū excor
ticataꝝ: vel aquã decoctiõis berberis vl' aquã cū
agreſta ſeu vino de granatis. ⁊ h̄ hꝫ locū a pn̄ci-
pio vſqꝫ ad finē infirmitatis.

Cura eius q̄ ē a colera ſeu humore aduſto ē vt
primo mundificet̃ cū medicina ꝯueniēte ad mun-
dificationē iſtorū humoꝝ ⁊ pꝰ mūdificationē iſto
rum humoꝝ fiat flebotomia vel ſubtractio ſan-
guinis ex aliquo loco. ⁊ hic modus curatõis tra-
ditur ex ſententia philoſophorum ⁊ ſpecialr̃ ab
Auic. c. de cura karabiti calidi ꝓuenietꝫ a colera
⁊ q̄rto li. c. de cura fe. peſtilētialis. dicit eñi locis
illis q ſi materia egritudinis nõ fuerit ſanguis.
pͥma in cura debemus incipere a mūdificatione:
ſecūda a flebotomia.

Si v̄o materia egritudinis fuerit ſanguis a fle
botomia incipiēdū ē ⁊c. ⁊ obſua regulas flebo to
mie in ſubtractiõe ſanguinis q̄s ſupiꝰ diximꝰ: vꝫ
de diminutiõe ſanguinis ⁊ quãtitate ⁊ numero ⁊
hora. fac oēꝫ hñtē karabitū calidꝫ ſiue freneſim
vt ſit in loco obſcuro nõ luminoſo: neqꝫ ſit in aſ-
pectu locꝫ ⁊ diuerſoꝝ coloꝝ ne ledat̃ imaginatio
⁊ fiat furioſus: vl' ne p h̄ ꝯuertat̃ ad maiorē motū
⁊ furiã maiorē. ⁊ h̄ ſit generale i omni egritudine
capitis in q̄ vigilie multiplicant̃. ſint hoies apud
eū hñtes de qbꝰ ꝯfidat ⁊ in qbꝰ infirmꝰ delecte
tur. nã talia multū eū geſcere faciūt.

Medicia ꝯueniēs i mūdificatõe coler̃ ñ aduſte ⁊
ēt aduſte ſic fit. ℞. mã. ʒ.j. tamarid. ʒ.j.ſ. diſſol-
uant̃ iſta cū. ʒ.iiij. aq̄ decoctiõis prunoꝝ ⁊ colet̃
aq̄ illa ⁊ det̃ infirmo añ diē. Si aūt materia fue-
rit aduſta addat̃ cū prunis in decoctione aq̄ ſene
⁊ epithimi añ. ʒ.ij. polipodij. ʒ.ſ. ⁊ cū illa aq̄ diſ-
ſoluant̃ mãna ⁊ tamarindi dicti. Aliud ad idem.
℞. mirob. ci. ʒ.j.ſ. prunoꝝ. ʒ.ij. piſtent̃ ⁊ buliãt
ʒ.j. i. ʒ.vj. aq̄ donec medietas ſit ꝯſūpta colet̃ ⁊ i
colatura illa addat̃. ʒ.ij. ſyrupi violati ⁊ det̃ ante
diē. Si aūt materia fuerit aduſta loco mirob. ci.
ponat̃ cū prunis in decoctiõe. ʒ.j.ſ. miro. indoꝝ
⁊ addat̃ ſup h̄ ſene ⁊ epithimi añ. ʒ.ij. ⁊ fiat cū ſy-
rupo ⁊ q̄ntitate dationis ⁊ hora vt ſupius dictuꝫ
eſt. Aliud. ℞. reubarbari. ʒ.ij. aq̄ decoctionis pru
norum. ʒ.iiij. puluerizet̃ reubarbaꝝ et ponat̃ in
aqua illa ⁊ addat̃ cū illis. ʒ.ij. ſyrupi vio. ⁊ dimit
tatur hoc totū ſic p horas duodecī poſtea colet̃ ⁊
det̃ ante diē. Si aūt materia aduſta fuerit ponat̃
in decoctione aq̄ cū prunis ſene epithimi polipo-
dij añ. ʒ.iij. in alijs fiat vt ſuperius poſt talē mū-
dificationeꝫ ſecure poteſt fieri flebotomia de ce-
phalica q̄ eſt in manu vl' in curuatura brachij: ſeu
ventoſatio in ſpatulis vel in cruribus q mellꝰ eſt
aut apiatur ſaphena vel emoroydes ꝓuocent̃ cū
ſanguiſugis ⁊ erit valde vtile ⁊ bonū. qd̄ tēpori-
bus noſtris illo caſu multotiēs experti fuimus.
Confortet̃ poſt hoc ⁊ vngatur caput cuꝫ oleo ro.
vel oleo de ſalice vl' de nenufare aut de papauere
vel de populeone in quo ſit aliquid aceti. Et em-
brocetur locus cū petijs infuſis in ſucco ſolatri vl'
ſucco ſemperuiue ⁊ aqua ro. ⁊ ſucco acetoſe. ſi autē
p hoc nõ quieuerit ſiue nõ dormierit: addat̃ in vn-
ctione ⁊ embrocatione ſe. papaueris ⁊ folia ⁊ ſuc-
cus: ⁊ ſi eſſet neceſſariuꝫ poſſent addi duo grana
opij electi vel. ʒ.j. ſucci mandragore ſeu oleꝫ eius
vel aliquid de iuſquiamo aut de ſucco herbe eius ⁊
ſemp cū omnibus ponat̃ aliquid aceti: nã acetū ē
vehiculū omniū medicinaꝝ. ſi aūt ponat̃ cū rebꝰ
frigidis eas iuuat: et ſi cū calidis ſilr̃ eas iuuat ad
penetrandū. Sumat in aurora ſi poſſibile eſt p di
geſtio. ʒ.j. vel. j.ſ. orizacharæ cum. ʒ.iij. vel. iiij.
aque frigide vel aq̄ decoctiõis prunoꝝ ſeu. ʒ.j. vl'
.j.ſ. ſyrupi acetoſi cū eadē aq̄. In omnibus ſuis
cibarijs decoquãt̃ ſe. papaueris albi ⁊ lactucaꝝ ⁊
ſcariole inuoluta in petia linea ſubtili valde ⁊ pſi
lium: ⁊ aliquando per ſe aliquando cum predictis.
cibetur lactucis. portulacis ⁊ ſcariolis cõditis cū
aceto: vel agreſta: ⁊ cucurbitis coctis et conditis
cum eiſdem: ⁊ melones ⁊ citrullos ſeu arancios: ⁊
acetoſitatem citri comedere poteſt comedat et etiaꝫ
ſuccum ordei ⁊ auene ⁊ milij. bibat hora comeſtio
nis aquam frigidam ſeu aquam cum agreſta vel
vino de granatis: vel aquam prunorum ſeu aquã
decoctionis berberis ante comeſtionem per ho-
ram: ⁊ poſt bibat aquam ordei. fricationes peduꝫ
leues cum aceto ſepe fiant. Fiat largus infirmus
ſecundum ventrem omni die aut cum cliſteri le-
nitiuo dicto ſuperius: aut cum aliquo ſuppoſito-
rio. continuentur omnia iſta ordinatim vſqꝫ ad fi
nem ſi autem aliquo tempore infirmitatis nimis
debilis fuerit nutriatur cum dieta carnium dicta
in cura freneſis ex ſanguine. ſi autem freneſis nõ
fuerit egritudo per ſe que appellatur freneſis ve-
ra: ymo ſit egritudo ſuccedens vel ſequens ali-
am egritudinem que appellatur freneſis non ve
ra. omnia que dicta ſunt ſuperius ex parte ſcari-
ficationis in cruribus: ⁊ ex parte apertionis ⁊ p-
uocationis emoroydarum ⁊ cliſteris: et ex parte
vnctionum embrocationum: ciborum ⁊ potuum
⁊ fricationum leuium cum aceto fienda ſunt ⁊ ma
xime cum accidentia freneſis future inceperint
apparere. Flebotomia v̄o vniuerſalis nõ ē fienda
q: natura debilitata ex aflictiõe infirmitatis ante-

cedentis quam freneſis non vera ſequiť impedit
virtutē ne flebotomiam valeat ſuſtinere neꝗ me
dicinam fortem ſꝫ alia a quibus virtus non ſic de
bilitatur leniter ⁊ abſꝗ periculo fieri poſſūt. In
fine ſreneſis ex ſanguine vel ex colera aut ex cole
ra aduſta ſi qua veſtigia alienationum remanent
ſeu diſpoſitiones male: fiant embrocationes ſup
caput ſpargendo aquā ex alto que tales ſunt. ℞.
florꝫ camomille: aneti: maiorane. ro. rn. an̄. M.
.j. buliant in aqua. Aliud ad idem. ℞. aneti florū
camonille: ſe. ſenugreci: radicum maluauiſci an̄.
M. j. builant in aqua ⁊ fiat embrocatio.

Capl'm. xiij. de apoſtemate fri. in cerebro ⁊ vo
cať letargia.

Letargia ē apoſthema flegma
ticum factum intra
craneum. Et plurimum quidem eius
fit in meatibus ſubſtātie cerebri abſꝗ
vellaminibus. ⁊ appellať ab Almāſor
birſen ⁊ ab Auic. ſirſen: ⁊ raro fit in ventriculis ⁊
ſubſtantia cerebri. quoniaꝫ flegma raro cōgrega
tur ⁊ penetrat paniculos pp ipſorꝫ duritie: neꝗ
i ſubſtantia cerebri ꝑpter ipſius viſcoſitatem: ſic
eſt etiam pleureſis ſm plurimuꝫ ex colera: ⁊ raro
fit ex flegmate pp paruitatē penetrationis in ſub
ſtantiam ſiphachiaꝫ neruoſaꝫ durā: lꝫ fit poſſibi-
le vt fiat illud in paucis amboꝝ: poſſibile ē. n. vt
cadat h apa in ſubſtātia cerebri ⁊ i ei⁹ velaminib⁹
⁊ tūc h egritudo nominať noīe ſui accidētis. ſ. ob
liuio: eo ꝙ hāc egritudinē cōmitať obliuio: ſꝫ nō
oīs obliuio ē litargia. nec omne apa frigidū in ce
rebro ē litargia. fit aūt h apoſthema in parte po-
ſteriori intra craneū in occipitio. ⁊ fit aliqn̄ ex fle
gmate ⁊ aliqn̄ ex melancolia: vel ſpēbus eoꝝ quā-
uis vt plurimum fiat ex flegmate. ⁊ cū h generať
⁊ multiplicať ex cibis ⁊ potibus ⁊ rebus omnibuſ
neceſſariis multiplicantibus flegma ⁊ generanti-
bus ipſum.

Signa letargie q̄ fit ex flegmate ſunt
dolor capitis leuis ⁊ fe. lēta:
nā fe. vt dicit Auic. ⁊ vt volunt oēs alij ē neceſſa-
ria in omni apate facto ab humore putrefacto: ⁊
maxime ſi factū fuerit in mēbro ꝑncipali vel intri
ſeco: ⁊ iſta fe. aliqn̄ diminuit ſubeth: ideſt grauita
tē ſomni ⁊ ſeqť ad eā ſubeth: ⁊ obliuio eſt ei. Ꝫra ⁊
actio inſpirandi ⁊ reſpirandi ē rara ⁊ tarda valde
debilis: ⁊ eſt cū tali inſpiratione ⁊ reſpiratōe mul
tiplicatio ſputi ⁊ oſitatio cū aptione oris ⁊ rema-
netos eius aptū ꝑpter obliuionē: ita ꝙ oꝫ vt ab
aſtantib⁹ claudať pp pigritiā in clauſione. ⁊ adue
nit ei ſingult⁹ pp affinitatē cerebri cū ſtomacho q
ei cōpatiť: ⁊ apparet albedo in lingua: et pigritia
i reſpōſione ⁊ motu palpebraꝝ ⁊ egeſtio eius hu-
mida et vrina eius velut vrina aſini: vel vt vrina
pueroꝝ guloſoꝝ: ⁊ pulſus eius rar⁹ ſatis magn⁹
vndoſus tremulus: ⁊ h ſignificat habūdātiā mlte
humiditatis cū aliqua caliditate obtuſa: ⁊ accidit
ei aliqn̄ frigiditas extremoꝝ cū aliquo tremore.

Signa ei⁹ q̄ eſt ex melancolia ſūt ꝙ oculi in illo
remanent apti nō palpitantes ſicut oculi intuētiſ
vnam rē abſꝗ motu: ⁊ fe. lenta ⁊ dolor in illo fit
fortior ⁊ magis ſentiť ꝗ in aliquo ⁊ fiunt cū litar
gia iſta ſi litargia pōt appellari alienatio ⁊ rixa: ⁊
oculi tendunt ad exitū: ⁊ fit cū iſtis ⁊ ſupioribus
obliuio emiſſiōis vrine: ita ꝙ ſi nō exciteť vrinat
⁊ fit pp debilitatem lacerti vrinalis. ⁊ eius vrina
ſubtilis alba: ⁊ color oculoꝝ alb⁹ valde: ⁊ qn̄ i ho-
mine multiplicať tremor capitis ⁊ obliuio ⁊ pigri
tia ⁊ grauitas capitis ſignificant letargiam futu-
ram. ⁊ pulſus in illo eſt paruus: ſpiſſus: ſtrictus
durus: ⁊ ſi aliquā apparentiam habebit erit ꝑpť
caliditatem extraneā ⁊ non ꝑ naturam humoris

vincentis. Attende hic differentiam inter letar-
giā ex flegmate ⁊ melācolia ⁊ ſubeth ⁊ cōgellatōeꝫ
⁊ letargiaꝫ q̄ ſit ex flegmate mixto cū colera ꝗuis
hec non ſit letargia: ſꝫ appellatur ſacho. i. dormi-
tatio vigilatiua. ⁊ fit qn̄ homo dormit oculis aper
tis in infirmitate ⁊ intueť in vnū locum. Iā appa
ret differētia manifeſta inter letargiā ex flegma-
te ⁊ litargiā ex melācolia ꝑ ſuperi⁹ narrata. ſꝫ in-
ter litargias ⁊ ſubeth ē differētia: q: ad oēm letar
giā ſequitur ſubeth vl' ꝯgellatio. ad ſubeth vel cō
gellatōem non ſeqtur letargia. Itē ad letargiam
ſeqtur ſemꝑ ſe. lenta. ad ſubeth ⁊ congellationeꝫ
nō ſequitur quando ſunt egritudines ꝑ ſe ⁊ nō ac
cidentia. Inter ſubeth ⁊ ꝯgellatōe eſt differentia
q: in ſubeth dormit homo grauiter oculis clauſis
in cōgellatōe dormit homo ſtupide oculis apertis
Inter ſuchos vel ſachos ⁊ letargiā ē differentia
q: in ſuchos apparent ſigna materie frigide ⁊ ca-
lide mixta. In letargia apparēt ſigna materie fri
gide tantum. ⁊ ē ſachos cum ſe. magis manifeſta
ꝗ in letargia.

Cura letargie q̄ eſt a flegmate penes ſē
tētiā Auic. eſt ꝙ vſꝗ ad duos di
es vel tres vngať locus cū oleo ro. in quo ſit aliqd
aceti: vt loc⁹ ꝯforteť ⁊ materia repellať. ⁊ in hac i
unctiōe q̄ ſit cum oleo ro. ⁊ aqua ro. vſꝗ ad duos
dies vel tres ꝯuenit. Alman. lib. diuiſionū. c. de
birſen fri. ex flegmate. ⁊ ſit cū oleo ro. aliqd aceti
ſemꝑ. fiat ēt flebotomia ſi virt⁹ ⁊ habitudo ⁊ etas
ꝯſenſerint de cephaca q̄ ē in manu. In h alij non
ꝯueniūt. ⁊ credo ꝙ Auic. motus fuit ad h hac de
cauſa. cum flebotomia euacuet omnem materiam
contentam in venis ⁊ diminuat quantitatem vni
uerſalem humorum ex venis: ⁊ hoc apoſthema ⁊
alia fiant ex curſu humorum habundantium in
quantitate ⁊ qualitate in venis currentium preter
naturam ad fontes membrorꝫ: ⁊ ibi colliguntur
⁊ faciunt apoſthema. bene poteſt flebotomia eua
cuando partem humorum ex venis conferre in
principio cuiuſlibet apoſthematis calidi vel frigi
di ſm hanc viam. ⁊ hoc videtur velle. G. in com-
mento re. acu. ſecunda particula capitulo quarto
ꝙ ſi egritudo ſub diafiagmate deſcenderit. ibi
enim dicit ꝙ flebotomia in omni apoſthemate
vtilis videtur in principio cum euacuet materiaꝫ
venarum ſm quantitatem ⁊ qualitatem ex qua
materia venarum generatur. ⁊ fit ſecundum mo-
dum dictum ſuperius omne apoſthema calidum
⁊ frigidum. poſt iſtam flebotomiam dicit Auice.
ꝙ fiant cliſteria acuta: ⁊ vnctiones ſuper occipiti
um inducentes vigilias ⁊ ponatur in loco lumino
ſo omnis letargic⁹ ad iacendum. ⁊ in hoc omnes
alij cōueniūt. nō ꝑmittať in ſomno ꝓfundari ſed
exciteť extendendo capillos euellēdo quoſdā eoꝝ
⁊ fiāt fricationes fortes in pedibus ⁊ cruribus et
ponanť rubificātia ſuꝑ partē poſteriorē. ⁊ fiant
gargariſmata acuta mūdificantia caput. vt pluri
muꝫ tue intētionis ſit in facīēdo vt nō dormiat ꝑ
poſſe: q: vigilie exiccādo hūiditatē cerebri hāc in-
firmitatē curare ſolēt. cliſtere acutū ꝯueniēs in h
caſu ſꝫ ſentētiā Almā. ſic ſit. ℞. cologntide carta
mi. i. ſe. croci ortlām. ſeu croci an̄ pugillū vnū ſe.
vrtice calamēti: corticū radicū caparis an̄. M. j.
piſteť ⁊ buliant in. ll'. iij. aq̄ donec conſumpta ſit
medietaſ. Accipiatur de illa aqua. ll'. s. oleo oliue
. ℥. ij. mirtinabati. ℥. j. ⁊ eſt quoddam quod fit ex
aqua curente ⁊ piſcibus conditis cum ſale: ſed lo-
co eius ponitur ſal quando poteſt haberi miſceā
tur ſimul ⁊ coletur ⁊ ſiat cliſtere cum fuerit tepi-
dum. Aliud ad ideꝫ quod noſtro tempore fecim⁹
multotiens ⁊ eſt multum vtile in hoc caſu. Reci-
pe coloquintide agarici centauree ana. ℥. s. aneti

florum camomille aſſari añ. M. j. piſtentur ⁊ buliant in aqua ⁊ accipiatur de illa aqua. lb. j. ⁊ miſceatur cuꝫ ea. ʒ. s. ſalis. ⁊. ʒ. iiij. olei oliue ⁊. ʒ. iij. mellis buliant ſimul ⁊ colentur ⁊ ponatur tepidum intra corpus. Ad idem. ℞. coloquintide. ʒ. j. piſtetur ⁊ buliant in. lb. j. olei oliue cum. ʒ. iij. mellis ⁊. ʒ. s. ſalis. coletur ⁊ tepidum ponatur. illa enim cliſteria trahunt materiam frigidam ad inferius ⁊ exiccant cerebrum ⁊ inducunt vigilias. fricationes fortes pedum ⁊ crurium fiant cum ſale ⁊ aceto: rubificātia lotū fiūt ex ſinapi ⁊ aceto l' ex aceto ſqllitico ⁊ ex aleis piſtatꝫ ⁊ mixt᷒ cū aceto. Ungat loc᷒ cū olō d̄ lilio l' ſpica l' d̄ caſtoreo: ⁊ aliū d̄ coſto. ligēt extrema fortiter ita vt doleāt ⁊ aliū comprimantur. Gargariſma fiat ex oximelle compoſito cum aqua decoctionis iſopi vel oximelle ſquilitico cum aqua calida vel cum aqua iſopi calamēti ⁊ origani. Fiant ſternutationes cum pipere ⁊ eleboro albo ⁊ ſinapi. Fiat emplaſtrum ex iſopo ⁊ mentaſtro ⁊ origano ⁊ ſinapi ⁊ melle cuꝫ aliquantulo aceti. ſi aūt poſſes ipſum purgare purga cum. ʒ. s. pigre Alman. quam faciemus in antidotario: ⁊ da ei cum. ʒ. iij. aque mellis vel ei detur loco illius. ʒ. j. s. pillularum cochiarum cum. ʒ. ij. ſyrupi roſati. ⁊. ʒ. iij aque mellis. Continua cliſteria dicta q2 magis ⁊ melius conferunt ⁊ procedas cuꝫ alijs dictis ordinatim. Cibetur cuꝫ aqua lupinorꝫ ⁊ aqua ciceris cum ordeo ⁊ farro: vel cum aqua caulium ⁊ poſt comeſtionem comprimere ⁊ liga extrema vt doleant. Si autem ad debilitatē veniret da ei carnes edi ⁊ pullorum ⁊ perdicum ⁊ pota ipſum vſqꝫ ad finem cum aqua mellis vel cum aqua mellis in qua decoquatur iſopus vel yreos. In fine reduc ipſum ad dietam ꝯualeſcentis.

Cura litargie que fit ex melancolia eſt vt p̃mo fiat cliſtere tale. ℞. ſene epithimi: coloquītide minoris polipodij calamenti añ. M. j. decoquantur in aqua: ⁊ cum. lb. j. aque illius decoctiōis: ⁊. ʒ. iij. olei de camomilla ⁊. ʒ. ij. mellis ⁊. ʒ. s. ſalis: fiat cliſtere ⁊ pōatur tepidum. Aliud ad idem. ℞. floris camomille. aneti: ſene epithimi polipodij añ. M. j. fiat cliſtere cum. lb. j. decoctionis iſtarum rerum ⁊. ʒ. iij. olei de camomilla ⁊. ʒ. iij. mellis ponat᷑ tepidum. Si autem litargicus ex melancolia vel ex flegmate retineret vrinam propter obliuionem comprimatur eius virga ⁊ excitet᷑ ad egerendum ⁊ vrinandum cū ſuppoſitorio. ⁊ ponatur emplaſtrum ſuper virgam ⁊ pectinem factum ex flore camomille oleo ⁊ melliloto ⁊ folijs apij ⁊ calamento ⁊ radicibus lilij: vel embrocetur locus femoris cum aqua decoctionis iſtaꝝ herbaꝝ. poſſꝫ purgari ſi videretur ꝙ eſſet fortis cum. ʒ. j. s. pulueris pillulaꝝ ſtomaticaꝝ Alkindi q̄s in antidotario faciemus: ⁊ miſceatur ille puluis cuꝫ. ʒ. ij. ſyrupi ro. ⁊. ʒ. iij. aque mellis potetur ex aqua ordei vel ex aqua mellis in qua decoct᷒ ſit iſopus vel yreos. In dicta fricatiōib᷒: emplaſtratōibus ſternutationibus ⁊ de gargariſmiſ ⁊ de gete in loco luminoſo ⁊ de vnctionibus in loco ⁊ omnibus alijs fiat vt in litargia de flegmate diximus: preter ꝙ in omnibus rebus addenda ſunt ſene epithimum ⁊ polipodium que propter melancoliam reſpiciunt.

Capl'm. xiiij. de vertigine ⁊ ſcotomia.

Ertigo uel ſcotomia

V eſt qn̄ homo imaginat᷑ ꝙ reuoluantur res ſuper ipſum: ⁊ ꝙ eius cerebrum ⁊ corpus ipſius reuoluatur. quare accidit aliquando ꝙ non regat ſe ita vt firmetur unde cadit. Et ſcias ꝙ vertigo flegmatica vt narrat Auicen. lib. iij. capit. illo ſimilis eſt epilenſie. Et Alman. li. quarto. c. de ſignificationibus accidentium dicit ꝙ incubus ⁊ vertigo ſi fortes fuerint ⁊ diu perſeuerauerint epilenſiam ſignificant futuram. Fit autem quando reſoluitur ſuper ſeipſum vel quando aſpicit res que circulariter voluuntur. Infigitur enim figura vel forma reuolutionis in anima vel imaginatione ſentientis. ⁊ fit ex caſu ſeu percuſſione ⁊ vapore generato ⁊ retēto ī ip̄o cerebro cum hoc quia non ſedatur cum vacuitate neqꝫ excitatur cum repletione. fit etiam propter habundantiā ſanguinis ⁊ ex colera ⁊ flegmate ⁊ etiā melancolia.

Signa eius que fit ex reuolutione ſuper ſeipſū vel ex reuolutione rerum ſenſatarum a caſu ſeu percuſſione manifeſta ſunt ex re ipſa inducente. Eius autem que fit ex vapore generato vel retento in ipſo cerebro ſunt anteceſſio doloriſ capitis ⁊ tinitus ⁊ ſonitus ⁊ tenebroſitas longa vel fixa ante oculos ⁊ in guſtu vel odoratu abreuiatio ⁊ pulſatio in artarijs anterioribus ⁊ ſpatulis ⁊ grauitas in odoratu.

Eius que fit a ſanguine ſunt ſigna vene inflate: ⁊ facies ⁊ oculi ⁊ caput rubea ⁊ calida ⁊ ſomnuſ ⁊ grauitas ⁊ laſſitudo ⁊ pulſatio in temporibus ⁊ capite: ⁊ vrina ſpiſſa ſubruffa.

Signa ſi a colera ſunt vigilie ⁊ īflammatio abſqꝫ multitudine grauitatꝫ ⁊ imaginatōes citrine cū vrina citrina vel aurea clara.

Si vero a flegmate fuerit erit ibi grauitas ⁊ pigritia ⁊ timor ⁊ multitudo ſomni: ⁊ albedo oculorꝫ: ⁊ corporis: ⁊ multiplicatio humidi in toto corpore ⁊ erit cum h̄ vrina indigeſta alba ſpiſſa ⁊ guloſitas ⁊ indigeſtio.

Si autem a melancolia fuerit apparebit vrina clara ſubtilis ⁊ indigeſta ⁊ erit cum h̄ grauitas nō multum intenſa: ⁊ habebit vigilias ⁊ cogitationes corruptas ⁊ imaginatiōes: ⁊ capilli erūt nigri vel glauci ⁊ exiles.

Cura eius que fit ex reuolutione ſuper ſeipſum vel aſpectu reꝝ que reuoluuntur eſt quieſcere ⁊ abſtinere a talibus reb᷒ ⁊ vti ſomno ⁊ tranquilitate ⁊ abſtinere a vino forti ⁊ acuto valde.

Que autem fit a caſu ⁊ percuſſione curatur ſicut diximus in cura doloris capitis ex caſu ⁊ percuſſione.

Cura illius que fit ex vapore generato vel retento in ipſo cerebro eſt cerebrum confortare ⁊ facere vaporationem cum aqua decoctionis abſinthij ⁊ floris camomille vel melliloti ⁊ maiorane ⁊ roſarum violarum ⁊ facere cauterium in anteriori parte capitis in loco vbi terminatur digitus medius manus quando radix palme ponitur ſuper radicem naſi habentis infirmitatem: ⁊ etiam cauterium ꝙ fit in duobus cornibus poſterioribus: ⁊ facere ipſum abſtinere ab omnibus leguminibus ⁊ rebus acutis vt porris ⁊ aleis ⁊ ſimilibus. Et ſcias ꝙ nihil deterius eſt in omni egritudine capitis ⁊ ſpecialiter in vertigine ⁊ ſcotomia quam nuces ⁊ res que condiuntur ex nucibus: vel vinum forte non limphatum ſeu acutum. bonas carnes comedat: ⁊ bibat vinum album debile limphatum ⁊ pirra cocta in prunis poſt comeſtionem vel poma ſeu meſpila matura ⁊ ſimilia farrum ⁊ panicum vel milium. purgetur hic talis aliquando cum pillulis cochijs aliquando cum yrea pigra quam faciemus.

Cura qn̄ ex ſanguine ē vt fiat flebotomia ex cephalica in manu ſeu in curuatura brachij ⁊ vētoſatio in crurib᷒. Cibet᷑ ex len tibus coctis ꝯditis cū agreſta ⁊ vino de granatis: ⁊ ex panico ⁊ milio:

et bibat aquam decoctionis berberis vel aquam decoctionis granorum granatorũ vel lactucarũ vel bibat aqua zuchari cũ pſilio: aut bibat vinum debile bene limphatum ⁊ comedat aliquãdo carnes edi vel pullorum conditas cũ agreſta ſeu aceto: ⁊ poſt carnes ſemper comedat pirum vel pomum. ſ. citonium coctũ ſub prunis: vel comedat lactucas ſeu portulacas conditas cum aceto.

Cura vertiginis ſeu ſcotomie ex colera ſic fit: prouocetur ad vomitum ꝑ poſſe cum ſyrupo acetoſo ⁊ aqua calida vel aqua decoctionis aneti ⁊ ſeminis atriplicis ⁊ codẽ ſyrupo acetoſo compoſito. Si aũt vomere non poſſet bibat decoctionem que ſic fit. ℞. mirobalanorũ citrinorũ. ʒ. j. ſ. piſtentur ⁊ buliant in. lb. ſ. aque cum. ʒ. j. prunorum. Et accipiant̃. ʒ. iiij. illius aque ⁊ in illa aqua addant̃. ʒ. ij. ſyrupi violati vel roſati ⁊ det̃ añ diẽ l' det̃ i matutis ifirmo. lb. ſ. aq̃ caſei cũ. ʒ. j. ſ. pulueris reubarbari vel aliter ponat̃. ʒ. j. ſ. pulueris reubarbari in. lb. ſ. aq̃ caſei et dimittat̃ i aq̃ illi ꝑ horas. xij. in matutinis ca efiat ad ignem ⁊ colet̃ ⁊ det̃ infirmo. Aliud ad idẽ. ℞. electuarij de ſucco roſarũ ſimplicit. ʒ. ſ. vl'. ʒ. vj. qđ faciem⁹ i antidotario: ⁊ det̃ matutinus cũ. ʒ. iiij. vel. vj. aq̃ decoctiõis prunorũ ⁊ tamarindorũ ⁊ ſint tamarindi. ʒ. j. Aliud ad idẽ. ℞. tamarindorũ mãnc ãñ. ʒ. j. diſſoluant̃ iſta cũ. ʒ. iiij. vel. vj. aq̃ decoctõis prunorũ politrici ⁊ ſcolopendrie: ⁊ det̃ ante diẽ. nutriat̃ ⁊ potet̃ vt ſupius dictũ eſt.

Quãdo vero fit ex flegmate purget̃ cũ pigra quã in antidotario facim⁹ ⁊ det̃ de ea ante diez infirmo vel in ſero. ʒ. ſ. cũ. ʒ. ſ. oximellis ſquilitici. ʒ. iiij. aq̃ decoctionis iſopi ⁊ zedoarie. vel. ʒ. vj. ſumat ſemꝑ ante cenã. ʒ. j. ſ. oximellis cõpoſiti cũ. ʒ. iiij. aque iſopi ⁊ radicis raffani: et vomat ſi eſt poſſibile: vel ſumat in ſero cũ vadit dormitũ. ʒ. j. ſ. pillularũ cochiarum vel. ʒ. ij. ⁊ nõ cenet: vel pillularũ ſtomaticharũ alkindi q̃ſ facim⁹. Si ãt pillul' vl' pigrã ſumere nõ poſſet recipiat. ʒ. j. ſ. vl'. ʒ. ij. pulueris pillularũ ſtomaticharũ alchindi vl' pillularũ fetidarũ cũ. ʒ. ij. ſyrupi ro. ⁊ cũ. ʒ. iiij. vl'. vj aque mellis in matutinis poſt noctẽ mediam.

Si vero ex melãcolia facta fuerit: ſumat omni die bis ante cenã ⁊ in aurora diei. ʒ. j. ſ. oximellis cõpoſiti vel oximellis ſqlitici: ſi fuerit hyems cum. ʒ. iiij. aque decoctionis ſene epithimi ⁊ prunorum vel. ʒ. vj. ⁊ buliat in illa aqua aliquid mellis vel zuchari: ſi eſtas fuerit de quarto in q̃rtum diez ſumat de pillulis fetidis. ʒ. j. ſ. vel. ʒ. ij. ſero ⁊ non cenet: vel de pillulis ad melancoliã tãtũdẽ quas facięmus. vel ſumat. ʒ. ſ. de diaſene ſimplicis in aurora vel in veſpis cũ. ʒ. iiij. aq̃ decoctionis ſene ⁊ epithimi ⁊. ℈. ſ. elebori nigri vel. ℈. j. ⁊ nõ cenet. Aliud ad idez. ℞. ſene epithimi añ. ʒ. ſ. polipodij. ʒ. j. mirobalanorũ idorũ. ʒ. j. piſtẽt̃ omnia ⁊ buliant in. ʒ. vj. aque vſq; ad cõſumptionem medietatis: colent̃ ⁊ in colatura illa ponant̃. ʒ. ij. ſirupi ro. ⁊ datur ante diẽ. Dieta eius talis ſit: nullomodo tãgat nuces neq; porros. comedat carnes edi vel caſtrati arietis annual': carnes pullorum ⁊ gallarum ꝑdicum ⁊ faſianorũ ⁊ omnium auiũ degentiũ in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ comedat eas vt plurimum aſſatas ⁊ nõ elixatas. bibat vinũ albũ debile ſtipticũ limphatũ vel rubeũ eiuſdem generis q: q̃uis vinum caput ꝑcutiat ⁊ fumos eleuet ad caput: in tali maťia adiuuat ad digerendũ ⁊ ſua ſtipticitate cõfortat ſtõz ⁊ non ſic fumat ad caput ymo ꝑ ſtipticitatẽ ſuaz furnũ in ſuo aſcenſu impedit bonũ eſſet vt multociens aquaz mellis biberet loco vini hec dieta cõmunis eſt flegmatico ⁊ melancolico. poſſent etiaz comedere vitelos ouorũ ⁊ cicera fracta. ⁊ farrum ⁊ riſum: raro tñ ⁊ de herbis feniculũ: boraginẽ ⁊ ſpinachia ⁊ aquã cauliũ ⁊ non herbam: ⁊ h raro.

Si aũt materia cõpoſita erit: ſigna ⁊ cura cõpoſita erunt.

Caplm. xv. de epilenſia.

Epilenſia ſm medicos ẽ egritudo ꝓhibẽs membra animata ab operationibus ſenſus ⁊ motus ⁊ erectione non integre. Et illud eſt propter opilationem contingentem ſm plurimum in ventriculo anteriori: et eſt quaſi ſpaſmus vniuerſalis ſed eius opilatio ẽ non completa. in appoplexia eſt magis completa ⁊ magis ſpaſmus vniuerſalis. Et ſcias ꝙ Auicẽ. capitulo illo dicit ſternutatio eſt quaſi epilenſia debilis vel leuis. Epilenſia vero quaſi ſternutatio fortis ⁊ multa. Et q̃uis poſſet fieri ex melancolia ex ſanguine ſeu ex vapore eleuato ab humore recluſo in aliquo membro vel ventriculo vel vermibus ſeu aſcaridibus: tamen vt dicit Auic. vt plurimũ fit a flegmate: ⁊ cõfirmat h auctoritate Hypo. que talis eſt. Oues que patiuntur epilenſiam cum a cerebris ſuis anothomizantur inuenitur in eis humiditas mala fetida. et inuenitur quedam epilenſia q̃ vocat̃ mater puerorũ: ⁊ interficit multum vt dicit Auic. Et hoc apellatur a Serapione libro ſeptimo octauo capit. de permixtione medicinarum vbi ponit confectionem perſicam ſarra ⁊ appellatur mater: q: in primis. v. vl'. vij. diebus ſue natiuitatis apparet vt plurimum et appellatur ſerra q: contrahuntur in tantum nerui mandibule inferioris: ꝙ infantes non poſſunt deglutire neq; aperire os vllomodo: ⁊ volunt medici ⁊ ſpecialiter Auic. ꝙ quando paroxiſmi epilenſie continuantur ꝙ ipſa interficit. Fit autem epilenſia ex materia cõtẽta in ſubſtãtia cerebri et vellaminibus eius ⁊ iſta eſt deterior: aut in vellaminibus eius ⁊ iſta eſt lenior. ⁊ fit ex cauſa cõtẽta in alio membro. Et ſcias ꝙ epilenſia vt plurimũ accidit pueris propter humiditates ipſorũ ⁊ mulierib⁹ ⁊ guloſis ⁊ bibulis ⁊ humidis natura. Scire etiam conuenit ꝙ epilenſia puerorum ⁊ mulierum ⁊ omnium quorum ſanguis paucis ẽ: parua eſt: ⁊ hoc propter conſtrictionem venarum. ⁊ hoc vult Auic. codẽ cap. libro. iij.

Signa que i plurib⁹ epilẽticis apparẽt ſũt citrinitas ligue ipſorũ ⁊ viriditas venarum que ſunt ſub ea: ⁊ antecedit plurimum eam mutatio corporis a complexione ſua ⁊ grauitas in capite aut accidit ei in inflãmatio in ventre: ⁊ antecedunt eam coartatio in motu lingue: ⁊ ſomnia eorum mala ⁊ obliuio aut pauor ⁊ timor. ⁊ accidit ei vt loquatur ſecum et conſtrictio pectoris ⁊ ira ⁊ acuitas.

Signa eius que ſit ex ſanguine ſi quãtitatiue peccauerit ſunt inflammatio venarũ que ſunt in collo ⁊ gula ⁊ diſpoſitio quaſi prefocationis antecedit eam. ⁊ apparent grauitas in eo ⁊ laſſitas et multiplicatio ſaliue dulcis ⁊ rubedo cum quadaz fuſcedine in oculis ⁊ facie ⁊ vapor ſentitur calid⁹ in capite ⁊ eſt in eo ſtoliditas que eſt ſpẽs melancolie ⁊ appellatur mala diſcretio: ⁊ eius vrina videtur rubea ſpiſſa aliquando rufa.

Signa quando fit a flemate ſunt vrina in qua multiplicatur aliquod quod eſt ſimile vitro liquefacto ⁊ ſaliua ſpumoſa multa groſſa calida: ⁊ pauor ⁊ timor ⁊ albedo oculorũ ⁊ corporis pigritia ⁊ grauitas ⁊ obliuio ⁊ aliũ vomit⁹ flegmatic⁹ fit i co ⁊ notãda ſũt etas regio ⁊ cõplexio ⁊ vſus rex in preterito ⁊ ſomnus ⁊ quies: nam iſta adiuuant ad

ſignificationem ſup materiam egritudinis.

Si vero ex melancolia vel ſpeciebus eiꝰ fiat: talia ſūt ſigna. Urina glauca vel pallida ſubtilis cū circulo granuloſo ⁊ turbatio ſenſus ſeu ꝑmixtio rationis ⁊ nō purgaẜ diſpoſitio mala intellectus cum ſeparaẜ: ſed ſemꝑ remanet eiꝰ ratio ꝯturbata ⁊ color faciei ⁊ oculoꝝ fuſcus plumbeꝰ ⁊ capilli eius nigri vel plumbei ⁊ ſiccitas lingue ⁊ vſus rerum in pꝛeterito generantiū melancoliam.

Si aūt ꝓp coleram venenoſam fieret ꝙ raro accidit vt volunt medici ⁊ ſpecialiter Auic. apparent in eo color citrinus in oculis ⁊ facie et ſaliua citrina amara ⁊ ſtoliditas cum furia ⁊ motu ⁊ vrina rubea ⁊ ſubtilis acuta ⁊ ſiccitas lingue ⁊ ſitis ⁊ fortis agitatio ⁊ tribulatio in acceſſione ⁊ ſpaſinꝰ acceſſionis breuior ꝙ̄ in alijs.

Signa qñ fit ex vapore ſunt ꝙ infirmus ſentit tinitum ⁊ motū ⁊ eleuationē vaporis ex aliquo mēbro ⁊ etiam in muliere ſentiẜ inundatio ex matrice ꝓp mēſtruum retentū aut ꝓp ſperma retentum venenoſum incluſum in ea. ⁊ in muliere accidit plurimum exiſtis cāis. ⁊ hoc ſpecialiter in viduis ⁊ religioſis ⁊ virginibus habilibꝰ ad coytū vnde abſtinentia a talibꝰ poteſt ſignificare in muliere ſuper epilenſiā.

Signa eius que fit a vermibus et a ſcaridibus ſunt ſigna vermiū vt ē ꝯcauitas oculoꝝ ⁊ clauſio ⁊ odor qui ſentiẜ ex eis ⁊ ꝙ emittit de eis aliqñ ⁊ fricatio nariū ⁊ obtenebratio faciei ⁊ oculorum ⁊ palpitatio eorūdem.

Cura cōis ē ꝙ fe. ⁊ ſpālr lōge cū ꝛſoluūt materiā oēꝫ ꝯferūt vñ dic Aui. ꝙ q̄rtana eo ꝙ digerit materiam mlicā ex lōgitudie ſue afflictionis curat epilenſiam lib. iij. illo. c. dicit Iterū alterationes q̄ fiūt in contrariū iſtiꝰ infirmitatis ſi magne fuerint curant eā. vñ Hypo. ij. particula amphoriſmoꝝ. Epilenticoꝝ iuuenibꝰ alterationeꝫ mutationes maxime temporū ⁊ locorum faciūt. Scias ēt ꝙ qñ epilenſia accidit alicui ante pubertatē: ⁊ mulieribus ante mēſtruoꝝ apparitionem: ⁊ nō ſoluaẜ in viro. ſ. circa vigeſimum quintū annū: ⁊ in muliere circa appitioneꝫ menſtruoꝝ. ꝙ amplius non curaẜ. vñ Hypo. iij. particula amphoriſmoꝝ. quecūqꝫ vero ꝑmanēt pueris ⁊ nō abſoluūtur circa iuuētuteꝫ: aut feminis circa mēſtruoꝝ eruptionē veterēſcere ꝯſueuerunt. Scire etiā ꝯuenit ꝙ omnes res acute vt alea ſinapis ⁊ ſimilia excitāt epilenſiaꝫ: ⁊ oēs res fumoſe: vt legumina ⁊ oīa q̄ de ꝓprietate cerebrū ⁊ neruos ꝑcutiūt: vt nuces ⁊ vinū verꝰ: tonitrua clamor ⁊ timor: iterū purgationes vniuerſales et fricationes fortes a pectore inferiuſ: ⁊ ſpecialiē in cute ⁊ cruribuſ intrāt in curationē eiꝰ. pectinatio capitis ⁊ eius calefactio cū rebus confortantibuſ caput: vt ē abſinthiū ⁊ ſimilia: ⁊ fricatio eiuſdē ſt ꝯueniētia omni epilentico. Et ſcias ꝙ coytꝰ eſt nociblior eis ꝙ̄ aliqd aliud: niſi in illis in quibuſ accidit ꝓp abſtinentiā ab ipo ſicut in viduis: religioſis: virginibus habilibus ad coytū: nā magis alijs rebus cerebꝛū ⁊ neruos debilitat ⁊ ꝑparat caput ad recipiendū oēꝫ ſupfluitatē fumoſam et humoralem. Sūme cōueniens eſſet vt oīs epilenticus a quacūqꝫ cā fuerit vteretẜ ꝓ potu ſuo aqua mellis ⁊ nō vino: q: vinū oēm ſuperfluitatē eleuat ad cerebꝛū. Sūmopere abſtinere debent oēſ epilentici a comeſtione apij: ⁊ ſpecialiter pueri ⁊ mulieres lactantes: de ſua enī ꝓprietate excitat epilenſiā ⁊ ipāliter eam inducit ī pueris: ⁊ petroſilij ⁊ cerfolij etiā. Cum ſuſpenſione radicis peonie ad collū ⁊ cū potatōe radicis aque decoctioniſ eiꝰ in q̄ ponitẜ mel: multos noſtro tpe pueroſ curauimꝰ ⁊ maxime quoꝝ etas erat infra annos. vij.

Cura quando ex ſanguine multiplicato in quātitate ſeu q̄litate fit: ē vt fiat flebotomia ſaphene .i. vene q̄ eſt in talo: vel frequēs ventoſatio crurium cū extractione ſanguinis. Mūdificeẜ poſt flebotomiaꝫ ⁊ vētoſatōeꝫ cum decoctōe q̄ ſic fit. ℞. manne. ℥. j. tamarindoꝝ. ℥. j. ſ. diſſoluanẜ iſta cū ℥. iiij. vel. vj. aque decoctōis prunoꝝ ⁊ deẜ añ diē ꝯforteẜ caput cū oleo ro. mixto cuꝫ oleo de abſin. fiant fricatiōes in partibꝰ inferioribꝰ. nutriaẜ ex carnibꝰ edi ⁊ caſtrati ⁊ pulloꝝ ꝯditis cum agreſta ⁊ vino de granatis: vel berberis. De herbis comedat lactucas boraginem ⁊ feniculū: ⁊ cucurbitas aliqñ: ⁊ aquā ciceris. bibat aquā mellis vel zuchari: vel aquā decoctionis berberis: Et ſi eēt nimis debilis poſſet bibere vinū album debile multum limphatuꝫ. ſumat poſt purgatiōes ⁊ flebotomias ⁊ vētoſationes. ʒ. ſ. tyriace cuꝫ. ℥. iiij. aque decoctiōis peonie. ⁊ hoc ſemel in ebdomoda ⁊ da in aurora.

Cura vero qñ fit a colera venenoſa ē vt purgetur cū pillulis que ſic fiūt. ℞. ſene epithimi: ſcamonee añ. ʒ. j. aloes. ʒ. iiij. cōficianẜ cum ſucco polipodij vel vino decoctionis elebori nigri. deẜ de his. ʒ. j. ſ. vel. ij. in ſero abſqꝫ cena. Si autem pillulas nō poſſet recipere: ſumat decoctionē q̄ ſic fit. ℞. mirobalanoꝝ indoꝝ ⁊ citrinoꝝ. añ. ℥. ſ. ſene epithimi añ. ʒ. ij. piſtenẜ ⁊ buliāt in aqua ⁊ coleẜ: ⁊ cum iſta colatura diſſoluaẜ. ℥. j. tamarindoꝝ: in q̄ diſſolutōe addanẜ. ℥. ij. ſyrupi vio. Aliud ad idē diſſoluaẜ. ℥. ſ. electuarij de ſucco roſ. ſimpliciū ꝙ faciemꝰ in antidotario cū. ℥. iiij. decoctōiſ audiete ⁊ cū. ℥. j. ſyrupi ro. facta purgatōe fiat vētoſatio ī crurībꝰ: vel flebotomia de ſaphena. fiāt ēt fricationes in partibꝰ inferioribꝰ ⁊ cōforteẜ caput cuꝫ oleo ro. ⁊ ſtomachꝰ cū oleo ꝺ maſtice. poteẜ ex aq̄ mellis vel zucharo vel decoctiōis berberis ꝙ melius ē ī hoc caſu nutriaẜ ex lactucis: portulacis: cucurbitis: ⁊ ſilibus ꝯditis cū agreſta ⁊ vitellˀ ouoꝝ ſeu vino de granatis cū lētibꝰ excorticatis: milio panico ⁊ farina ordei. nutriaẜ etiā ex carnibꝰ edi caſtrati arietis annualꝭ: pulloꝝ ꝑdicū ⁊ ſiliū ꝯditis cū agreſta ⁊ mirtis vel berberis.

Cura eiꝰ q̄ fit ex flegmate ē purgatio cū pilluliſ fetidis ſeu pigra: q̄ oia in antidotario fiēt. fiāt ēt cliſteria de iſtis rebus. ℞. colognitide interioris. ℥. ſ. agarici centauree añ. ℥. ſ. aniſi ſiſileos añ. ℥. j piſtentur ⁊ buliant cuꝫ. M. j. blete. poſt decoctionem coletur ⁊ de colatura iſta accipiatur. lꝭ. j. ⁊ . ℥. iiij. olei ⁊. ℥. iij. mellis ⁊. ℥. j. ſalis: miſceatur ⁊ coletur iterum ⁊ ponatur tepiduꝫ. confortetur caput cum oleo de maſtice ⁊ ſpica. pectinetur ſepe caput eius. inferiores fricationes fortes ſepe fiant. ſternutationes cum elebor̄o albo ⁊ pipere ⁊ ſimilibus. ⁊ poſt purgationes fiant cauteria in anteriori parte ⁊ ſub duobus cornibus poſterioribꝰ. Scias ꝙ cauterium eſt ſublimior medicinarū in omni epilenſia poſt mundificationem ⁊ purgationem cuiuſcunqꝫ cauſe ſit. potetur ex aqua mellis raro ex vino limphato. Scias ꝙ vſus rute ⁊ ſiſileos in aqua ⁊ vino multum conferunt. ⁊ puluis celidonie cum zucharo multum pꝛodeſt omni epilentico ſi ſumatur. ℥. ſ. pulueris celidonie cum. ℥. ij. aque decoctionis mirtilorum ⁊ piperis longi auxiliatur: ſpecialiter poſt purgationem. poſſet vti omnis qui eſt epilenticus peccato humorum frigidorum vel ventoſitatis vaporalis oximelle compoſito in quo eſſet ruta cuꝫ aqua decoctionis mirtilorum ⁊ piperis longi: ⁊ ſit oximel. ℥. j. ſ. ⁊ aqua. ℥. iij. vel. iiij. ⁊ ſit hoc calidum in hyeme in eſtate frigidum. Nutriatur aqua ciceris ⁊ cum herba feniculi: ⁊ cum carnibus capꝛioli ⁊ arietis annualis ⁊ caſtrati: perdicum faſianorum ⁊

omnium auium degentiũ in arboꝛibus ⁊ pratis ⁊ nõ in aquiſ conditis cum pipere longo galanga ⁊ cardomomo zedoaria ⁊ croco.

Cura ſi ẽ ex melãcolia talis erit. mundificetᷓ cũ pillulis ſtomaticis alchindi vel cũ pillulis fetidis aut cum yeralogodion: q̃ fient in antidotario: vl̕ fient cliſteria exiſtis. ℞. elebori nigri. ʒ. iij. ſene epithimi ante. ℥. s. centauree. ℥. i. polipodij. ℥. ij. fumiterre: blete ante. M. i. piſtentur buliant in aqua ⁊ poſt decoctionẽ colentur. Accipiatᷓ de colatura illa. lı̃. j. miſceatᷓ cũ. ℥. iiij. olei ⁊. ℥. iij. mellis ⁊. ℥. j. ſalis: buliat ⁊ coletᷓ iterum ⁊ ponatᷓ tepidum. nutriatᷓ ⁊ potetᷓ vt dictũ ẽ ante. confoꝛtetᷓ caput ex pectinatione ⁊ oleo de ſpica ⁊ oleo de lilio aut de maſtice ſeu de abſinthio. fiant fricationes in partibus inferioꝛibꝰ: ⁊ cauteria in capite locis dictis. poſt purgatiões ⁊ cliſteria abſtineat a coytu hic epiletícꝰ plus alijs: ⁊ a nucibꝰ poꝛris ⁊ cepiſ ⁊ ſimilibꝰ: a vino vero nõ ſicut alij. Scire ꝯuenit ꝙ carnes aſſate magis competunt ⁊ conueniunt omni epilentico: ⁊ ſpecialiter ſi cũ ſpeciebꝰ comedantur ꝙ̃ elixate pꝛeter quam in die purgatiõis In die vero purgationis elixate magis cõferunt q: acuitatem ⁊ ventoſitatem medicine purgatiue magis equant ⁊ repꝛimũt ꝙ̃ aſſate. hoc regula ẽ generalis ⁊ conuenit omni epilentico ex q̃cunqꝫ cã fiat ⁊ in omni etate: ⁊ vſus cerebꝛoꝝ auiũ ⁊ gallinarum ⁊ animalium qñ capita aſſantᷓ eſt de melioꝛibus rebus.

Cura qñ a vapoꝛe eleuato ab aliquo membꝛo fuerit eſt vt ꝓcedatᷓ in ea cuꝫ omnibus rebꝰ dictꝫ in cura eius q̃ fit ex flegmate aut melancolia: niſi ꝙ in iſta epilenſia cauteria debent fieri in mẽbꝛo ⁊ ſuper locum a quibus infirmus ſentit fumũ vl̕ vapoꝛem eleuari ⁊ ꝓfundetᷓ cauterium in membꝛo ſi eſt poſſibile vſqꝫ ad ꝓfunduꝫ: ita ꝙ compꝛehẽdatur intra cauterium totus locus infectꝰ penes poſſibilitatem. In alijs aũt cura eadem erit.

Cura eius que fit a vermibus ſeu ſcaridibus fieri dꝫ ſicut cura vermiũ de qua pfecte dicemus .c. d̃ vermibꝰ inferiꝰ. Omnis epilenticꝰ cõtinuatur ⁊ ſpecialiter poſt purgationẽ electuario noſtro quod faciemus in antidotario de peonia.

Caplm. xvj. de incubo.

Ec egritudo

noiantᷓ. ſtrãgulatoꝛ ⁊ icubꝰ arabice albedinẽ. Incubꝰ ẽ egritudo in qua ſentit homo cum ingreditᷓ i ſomnum fantaſma graue ſuper ſe cadens ⁊ compꝛimit ipſum: ⁊ anguſtiatᷓ eius ſpiritus ⁊ interſecatᷓ vox ipſius ⁊ motus eius. Et foꝛtaſſe pꝛefocatur ꝑꝑ poꝛroꝛum opilationes: ⁊ cuꝫ ab ipſo ſeparatᷓ excitat cũ ſubito: et eſt anteceſſoꝛ vnius trium egritudinũ: aut appopleſie: aut epilenſie: aut manie. Fit aũt ex omni cã vel materia ex qua fit epilenſia. Et eius ſigna manifeſta ſunt ex ipſa egritudine ⁊ narratione infirmi ꝓ vt dictum eſt in epilenſia.

Cura

eſt eadem cũ epilenſia: q: materia eſt eadem: nam incubus nihil aliud eſt ꝙ̃ epilenſia parua vel imperfecta. Cõfoꝛtetur continue cerebꝛum et coꝛ cũ electuario quod ſic fit. ℞. coꝛalorum margaritarum nõ pfoꝛatoꝝ oſſis de coꝛde cerui ante. ʒ. j. coꝛnu cerui. ʒ. s. ſerici combuſti. ʒ. s. galange: cardamomi: melegete: mirtiloꝛuꝫ piperiſ longi: peonie gariofiloꝝ nuciſ muſ. ante. ʒ. j. s. cinamomi. ℥. j. macis: croci ante. ʒ. j. zucari. lı̃. iij. fiat electuarium durum in modum ſtomaticon. ſumitᷓ mane ⁊ ſero ad modũ nucis: ⁊ bibitur poſt illud aliquod aque decoctionis peonie. Fit etiam ex eiſdem rebus cũ melle ⁊ ſumitur eodẽ mõ: ⁊ eſt meliꝰ in hyeme ꝙ̃ cũ zucharo. Sumat bis in hdomada ꝑ qualibet vice. ʒ. s. tiriace in aurora cum. ℥. iij. aque decoctionis peonie: ⁊ ſpecialı̃ poſt purgationẽ ⁊ videbis mirabilia. Quidam voluerunt facere cauteriũ ſup pectus in iſta infirmitate ⁊ fuit erroꝛ. credebant eñi ꝙ hec egritudo eſſet in coꝛde vel eſſet ſpiritualis Et eſt manifeſtum ꝙ eſt animalis: quia perficitᷓ i imaginatione commode tñ poſſet fieri cauteriuꝫ in anterioꝛi parte capitis in loco vbi medius digitus manus cum radix palme ponitᷓ ſup radicẽ naſi eius qui habetᷓ infirmitatem ⁊ ſpecialı̃ poſt purgationes factas cum rebus ſuperius dictis i cura epilenſie.

Caplm. xvij. de melancolia.

Lias

nes galloꝝ elixatoꝝ cū herba vel ſe. feniculi. ⁊ car
nes pulloꝝ paruoꝝ columbaꝝ aſſatas: et carnes
edoꝝ et arietū vni⁹ anni et caſtrati et ꝑdicū et fa

amoꝝ ⁊ pulloꝝ ⁊ gallinarū ⁊ auiū degētiū ī arborib⁹ ⁊ in pratis ⁊ nō in aqͣ aſſatas: ⁊ vitellos ouoꝝ ⁊ carnes ſilueſtres: ⁊ herbā feniculi ⁊ petroſelini ⁊ boꝛaginis. poſt dies vo. xl. aut poſt duos mēſes bibere poſſet vinū albū odoriferū in q̄ ponit̄ tātū de aqua q̄ꝫtū de vino: purget̄ cum pillulis fetidis Alman. q̄ ſic fiunt. ℞. pulueris pigre Alman. quam fecit Alman. c. de doloꝛe et apāte ſtomaci: et nos illā eādē faciemus in antidotario. ʒ. x. colognitide interioꝛis. ʒ. v. euforbij. ʒ. ij. s. caſtorei piperis aſſe ſerapini oppoponacis tapſie ſinapis ana. ʒ. i. centauree minoris electerij vel loco eius ſcamonee ana. ʒ. v. fiant pillule cuꝫ ſucco rute in q̄ gūme īfundant̄. doſis eſt. ʒ. i. s. vl̄. ʒ. ij. dantur ſero abſqꝫ cena de quarto in quartū diē. ⁊ ſic procedatur vſqꝫ quo ter acceperit de iſtis pillulis. Utatur in cibariis ſuis puluere q ſic fit. ℞. pipis. ℥. ii. ʒinʒiberis. ʒ. ſ. cardamomi pipis lōgi cinamomi zedoarie an̄. ʒ. iii. ſpice macis zafrani ana. ℈. i. terant̄ ⁊ cribellent̄. vngant̄ membra leſa ⁊ radices neruoꝝ ⁊ pars capitis contraria parti leſe. i. ſana cū oleo coſtino qđ ſic fit. ℞. coſti. ʒ. i. piperis piretri euforb i. ʒ. iii. caſtorei. ʒ. s. terant̄ ⁊ cribelentur oia et miſceant̄ cū. lī. s. olei de ſpica aut de lilio ſeu in media lī. olei laurini qđ meli⁹ eſt et reſeruetur. Dieb⁹ vo qb⁹ qeſcit in qbus pillulas nō recipit dꝫ recipere infirm⁹ die gliber. ʒ. ii. de anacardina qđ ſic fit. ℞. ʒinʒiberis: piretri: nigelle: coſti: pipis longi: ⁊ piperis: acori: an̄. ʒ. x. mirre rute ſicce: aſſe ariſtologie lōge: baccarū lauri caſtorei tapſie ſinapis gentiane an̄. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngant̄ res iſte ex oleo nucū ⁊ ꝯficiant̄ cū melle diſpumato. valet appopleſie paraleſi: toꝛture: tremoꝛi albaras moꝛbibus ſcoꝛpionū ⁊ paſſionib⁹ oibus frigidis et ſpaſmo humido: cuꝫ aūt ſumit̄ illico prouocat ſudoꝛē et infert fe. ⁊ ſi ſumitur ⁊ non affert ſanitatē: eger ab oi medicamine p dies. x. abſtineat et obſeruet bonā dietā et potū ſm q narrauim⁹. deinde die vndecima ad eādē curā redeūdū erit.

Si aūt paraleſis ꝯtingeret a caſu vel pcuſſiōe mollificatur coꝛpus totū ei⁹: aut aliqua mēbꝛa ei⁹ poſt illud et remanet eius mollificatio ſm ſuā diſpoſitionē et neqꝫ minuit̄ tūc nō ē cura ei oino. Et qn̄ minuitur et nō remanet ſm ſuam diſpoſitionē tunc curatio eius eſt vt emplaſtretur locus ſup quē cecidit pcuſſio cū emplaſtris calidis. et inungat̄ comprimendo cū oleis calidis ſicut cum oleo de oliuis ī cui⁹. ℥. i. diſſolute ſint caſtorei. ʒ. ii. euforbii. ʒ. i. vl̄ cum oleo de coſto vel oleo petroleo et ſimilibus. Et ſiat cū emplaſtro tali. ℞. cere. ʒ. v. olei de lilio et de coſto an̄. ʒ. xxx. mirre oppopōacis ana. ʒ. v. caſtorei. ʒ. iij. euforbij. ʒ. ij. aggregent̄ oia et fiat emplaſtrū ſup locū pcuſſum vl̄ ſup locū leſum ꝰ emplaſtrū ponat̄. ℞. farine fenugreci ſeminis been ſemi. malue malu auiſci raſine armoniaci bdelij adipis anatis: cere ana. olei de lilio quod ſufficit ad inſpiſſandū. piſtent̄ et incidant̄ fruſtratī oia et bulliātur et liqueſiant oia ſimul: et collent̄ cum fuerint diſſoluta et miſceant̄ et fiat emplaſtrū. hoc reſoluit ſupfluitates et radices neruoꝝ ꝯfortat. ſit oleū illius emplaſtri. ℥. iiij. et non plus et quātitas cere ſit. ℥. ij. Scias q ſi exhibet̄ paralitico. ʒ. i. aſſe cū vino calido in auroꝛa multū ꝯfert. et ſi virtus infirmi fuerit ſatis et foꝛtis: nihil melius ī cura paraleſis q̄ꝫ fames ieiuniū et laboꝛ cū ſudoꝛe.

Capl̄m. xxvi. de graui doꝛmitiōe q̄ appellat̄ ſubeth et de ſtupidis vel ꝯgelatis qui ſemp habēt oculos apertos.

Nomen huius egritudinis ē ꝯgelatio: et appellat̄ ſm quaſdā diſpoſitiones ſubet non vigilatiua et appellat̄ p quaſdā alias diſpoſitiones ſubeth vigilatiua. fit autē ex humoꝛe melancolico dominātē in parte poſterioꝛi cerebꝛi: et ex flegmate. et ex cholera mixtis eqnaliter et generatis p viā indigōnis. Cā aūt hui⁹ indigōnis et multiplicationis hui⁹ materie et talis egritudinis ē repletio quaꝫ generat guloſitas et multitudo comeſtiōis et pot⁹ et ebrietatis. Et eſt ſciendū q qn̄ humoꝛ melancolicus dominat̄ appellat̄ ꝯgelatio ꝓprie in qua hō manet in eadē diſpoſitione et habitu in quo erat hoꝛa inuaſionis ipſius egritudinis. Nā ſi iuenit hoīeꝫ rectū ſtat recte: aut ſupine doꝛmientē vel vigilantē ſic manet vſqꝫ ad finem.

Si vo duo alij humoꝛes. ſ. flegma et cholera inequaliter abūdauerint: et flegma ſupabūdauerit cholerā ī commixtiōe appellat̄ ſubeth. i. doꝛmitio ī qua hō moꝛat̄ ſemper oculis clauſis. Si vo cholera abūdauerit flegma ī cōmixtiōe appellat̄ ſabara ſubetina vel iaſcas. i. doꝛmitatio in qua homo moꝛat̄ oculis apertis abſqꝫ palpitatione. Signa congelationis ſunt q homo remanet ſm habitudinem vnam donec euadit: et donec in ventriculo anterioꝛi cerebꝛi: qꝛ humoꝛ opilans partem poſterioꝛem cerebri eſt frigidus ſiccus coartans partem anterioꝛem: deſtruit ſenſus ⁊ motus voluntarios ⁊ ſi inuenit hominem ſedētem vel ſcribentem vel in alio ſitu remanet ſm illam foꝛmā: ⁊ pulſus eoꝝ eſt paruus tardus paruus ꝓpter frigiditatem tardus ex ſiccitate. ⁊ eſt tardioꝛis ſanatiōis q̄ꝫ ſubeth. ex flegmate pp duritiē materie ⁊ eſt cū alienatione ⁊ abſqꝫ febꝛe ⁊ in hoc differt a litargia.

Signa ſubeth cum ſomno in quo vincit flegma ſunt. ſomnus grauis cum oculis clauſis ⁊ obliuio ita q obliuiſcit̄ mīgere. ⁊ ſi p aliquā cāꝫ excitet̄ ſi recoꝛdat̄ de aliq̄ reſpōſione. ⁊ pulſus ei⁹ paruus cum quadā latitudine. Signa ſubeth vigilatiue ſunt q oculi non clauduntur ⁊ vigilant: ⁊ alienat̄ ⁊ aufertur itellectus ⁊ ſequitur eos agitatio ⁊ eſt pulſus velox: ſpiſſus: ⁊ maioꝛ eſt pulſus illius ⁊ latioꝛ ⁊ bꝛeuioꝛ q̄ꝫ pulſus habentis apa calidum in cerebꝛo. Si autem equalis fuerit cōmixtio flegmatis ⁊ colere ſigna equalia erunt ⁊ oēs tales ſunt abſqꝫ febꝛe. qui aūt habent apoſtemata ſiue fuerit calidū in cerebꝛo ſiue frigidum ſemper ſunt cum febꝛe.

Cura ſi materia fuerit melācolica q̄ facit ꝯgelationeꝫ pꝛoprie fiat tale cliſtere. ℞. blete ⁊ meliloti an̄. M. i. fruſtratim incidant̄ ⁊ coquant̄ in aquā poſt decoctionē coletur illa aqua. lī. i. s. ⁊ cum illa colatura miſceant̄. ℥. s. eleboꝛi nigri. ⁊. ℥. ij. polipodij ⁊ floꝛis camomille ⁊ aneti ana. ℥. s. ⁊ ſint piſtata oia iſta: addantur cum iſtis etiam ℥. iiij. mellis. ⁊. ℥. iij. olei de oliua. ⁊. ʒ. i. ſalis: bulliant oia ſimul: ⁊ poſt ebullitionē ⁊ decoctioneꝫ colent̄ ⁊ ſupponat̄ cuꝫ fuerit tepidum. Aliud ad idem. ℞. eleboꝛi nigri. ℥. s. agarici. ℥. s. polipodij. ℥. i. blete meliloti ana. M. i. piſtētur ⁊ bulliantur in aqua per tempus coletur ⁊ de illa colatura accipiatur. lī. i. s. in qua ponantur. ʒ. iij. mellis. ⁊ ℥. iij. olei de oliua. ℥. s. ſalis. Iterum cum iſtis bulliatur aliquātulū poſtea cū fuerit tepidum ſupponat̄ tepidum. Remoueantur capilli ſi poſſibile fuerit ⁊ fricet̄ pars poſterioꝛ cum oleo de ſpica vel oleo de lilio in quo diſſolutum ſi caſtoꝛeum vel bdeliū ſeu ſerapi. ⁊ ſemen cicute purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis: aut cum yeralogodion aut cum decoctionibus dictis. c. de melancolia. Dieta ⁊ potus ſint vt ſcripſimus in eodeꝫ tractatu de melancolia.

Si vero flegma ſuperabundauerit colereꝫ fiat pꝛimo cliſtere ſcđꝫ q determinatū eſt in. c. de appopleſia ⁊ in oibus alijs fiat vt ibi diximus. Si aūt cholera ſupabunda

aerit flegma in cõmixtiõe fiat cliſtere tale. ℞. blete melliloti añ. M. i. coloquintide aloes turbit añ. ℥. s. cẽtaurec minoris. ℥. i. piſtent̃ ⁊ bulliant̃ ⁊ de illa colatura recipiat̃ lb. i. s. in illa colatura ponantur. ℥. iij. mell'ſ ⁊. ℥. iiij. olei cõmunis ⁊ ſalis. ℥. s. ⁊ bulliant̃ iterũ ⁊ colent̃ ⁊ ſupponatur tepidum. fricet̃ ps poſterior vſq; ad ſinciput ⁊ ortum nuce cũ oleo de ſpica vel oleo de lilio: in quib⁹ diſſoluantur mirra bdelliũ ⁊ ſarcacola. fricent̃ pedes fortiter cum ſale ⁊ aceto. Purgetur cũ pillul' cocbijs ⁊ yeralogodiõ: vel cũ pillulis ſtomaticis alebindi vel cũ pigra. Alman. quã faciemus. In oĩbus iſtis paſſionibus poſt cliſteria ⁊ mũdificationes cauteria ſunt neceſſaria ⁊ vtilia. Dieta ſit vt ſcripſimus in apopleſia ⁊ paraleſi. Si v̾o materia fuerit commixta equaliter ⁊ medicie compoſite equales erũt reſpicientes equaliter flegma ⁊ coleram ſcõm poſſibilitatem ⁊ extiſtimationẽ ꝓpinquã veritati. Si aũt corp⁹ repletũ videretur ⁊ facies rubuerit ⁊ vene apparuerint in oculis: ⁊ facie: flebotomia vel vẽtoſatio ꝯueniẽs erit rõne diminutiõis quãtitatiue ſed nõ qualitatiue.

¶ Capitulum. xxvij. de ſtupore ⁊ tremore.

s Tupor ſemper fit ex materia humida cũ calliditate vel frigiditate ſed tremor fit aut a debilitate virtutis regentis mẽbrũ: aut ex potu vini ſupfluo vl' acuto aut ex dominio flegmatis ⁊ frigiditatis ſup neruoſ ⁊ mẽbra mobilia.

¶ Signa ſtuporis ex humiditate cũ caliditate ſunt rubedo coloris oculorũ ⁊ faciei q̃ trahit ad nigredinẽ ⁊ apparitionẽ venarũ cũ habitudine carnoſa: ⁊ dulcedo que ſentitur in lingua. Et ꝙ vrina eius colorata eſt ⁊ ſpiſſa ⁊ vſus cibariorũ ⁊ potuũ gñantium ſanguinem.

¶ Signa ſtuporis ex hũore flegmatico frigido ſũt mollities corporis toti⁹ et albedo ⁊ faciei ⁊ corporis et grauitas ſenſuũ et pigritia et vſus rerũ gñantium flegma. et vrina apparet ſpiſſa alba lactea et pulſus paru⁹ mollis.

¶ Signa tremoris qui fit a caſu virtutis ſunt quia patiens deficit ex quocũq; labore et motu et releuatur ex oi re nutribili: et ꝙ nullo mõ famẽ pati põt quin quaſi ſincopizet et tunc tremor augmentatur.

¶ Signa tremoris qui fit per vſum vini ſũt ꝙ potus aq̃ confert et abſtinentia a vino: et ꝙ potus vini de granatis vel de agreſta confert eis multum.

¶ Signa tremoris qui fit propter dominium frigiditatis vel humoris frigidi ſuper membra ſunt albedo et mollities corporis et pigritia et ebetudo ſenſuũ et pinguedo i toto corpore equaliter.

¶ Scire cõuenit ꝙ oĩs ſtupor vel tremor a quacũq; cã fiat: ſup paraleſiꝫ aut apploplesiã futurã ſignificat.

¶ Cura ſtuporis ex humiditate cum caliditate eſt flebotomia et minoratio cibi. et ſcias ꝙ nihil melius eſt in ſtupore et tremore a quocũq; cauſa fiat ꝗ̃ abſtinentia a vino quaſi vſq; ad finẽ curationis: q2 de ꝓprietate et natura vini exiſtit debilitare neruos et cũ hoc facit omnem ſuperfluitatẽ tranſire ad neruos. et hoc eſt ſenſuale apud illos qui inebriatoribus conſiderant. et in hoc omnes phiſoſophi conueniunt. purgetur ſepe cum pillulis cocbijs pigra Alman. Dieta eius ſicut dictum ẽ in paraleſi. Potus ſit ex aqua mellis vel ex aqua mellis in qua decocta ſit iſopus. Fiat gargariſma ex oximelle ſquilitico cum aqua iſopi.

¶ Si autem contingerit ſtupor ex materia frigida purgetur cum pillulis fetidis. et nutriatur cum rebus aſſatis vt plurimum et potetur cuꝫ aquis dictis et fiant p̃ter hec omnia que dicta ſunt in paraleſi.

¶ Si vero tremor ex debilitate virtutis regẽtis membra ꝓuenerit: nutriatur cum carnibus aſſatis nutribilibus et aliquando elixatis ex carnibus caponum pullorũ et carnibus edi et arietis annualis et caſtrati et vitellis ouorũ et carnibus ꝑdicum faſianorum et oium auiũ degẽtium in arborib⁹ et in pratis et nõ in aquis. potetur aqua mellis aliquando hic bibere põt optimum vinum in quo ponatur tantũ de aqua quãtũ ẽ vinũ et plus. carnes capreoli et carnes porci ſilueſtris macras comedere poteſt. De herbis feniculũ et boraginẽ et cicera fracta in quibus ponantur vitelli ouorũ et riſum cũ vitellis. confortetur cor et cerebrũ cũ electuarijs dictis. c. de melancolia. et vtatur in ſuis cibarijs puluere de ſpeciebus dicto illic.

¶ Si vero tremor fuerit ꝑꝑ vſum vini vel propter vſum alicui⁹ rei: a abſtinere a talibus erit cura eius. vñ Hypo. ij. ꝑticula Amphoriſmorũ. In omni motiõe corporis cum ceperit quis dolere quieſcere ſtatim remedium ẽ: ⁊ etiam confortare cor ⁊ cerebrũ cum electuarijs de ſpeciebus dictis. c. de melancolia erit conueniẽs ⁊ vtile in hoc caſu.

¶ Si autem tremor fuerit ex dominio flegmatis ſeu ꝓpter frigus membrorum curetur vt diximus. c. de paraleſi. quia tremor talis ⁊ ex tali cauſa quaſi paraleſis eſt. ⁊ in illa cura nõ requiritur aliud neq; ex parte mẽbri neq; ex ꝑte diſpoſitiõis ⁊ materie vel cauſe: niſi illõ qđ dcm̃ ẽ illic. Trociſci de ſticados quos i antidotario faciem⁹ valent contra oẽm tremorẽ de ꝓprietate.

¶ Capitulum. xxviij. de tortura oris.

t Ortura eſt inclinatio oris ⁊ labiorũ ad partẽ dextram vel ſiniſtram cum impotẽtia claudẽdi alterum oculorum: ⁊ cum ſufflatione ex latere vno tantum cum ꝑcipitur: vt ſufflet aerem violenter. Fit autẽ ex molificatione ⁊ ex ſpaſmo: ⁊ dicitur ꝙ lat⁹ ꝙ ſanũ videtur. ſ. curuũ vel ꝯtractũ ẽ illud in quo ẽ egritudo ⁊ ẽ cauſa in ipſo: ⁊ ẽ miniſtrans attractionẽ ad hoc vt equet. ſꝫ hoc nõ ẽ verũ ſcõm plurimũ. nã in omni tortura cum hoc ꝙ ẽ peccatũ in forma ⁊ figura mẽbri ſunt due diſpoſitiões mãifeſte. ſ. gibboſitas ⁊ ꝯtractio ⁊ in contractione ẽ p̃mum pctm̃ contractum ex radicib⁹ lacertorum ⁊ neruorum mouẽtium mandibulas ⁊ labia: ſꝫ in parte gibboſa neceſſario cadit elongatio neruorum vltra debitum ⁊ mollificatio. fit ſimiliter tortura ꝑꝑ exiccationẽ lacertorũ ⁊ neruorũ ⁊ diſpoſitionẽ ſpaſmoſam euenientẽ in fe. acuta. ⁊ eſt ſignum mortis ⁊ curationẽ non recipit. ⁊ hoc vult Hypo. li. pronoſticorum vbi dicit. prio oportꝫ faciẽ egri notare vbi innuit ꝙ ſpaſmoſa diſpoſitio frontis ⁊ faciei in febre acuta mortẽ ſignificat.

¶ Signa torture propter molificationeꝫ ſunt motus debilis ⁊ turbatio ſenſus ⁊ multiplicatio ſaliue ⁊ ſputi. ⁊ ſentit in cute ex vtraq; parte leuitatem ⁊ non ſentit extẽſionẽ ⁊ eſt palpebra inferior oculi que eſt in parte gibboſa demerſa: ⁊ videtur medietas panniculi qui ẽ ſup pallatum quod eſt ex parte illius oculi mollificata etiam humida laxa: ⁊ pellis frontis ex parte gibboſa. ſ. per quã ſpuit et ſufflat extenſa eſt abſq; rugis ⁊ caret motu viſuali: ⁊ apparet ꝙ meditetur homo ad inferiora ⁊ aſpiciat: ⁊ cauſa in hoc eſt communitas huius panniculi cum panniculo extrinſeco vie lingue ſecante pallatum in longitudine ⁊ eſt conueniẽs ei: ⁊ tales diſpoſitiones apparent in parte gibboſa et non in alia quando tortura fit ex mollificatione ⁊ non ex ſpaſmo.

¶ Signa ſpaſmoſe ſunt ſenſus turbati quodaꝫ modo e

retenſio cutis cum qua deſtruuntur ruge ⁊ fiunt lacerti faciei duri: et minorat̃ ſaliua et ſputum ſm plurimũ et eſt declinatio cutis ad partes oculi plus et reditio eius ab eis eſt difficilior.

¶ Cura torture ꝓp molificationẽ eſt vt bibat aquã mellis vſq; ad dies .xv. et comedat aquaz ciceris ſeu cibaria facta ex farinis ordei auene fari et ſpelte. et condiant̃ illa cibaria cũ puluere qui ſic fit. ℞. nucismuſca. ℥.i. piperis longi caſtorei glãge añ. ℈.i. zedoarie. ℥.i. terantur et cribelent̃. poſt dies .xv. ſumat eundem potuz quẽ diximus. ſed comedat carnes aſſatas aliquando elixatas de edo caſtrato et ariete annuali. comedat pullos paruos columbarum quomodo vult: et carnes omnium autẽ degentium in arboribus et in pratis et nõ in aquis gallinas capones et gallos annuales et pullos gallinarũ aſſatos. feniculuz petroſilinũ et aquã caulium et porroꝝ. Fiãt gargariſmata cũ oximelle ſquilitico et aqua ſticados et nuciſmuſ. et piretri. Tenere ꝯtinue nuce muſcatã et ſpecialiter in parte gibboſa multũ valet in omni tortura et etiã in contraria. Purget̃ cuz pillulis et ieris dictis in .c. de paraleſi. Ungatur locus cuz oleo de ſpica vel de lilio in quib⁹ opoponacũ diſſoluat̃ et piretrũ et ſinapi. vel cũ oleo de aceto in quo diſſoluat̃ euforbiuz vel caſtoreũ ſeu vtrunq;. fiant canteria vnum in occipitio et alterum in radice mandibule in parte torta et curuata et non in gibboſa Auice. libro iij. c. de tortura dicit ꝙ non dz fieri euacuatio in ꝑncipio cũ debilibus nõ ſufficiẽtib⁹ ſed cũ debilib⁹ ſufficientibus nõ cũ medicina acuta forti: eo ꝙ medicina acuta et fortis exiccat materiã et minorat eã et exiccat neruos.

¶ Cura ſpaſmoſe eſt vt ante purgationem vaporetur locus tortus et tota facies cũ aceto in quo bulierint calamẽtum et ſticados et abrotanũ et ſinapis. vel aliquod iſtorũ. fiant gargariſmata ex aqua decoctionis nuciſmuſ. acori et piretri: et maſticet ſepe iſta pſe abſq; gargariſmate. Fiãt etiam gargariſmata cum aqua predicta et oximelle ſquilitico vel ꝯpoſito. Fiant cauteria poſt aures in occipitio. Purget̃ poſt iſta ſi nõ curaret̃ cũ medicinis dictis in paraleſi. Fiant vnctiones et fricatiões cũ oleis narratis. Similiter dieta et potus ſunt vt diximus. Facere ꝙ habens torturã recte aſpiciat in ſpeculo et mouere faciem contra partem leſam in ſpeculo de calibe dicunt medici ꝙ multum confert et nos credimus illud: ſed nobis videt̃ ꝙ oẽ ſpeculum ſit in hoc conueniens et vtile.

¶ Capitulũ .xxix. de ſpaſmo et tetano.

s Paſmus eſt egritudo neruoſa qua mouent̃ lacerti ad ꝑncipia ſua et inobediẽtes ſunt in dilatatiõe. Fit ſpaſmus ex repletiõe et inanitiõe et ex dolore. fit etiã ex ventoſitate inflatiua ſpiſſa et accidit vt plurimã hic ſpaſmus ex ventoſitate in membris particularibus vt in cruribus et etiam in toto: et remouetur in hora vna et vocatur tunc a laycis grãſus. humoralis aũt ſemꝑ fit materia humida replente et imbibente neruos et lacertos mobiles: et hec materia aliquãdo eſt calida et aliquando frigida et hoc eſt ſm plurimũ: et raro inuenitur calida: ſed ſemper frigida.

¶ Spaſmus vero ex dolore ⁊ vulnere fit: eo qȏ dolor debilitando membrum: currunt humores ad locum debilitatum et doloroſum: et imbibuntur nerui loci doloroſi et vulnerati qui cum cerebro continuantur et ſpina: et per hoc continuatur paſſio cum cerebro ⁊ neruo ⁊ radicibus neruoꝝ multiplicatur dolor vſq; ad principia neruorum ꝗ imbibuntur ⁊ alterantur ⁊ tenduntur nerui ita qȏ non dilatantur neq; ſunt habiles ad motum: ⁊ ſic fit ſpaſm⁹. Et quia cauſa huius ſpaſmi vel euentus eius quando ẽ vulnus vel apoſtema que non poſſunt remoueri a membro niſi poſt longum tempus: ⁊ ſpaſmus eſt egritudo mala ſubito eueniens quam natura diu tolerare non poteſt: remanet talis ſpaſmus per naturam ſue cauſe incurabilis ⁊ mortalis. ⁊ hoc vult Hypo. vi. particula amphoriſmoꝝ vbi dicit. In vulnere ſpaſm⁹ ſupueniens mortale.

¶ Ex inanitione fit ſm tres modos vt dicit Auic. li. iii. c. de ſpaſmo. dicit ſpaſmus eni ſiccus fit aliquando ſucceſſione adurentium febrium ſicut in fe. freneſis: ⁊ ſucceſſione motuum ⁊ laborum corporalium et animalium ſicut ſunt vigilie anguſtia ⁊ timor: ⁊ hic ſpaſmus bene curatur. Fit etiam hic ſpaſmus ꝓpterea ꝙ febres faciunt eliquendo materias currere in neruis ⁊ lacertis et proprie cum corpus eſt plenum. Et accidit etiam ꝓp communitatem oris ſtomachi: et vomitus remouet ipſuz. iij. fit ſpaſmus in fe. longis temporalibus que exiccant neruos ⁊ lacertos et etiam cerebꝝ: et ꝯſumunt humiditates innatas et fit ſpaſmus qui vere dicitur ſpaſmus de inanitione qui eſt mortalis neceſſario: de quo dicũt omnes medici quod non curatur. Alij vero duo modi qui ab Auice. vocantur ſpaſmi de inanitione potius ſub repletione continentur: ⁊ hoc poteſt manifeſte videre per cauſas ipſorum narratas ab eodem quas in liberata poſuimus. Ex eiſdem cauſis fit tetanus ex quibus fit ſpaſmus ſ; diuerſificant̃ in mõ. nam proprie dicitur tetanus qñ nerui et lacerti anteriores et poſteriores equaliter tenduntur. Sed ſpaſmus nõ dicitur fieri niſi quãdo nerui vel lacerti tendũtur ad vnã partem tantũ: et ꝓp hoc tetanus dicitur fortior ⁊ acutior et fieri ex materia fortiori et acutiori ꝙ; ſpaſm⁹ ad vnam partem: eo ꝙ fortius ledit ⁊ eius criſis eſt velocior. appellatur a quibuſdam tetanus cuzez: et cuzez nõ eſt aliud niſi ſpaſmus particularibus. ſ. aut in oculo vel palpebra et aliquãdo in toto et differt a ſpaſmo et tetano: q: cuzez ſemper quaſi fit a ventoſitate groſſa dilatante neruos et lacertos: tetanus et ſpaſmus fiunt vt dictũ eſt. et cuzez particularis proprie appellatur granſus in noſtro ydiomate.

¶ Signa ſpaſmi qui in veritate fit ab inanitione ſunt ꝙ fit paulatim et ſucceſſione egritudinum euacuantium: et que ſunt longi temporis: et longe afflictionis et ſucceſſione euacuationis ꝑ medicinas et ꝑ ſe: et ſucceſſione cholerice paſſionis et tenditur pulſus vt corda et ſic apparet et añcedũt ſpaſmũ tremor et ꝯtractio labioꝝ et extẽſio fortis

¶ Signa eius qui fit a repletiõe ſunt ꝙ prouenit ſubito et velociter ſubintrat in membris vt oleũ vel vnguentum et hoc non eſſet niſi ibi eſſet caliditas addita aut fe. et pulſus eius inuenitur cum latitudine et quadam mollitie: et retentio vrine vltra debitum ſpaſmum ſignificat: et quando in oculis et membris faciei apparet torſio et tenſio et ſaltus vltra debitum ſpaſmum ſignificat.

¶ Spaſmũ aũt ꝯtingentẽ ex apoſtemate vulnere et dolore ſignificãt res ipſe et ei⁹ cã. Et ſcias ꝙ vrina eſt rubea in ſpaſmo cum fe. in principio. Cũ ãt trahitur materia ad caput fit alba. Qñ fit a vẽtoſitate inflatur vẽter et multiplicatur vẽtoſitas in membris et cõmotio et ſaltus.

¶ Spaſm⁹ vo ꝗ fit ab ĩanitiõe ñ curat̃. ⁊ h̃ vult. H. ſup. Amphor. qnte ꝑticule ꝗ dicit ſpaſm⁹ ex cerebro mortale.

¶ Spaſm⁹ vo ꝗ fit ſucceſſiõe fe. adurẽtiũ vt in freneſi: et ſucceſſiõe motuũ aĩaliũ ſicut ſũt vigilie et ſi ſ̃ia curat̃ per euacuationẽ materie egritudis et ꝑ alterat[i]õez egritudis ĩ ꝯtrariũ cũ ſpaſm⁹ ex iſta cã ſi fiat niſi q: materia acuta iã

eta cum caliditate extranea ex qua inflammantur poteſt
ledere neruos in ſiccitate ⁊ ſpaſmum inducere que mate-
ria acuta ſi remoueretur a membris cum caliditate extra-
nea priuarentur nerui ⁊ lacerti a tali effectu. ⁊ per hoc ap-
paret ꝙ non dicitur fieri hic ſpaſmus ab inanitione niſi
per accidens. Nam ſpaſmus qui directe fit ab inanitio-
ne non eſt effectus materie preſentis cum qualitate extra-
nea: ſed eſt exiccatio neruorum ⁊ lacertorum adueniens a
priuatione materie nutribilis ⁊ humoralis in qua longo
tempore caliditas extranea cū ſiccitate: vel caliditas per
ſe vel ſiccitas laborauerūt ⁊ finaliter per longam actionē
neruos ⁊ lacertos potuerunt exiccare. apparet manifeſte
quo ſpaſmus de inanitione fit paulatim ⁊ non ſubito. Si-
militer ſpaſmus qui fit cauſa motuum animalium cum
fiat ſubito ⁊ non paulatim dicitur fieri ab inanitione per
accidens: quia talis motus vt vigilie ⁊ triſtitia nō directe
exiccant: ſed primo principaliter affligūt virtutes anima-
les quibus naturales virtutes ꝯpatiūtur. ſ. digeſtiua ⁊ nu-
tritiua ⁊ ſimiles ex qua cōpaſſiōe deſtruit humiditas na-
turalis mēbrorū ⁊ exiccant nerui ⁊ lacerti: ⁊ ſic fit per acci-
dens etiā hic ſpaſmus. vnde ſola mutatio accidentium
aīe in contrariū. ſ. mutatio vigilaꝝ in ſomnū: ⁊ triſtitie in
gaudiū eſſet ei cura. vñ Hypo. ij. pticula aphoriſmorū.
In motione aīe ⁊ corporis cum cepit quis dolere qeſcere ſta-
tim remediū ē. Et ſi cū hoc ꝯfortet cor ⁊ cerebrū cuꝫ ele-
ctuario de muſco qd facimꝰ in antidotario meliꝰ fiet. ⁊ etiā
cū brodio carniū ⁊ pulloꝝ ⁊ auium ⁊ vino debili liphato:
⁊ cum oībꝰ rebus impinguantibꝰ corpus curabitur: ⁊ per
iſtam viā rect: poterit curari ſi deus voluerit.

¶ Spaſmus aūt q fit in febribꝰ q̄ eliquādo materias fa-
ciūt eas currere ad neruos: ⁊ q fit p cōmunitatē oris ſto-
maci in quo eſt mordicatio ⁊ preſentia colere eruginoſe q̄
exiccat cerebrum ⁊ implet neruos curat p vomitū vt di-
cit Auice. ⁊ alius curat p euacuationē materie eliquate a
ſe. ⁊ p ꝯfortationē neruoꝝ qui debēt inungi cum oleo de
mirto ⁊ oleo de maſtice. nā illa olea ⁊ vnctiones q̄ fiūt ex
eis ꝑparāt ⁊ confortant mēbra ne recipiāt ſuperfluitates ex-
pulſas a mēbris alijs apparet manifeſte quomō etiā hic
ſpaſmus dicit fieri ab inanitione per accidens.

¶ Spaſmus vero ex repletione proueniens curatur eo-
dem mō ⁊ cū eiſdē rebus cū qbꝰ curat appopleſia ⁊ para-
leſis ex parte flebotomie cliſteris ⁊ medicinaruꝫ. ſ. pillu-
larū cū yeris: ⁊ ex parte ſternutationis ⁊ gargariſmatum:
fricationū ⁊ ēt ex parte cibi ⁊ potus ⁊ cauteriorū ⁊ omni-
um rerū. Et ſcias ꝙ cura ſpaſmi non reqrit dillationem
pp fortitudinē ſui nocumēti ⁊ neceſſitatē operationis mem-
bri leſi. Iteꝝ ſcire cōuenit ꝙ nihil meꝰ in cura ſpaſmi de
repletione q̄ꝫ fe. ſi ſuperueniat vel per ſe vel beneficio me-
dici. vnde Hypo. iiij. particula amphoriſmorum. a ſpaſ-
mo ⁊ tetano habito fe. ſuperueniens ſoluit egritudinē. Et
particula. ij. febrē in ſpaſmo melius eſt fieri q̄ꝫ ſpaſmum
in fe. Introducat fe. hoc mō: dat patienti ad bibendum
cum vino decoctionis caſtorei. ʒ. ij. electuarij. de anacar-
dis. nā hoc electuariū de ꝓprietate fe. inducit ⁊ ſudare fa-
cit ⁊ cū hoc remouet frigi. fricatiōes fortes cū pāno aſpo
⁊ puluere euforbij īroducūt fe. ⁊ ſunt vtiles in hoc caſu.

¶ Si aūt ſpaſmus qui fit a vētoſitate ſiue fiat in toto ſi-
ue in parte qui a laycis grāſus appellat ſic curat. primo
fiāt fricatiōes ⁊ i toto vel in pte cū oleo de caſto vl' olō de
ſpica ⁊ pāno aſpo: ⁊ fiat ſepe cliſtere hoc. ℞. aniſi fenicu-
li: ameos amomi ana. ʒ. i. centauree minoris meliloti ſti-
cados aſſari añ. M. i. coloquītide bacharū lauri. añ. ʒ. s.
piſtētur ⁊ bulliant i aq̄: colet ⁊ de illa colatura accipiatur
lib. i. s. ⁊ in colatura ponat. ʒ. iij. mell'. ⁊. ʒ. iiij. olei ⁊. ʒ.
s. ſalis ⁊ ſupponat tepidū. Nutriat cuꝫ carnibus coctis
⁊ conditis cū fenicl'o ⁊ ſe. ameos: amomi ⁊ aleoꝝ. bibat vi-
nū acutū in quo ponat aqua decoctōis mellis: ameos fe-
niculi: dauci amomi. Vtat in cibarij ſuis puluere qui ſic
fit. ℞. piperis longi cardamomi melegete zedoarie zinzi-
beris añ. ʒ. s. macis croci añ. ʒ. s. terātur ⁊ cribelentur. p
tetanū itelligimꝰ ſpaſmū vniuerſaleꝫ ⁊ curam eius.

¶ Spaſmus vō qui fit cū vulnere et dolore q̄ꝫuis dicꝰ
fit icurabilis pōt ei exiber remediū cum īcipit: ponendo
ſup locum doloroſuꝫ ⁊ vulneratū ea q̄ remouēt dolorem
vt ſunt oleū anetinū calidū ⁊ oleū de camomilla ⁊ oleū d'
ſe. lini. Et emplaſtꝝ factū ex ſe. lini ⁊ farina fenu greci et
floꝝ camomille ⁊ ſe. aneti ⁊ maluauiſci radice: qd empla-
ſtrū ꝯdiri dꝫ cū oleis ſupradictis ⁊ farina ordei: ⁊ dꝫ eſſe
calidum cū ponit ſup locū. Et ponit infirmus q̄ſi conti-
nue in balneo aque tepide decoctionis reꝝ irantiū in em-
plaſtro: ⁊ hic modus curationis habꝫ locū i oi ſpaſmo d'
ianitione. ⁊ ſi p iſtā viā dolor nō ſedat vel remouetur po-
nat circa locū doloroſum oleū qd ſic fit. ℞. olei ro. ʒ. iiij.
opij. ʒ. s. iuſquiami: papaueris albi añ. ʒ. i. corticū mādra-
gore ſeminis apij añ. ʒ. s. terant ⁊ cribelent ⁊ miſceantur
cū pdcō oleo aliquātulo aceti de q̄ totꝰ locꝰ doloroſus vn-
gatur. et ſup vnctionē cū iſto oleo ponat emplaſtrū ſupra
dictū calidū actu: et ſic p iſtā viā curabit.

¶ Capitulum. xxx. de catarro et coriza.

C Atarrus eſt curſus materie liquide et viſcoſe
a capite vſque ad gulaꝫ: et ſi curſus fuerit ad
naſum appellatur coriza. Si vero fuerit cuꝫ
violenta expulſione ex cerebro: et euenerit cum ſonitu ap-
pellatur ſternutatio. Jam tibi manifeſta eſt differentia in-
ter corizam et catarrum et ſternutationum ex verbis. Et
ſciendum eſt ꝙ iſta conueniunt in materia et radice gene-
rationis: ſed catarrus vt vult. G. cum hoc ꝙ eſt ſignum
in egritudine pulmonis et coſte et cauſa augmētans apo-
ſtemata illorum locorum: et coriza eſt ſignum abſque cau-
ſa. ſternutatio vero in egritudinibus pernicioſis: in princi-
pio mala eſt: et abundantiam male materie indigeſte ſi-
gnificat. In fine vero digeſtam materiam: fortitudinē vir-
tutis expulſiue cerebri ſignificat et hoc totum dicitur a.
G. commento pronoſticorum ſuper verbo Hypo. ij. par-
ticula vbi dicit. coriza vel catarrꝰ in omni egritudine pul-
monis et coſte ⁊ cete. Catarrus vel coriza aliquādo eſt cuꝫ
fe. aliquando ſine fe. et fit quādoqꝫ a cauſa calida et quā-
doqꝫ a frigida. Cauſa enim calida diſſoluendo humidi-
tatem cerebri facit eam deſcendere ad gulā ⁊ naſum. Ma-
teria calida cum aſcendit fumando ad cerebrum inuenit
frigiditatem cerebri cum humiditate que inſpiſſant illum
fumum ⁊ reducitur in humiditatem ſubtilem: et deſcen-
dit poſt hoc ad gulam et vocatur catarrus: et ad naſum
et vocatur coriza.

¶ Cauſa vero frigida conſtringendo humiditatem cere-
bri facit eam deſcendere ad gulam et ad naſum.

¶ Signa catarri ex cauſa calida ſūt ſubtilitas et acutas
materie catarri. et inflatio et rubedo faciei et aſperitas na-
rium: et caliditas vehemens et puritus. et amaritudo cū
acuitate que ſentitur in gula.

¶ Signa eiꝰ q ꝛ frigiditate ſit ſūt tenebroſitas ocloꝝ eminētia
cū palore et albedie facie: ⁊ opilatō nariū et viſcoſitas groſ

ficies materiei: currētis: ⁊ impoꝰ attrahendi aerem per naſuꝫ: ⁊ deſtructio olphatus reꝝ.

Cura ex cā calida fit in principio ex vapore recepto ex aqua decoctiōis viole ſicce ⁊ ordei excorticati ⁊ papaueris albi ⁊ camomille in os ſiue cū emboto ſiue abſqꝫ emboto. Embotū eſt inſtrumentū cū quo ponit̃ vinuꝫ in botacijs vel fiſconis. poſt purgationē vngantur nares cū oleo vio. ⁊ olfaciat patiēs cāp horā ſepe ⁊ bibat ſyrupū de papauere vel de nenufare mane ⁊ veſpere cū aq̄ decoctiōis iuiubarū vl' ſebeſtē vel pineaꝝ mūdataꝝ bibat aquā ordei vel aquaꝫ decoctionis liquiritie vel zuchari. vel bibat aquā frigidā in qua ſit ſyrupꝰ ro. vel vio. abſtineat a vino: q: vinū de ꝓprietate facit catarruꝫ: vel bibat vinū albū debile agreſtū cū duplo eiꝰ de aq̄ frigida. Comedat ſuccū ordei ⁊ farri auene ⁊ ſpelte in quo ſucco ſupponat̃ penidij. Comedat cibaria facta ex ſpinachijs cucurbitꝭ: attriplicibꝰ ⁊ maluis. Et ſi eſſet debilis ⁊ cū febre regat̃ cū carnibꝰ pullorum ꝑdicū ⁊ edoꝝ alteratis ⁊ conditis cū portulacis cucurbitis ⁊ ſimilibꝰ ſiue ſit cū fe. ſiue abſqꝫ fe. ſic curat̃ cōtinue ſm poſſibilitatē. teneat in ore pillulas q̄ ſic fiūt. ℞. gūmi arabici: draganti amili: ſucci liqritie: ſe. citonioꝝ: pſilij aā. fiāt pillule groſſe ad modū ciceris vl' fabe cū mucillagie pſilij teneant̃ ſub lingua. ⁊ nullomō ſup repletionēꝫ imediate neqꝫ in die ſup ceruicē dormiat faciens. abſtineat a coitu omnino q: eliquat cerebꝝ ⁊ facit mat̃iaꝫ currere ad gulā. odorare ſepe aquā ro. ⁊ attrahere ipſaꝫ ꝑ nares vtile ē valde in hoc caſu. Alie ad ideꝫ. ℞. ſucci liquiritie zuchari albi aā. ʒ. x. amili dragāti amigdolaꝝ dulciū excorticatarū aā. ʒ. v. fiāt pillule groſſe cū mucillagine ſe. citonioꝝ teneant̃ ſub lingua: inſpiſſant catarrū acutū ⁊ leniūt aſꝑitatē etiam. Fiat flebotomia ſi etas ⁊ virtꝰ affuerint de vena cephalica ⁊ erit vtile. poſſet mundificari caput cū pillulis q̄ ſic fiunt. ℞. miro. ci. abſqꝫ nucleis. ℥. s. reubarbari. ʒ. j. aloes. ʒ. v. ſcamonee. ʒ. s. maſticꝭ liqritie aā. ℈. j. fiant pillule cū mucillagine pſilij vl' ſe. citonioꝝ doſiſ eſt. ʒ. j. vel. ʒ. j. s. ſero nō cenet. decoctio ad idē. Accipiant̃. ℥. iiij. aq̄ feruētis decoctiōis prunoꝝ in q̄ aqua feruēti cū fuerit in ſicco ligneo ponant̃. ℥. ij. reubarbari ⁊ dimittant̃ ſimul ꝑ horas duodeci ad minꝰ ⁊ poſtea colet̃: ⁊ i illa colatura addant̃. ℥. ij. ſyrupi roſa. ⁊ h̄ det̃ in matutinis frigidū in eſtate ⁊ tepidū in hyeme.

Cura catarri ex cauſa frigida ē vt ꝑmo euaporetur cū milio calefacto: aut cū aq̄ decoctōis ro. ⁊ mellilotī ⁊ floꝝ camomille ⁊ abſinthij. recipiat ſepe ꝑ os fumū thuris maſticis mirre ⁊ vernicis. purget̃ cū pillulis cochijs q̄ fient in antidotario vel cū puluere turbit q ſic fit. ℞. zinziberis. ʒ. v. turbit. ʒ. x. zuchari. ʒ. xv. dant̃. ʒ. ij. vel. ʒ. j. s. cū aq̄ decoctionis mellis aā diē. vel in matutinis bibat aquā mellis vel aquā decoctiōis iſopi liqritie ⁊ mellis: vl' bibat vinū albū debile in quo ponat̃ duplū eiꝰ de aq̄: ſꝫ abſtinere omnino a vino melius ē: q: ꝑ naturaꝫ ſuaꝫ facit catarrum currere ⁊ corizaꝫ. Comedat carnes caſtrati: edi: arietis annualis: pullorum ⁊ omniū auium degentiū in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: aliquādo aſſatas ⁊ aliquādo elixatas. Comedat aquā ciceris ⁊ cicera fracta ⁊ herbā feniculi ⁊ petroſellini ⁊ ſpinachias ⁊ boragines. Condiant̃ cibaria ſua cū puluere qui ſic fit. ℞. liquiritie. ʒ. v. cinamomi. ℥. ij. cardamomi. ℥. s. croci macis aā. ℈. j. terantur ⁊ cribclentur. Scias ꝙ in iſto caſu vtile ⁊ bonū eſt abſtinere a vociferatione ⁊ clamore ⁊ loquella ſꝫ poſſibilitatem. faciebam poſt purgationem tale remedium talibus facientibus dabam eis in ſero ad comedendum cum ibant dormitū. ℥. j. diazinziberis ꝙ fiet in antidotario ⁊ poſt illud immediate dabā. ℥. iiij. aq̄ frigide ⁊ hoc in eſtate ⁊ in hyeme vinum limphatum. hoc enim leniebat aſperitatē ⁊ impediebat curſuꝫ catarri ⁊ faciebat in aurora totuꝫ ꝙ in gula ⁊ pectore continebat̃ de ſuperfluitate expuere ſine difficultate: ⁊ inueniebat̃ hoc ſupfluū hora expulſiōis optime digeſtū ⁊ cōfortat ſtomachū et omnia nutritiua. Odorare nigellam ligatā in petia ſubtili ⁊ calefactā vtile inuenit̃: et ſpecialit̃ poſt purgationem.

Caplm. xxxj. de obtalmia calida ⁊ frigida ⁊ vocatur apoſthematio oculorum.

Obtalmia ē apoſthematio vel inflatio que accidit in oculis ⁊ palpebris oculoꝝ donec aliquādo cooperiat totam rotunditatē oculi. Fit aūt hec egritudo aliqn̄ a cā extrinſeca ⁊ aliquādo ab intrinſeca: a cā extrinſeca vꝫ a ſole fumo ⁊ puluere. a cā intrinſeca. ſ. a ſuperhabundantia ſeu a curſu alicuius humoris ſimplicium. ſ. a ſanguine colera: flegmate ⁊ melācolia: vel a materia compoſita ex iſtis.

Signa obtalmie propter ſanguineꝫ ſunt vehemētia ruboris apoſthematio venaꝝ in oculis ⁊ fronte ⁊ inflatio magna eminens cū graucdine ⁊ dolore: ⁊ multitudo lachrymaꝝ cum lippitudine ⁊ tenſione.

Signa eius que fit a colera ſunt dolor cū punctura in modum acus vel ſpine: ⁊ inflatio cū rubedine trahente ad citrinitateꝫ ⁊ curſus lachrymarum adurentium ⁊ excoriantium loca que tangūt ⁊ lippa: ⁊ inflatio ⁊ tenſio minores q̄ꝫ in obtalmia que fit ſanguine.

Signa eius que fit ex flegmate ſunt grauitas nō cū multo dolore ⁊ inflatio magna abſqꝫ rubedine: q̄ cum tangit̃ cedit tactui ⁊ fit in loco impſſio cū digito: ⁊ multitudo lachrimaꝝ aquoſaꝝ cū lippitudine non digeſta ⁊ habitudo corporis humida.

Signa obtalmie melācolie ſunt paruitas inflationis abſqꝫ rubedine ⁊ diminutio lachrymarum ⁊ lippitudinis ⁊ nigredo vel obſcuritas corporis ⁊ faciei ⁊ habitudo corporis extenuata ⁊ dolor cū q̄dā grauedine ⁊ fractōe loci.

Cā eius que fit ex fumo puluere ⁊ ſole cognoſcitur ex re ipſa ⁊ per narratōeꝫ infirmi. ſtatim eniꝫ ꝑꝑ dolorem erit ibi materia aliqua q̄ cognoſcit̃ ꝑ ſigna narrata ſuperiꝰ. Si vero materia compoſita fuerit ⁊ ſigna cōpoſita erunt.

Cura eius q̄ fit ex ſanguine ē ut ꝑmo fiat flebotomia de vena cephalica q̄ eſt in manu ꝯtraria partꝭ leſe vl' apoſthemate ſi virtus ⁊ etas ꝯſenſerint: vel fiat vētoſatio in ſpatulis ſi puer vl' decrepitus fuerit ſeu debilis. poſt flebotomiā vel vētoſatōeꝫ diſtilet̃ in oculo lac mulieris lactantis puellam ⁊ ponat̃ ſupra oculū emplaſtruꝫ qd̄ ſic fit. ℞. folia ſolatri floris camomille. ro. ru. aā. piſtent̃ ⁊ buliāt ⁊ incorporent̃ cū farina ordei ⁊ ponat̃ tepidū ſuper locū. ponant̃ petie infuſe in ſucco ſolatri mixto cum aqua ro. ſup locum comprehendendo frontem ⁊ oculum totum. Aliud coquantur tria poma in prunis vel igne ⁊ mundentur poſt coctionem cum quibus tres vitelli ouoꝝ miſceantur ⁊ tepidū ponat̃ ſup locum. In fine ſuperponat̃ coliriuꝫ album qd̄ ſic fit. ℞. ceruſe ablute. ʒ. x. ſarcocolle. ʒ. iij. amili. ʒ. ij. draganti. ʒ. j. opij. ʒ. s. terantur piſtentur ⁊ incorporentur cuꝫ aqua roſata ⁊ fiant magdaleones ⁊ ponantur in oculum. diſſoluantur cum aqua ro. ⁊ colletur poſt h̄ illa aqua ⁊ ponatur in oculū: vl' cū la-

cte mulieris vel capꝛaꝝ fiat illud. Alind ad idem
℞. vitrioli de quo fit encauſtrū. ʒ. ij. camphore.
ʒ. j. ceruſe. ʒ. iiij. pſilij. ʒ. j. buliāt ī. ℥. iiij. aq̄ roſa
donec due remaneāt: coletur ⁊ ponatur in oculū
fiant ſepe ablutiones nariū ⁊ pedū ⁊ faciei cū aq̄
decoctionis floꝛis camomille: mellilotꝛ: ro. ru. et
ſolatri vel acetoſe: ſeu ꝯſolide minoꝛis. Mundi-
ficetur in fine cū decoctione q̄ ſic fit. ℞. māne. ℥.
ij. tamarindoꝝ. ℥. j. s. diſſoluant̄ cū aq̄ decoctōis
pꝛunoꝛū ⁊ dent̄ in matutinis: ⁊ nō ſit aq̄ vltra. ℥.
vj. nec infra. ℥. iiij. Non bibat quaſi vſq̄ ad finē
niſi aquā vel aquā decoctiōis pꝛunoꝝ ſeu berbe-
ris vel aquā mixtā cū agreſta vl' vino de granatꝫ
In fine bibere poteſt vinū albū debile limphatū
cū triplo eius de aqua. Comedat lactucas cucur-
bitas ⁊ poꝛtulacas conditas cū agreſta: vel ſuccū
oꝛdei farri aue. ⁊ ſpelte cōditū cū lacte amigdola-
rum ⁊ agreſta. Si vō patiēs fuerit debilis come-
dere poteſt carnes pulloꝝ ⁊ edi elixatas: ⁊ cū cu-
curbitis poꝛtulacis ⁊ lactucis cōditis cū agreſta ⁊
vino de granatis ⁊ vitellis ouoꝝ.

Si vō materia fuerit colerica mūdificet̄ cū de-
coctione que ſic fit. ℞. mirob. ci. ℥. j. s. pꝛuna nu-
mero. x. piſtent̄ ⁊ buliant̄ in. ℥. viij. aq̄ donec me
dietas ſit ꝯſumpta: colet̄ ⁊ in illa colatura diſſol
natur. ℥. j. s. tamarindoꝝ ⁊ det̄ ante diē. Alind
ad idē. ℞. aq̄ decoctionis pꝛunoꝝ. ℥. iiij. in q̄ aq̄
cū fuerit feruēs ponant̄. ℥. ij. reubarbari pulue-
rizati ⁊ dimittāt̄ ꝑ hoꝛas. xij. poſtea coletur ⁊ in
illa colatura ponant̄. ℥. ij. ſyrupi ro. vel ſyrupi d̄
nenuſare ⁊ dent̄ in matutinis. Alind cū illa aqua
pꝛunoꝝ ſimplici diſſoluant̄. ℥. ij. manne ⁊. ℥. j. ta-
marindoꝝ ⁊ det̄ ante diē. poſt mundificationes
ſecure fiat flebotomia de vena cephalica manus
partis infirme: vel ventoſatio in collo ⁊ ſpatulis.
vij. Hypo. particula. vj. Amphoꝛiſmoꝝ. Poſte
rioꝛa capitis dolentia in fronte recta vena inciſa
iuuat. ergo a ꝯ̄rio anterioꝛa capitis dolētia in po
ſterioꝛi parte inciſa vena iuuat. Sup locum a pn̄-
cipio ponāt̄ petie infuſe in ſucco ſolatri: ⁊ fiat em
plaſtruꝫ ex folijs ſolatri ⁊ acetoſe piſtatis ſimul
incoꝛpoꝛatis cū vitellis ouoꝝ ⁊ albumine. h enim
emplꝫ extinguit colerā ⁊ delet obthalmiā calidā
colericā. Intra oculū ⁊ ſupꝛa ponat̄ colirium al-
bum qđ ſic fit. ℞. ceruſe ablute. ʒ. x. opij. ʒ. j. pſi-
lij. ʒ. ij. amili. ʒ. ij. miſceant̄ cū lacte mulieris vel
cū aq̄ ro. ⁊ liqdū ponat̄ in oculo: ⁊ ſubſtātia groſ
ſa ſupꝛa oculū extra. Dieta ⁊ potꝰ ſint vt diximus
ſupius. Fricationes ⁊ ablutiones manuū ⁊ pedū
⁊ faciei fiāt vt dictū ē ī ſanguinea. Quādo miſcea
tur aliquid olei ro. cū duplo eiꝰ vini de granatis
acetoſis ⁊ ponitur de hac mixtura ſup rubedinē
oculi vel ſanguinē q̄ eſt in oculo ꝑꝑ fricationē vl'
percuſſionem ſequenti die vel tertio curat̄: ſpe-
cialiter poſt flebotomiam vel ventoſationem in
ſpatulis.

Cura obtalmie ex flegmate ē vt p̄mo cū pillul'
cochijs purget̄ vel cū pigra: vel cuꝫ medicamine
de turbit q̄ ſic fit. ℞. zuchari. ʒ. xv. turbit. ʒ. x.
zinziberis. ʒ. v. fiat puluis: dant̄. ʒ. ij. vel. iij. cuꝫ
aqua calida vel aqua decoctionis pꝛunoꝝ in ma-
tutinis vel cū aqua feniculi. ſup oculū ponat̄ em-
plaſtrum ex farina fenugreci ⁊ mucilagine eius ⁊
floꝛe camomille mixtis ſimul ⁊ ponat̄ calidū ſup
oculū. Alind ad idē. ℞. mellilotꝛ floꝝ camomille
aā. ℥. s. piſtent̄ ⁊ icoꝛpoꝛētur cum mucilagine fe
nugreci ⁊ dꝛagantis ⁊ duobus vitellis ouoꝛum ⁊
ponat̄ calidum ſuper oculum. poſt ſex vel octo di
es. poſt duas vel vnā mundificationem ponatur
hoc ſupꝛa oculuꝫ ⁊ intra. ℞. ſarcocolle. ʒ. x. licij
aloes aā. ʒ. ij. ſpume marꝫ croci aā. ʒ. j. s. ſucci ce
lidonie. ʒ. iij. terant̄ ſubtiliſſime vt alcohol ⁊ bu-
liant in vino albo ⁊ aqua ro. colet̄: liquidum po-
natur in oculum ⁊ ſubſtantia groſſa ſupꝛa oculuꝫ
Alind ad idem. ℞. abſinthij viridis. M. j. licij.
℥. s. farie fenugreci. ℥. s. mucillaginis fenugreci
℥. ij. ſarcocolle. ʒ. x. ſucci celidonie. ℥. s. aloes. ʒ. ij
ſpume maris croci aā. ʒ. j. miſceantur ſimul ⁊ po
natur calidum in modum emplaſtri ſuper oculuꝫ
vel extrahatur ſuccuſ ſine aqua ex omnibus piſta
tis ad inuicem ⁊ coletur ⁊ ponatur intra oculum
Fiat ablutiones pedum manuum et faciei ſepe cū
aqua calida decoctionis abſinthij mellilotꝛ ⁊ roſ.
ru. floꝛum camomille. Bibat aquā mellis vſq̄ ad
dies. ix. vel aquam decoctionis iuiubarū ⁊ mel-
lis. Comedat aquaꝫ ciceris vel farrum vel farina
oꝛdei ſeu auene: ⁊ condiantur iſta cibaria cū pul-
uere qui ſic fit. ℞. cinamomi. ℥. ij. cardamomi. ʒ.
ij. croci. ℈. j. fiat puluis cribꝛatus. poſt dies. iiij.
vel. v. comedat carnes edi: caſtrati ⁊ pulloꝝ elixa
tas: cum feniculo ⁊ boꝛagine ⁊ petroſillino ⁊ ſpi-
nachijs. poſt tempus dictum poſſet bibere vinū
album limphatum.

Cura eius que ex melancolia fit eſt vt purget̄
cum pillulis fetidis aut cum decoctione que ſic ſit
. ℞. miro. indoꝝ. ℥. j. s. ſene epithimi aā. ʒ. ij. ro
ſarum ru. ʒ. j. piſtentur ⁊ buliant in. ℥. vj. aq̄ do-
nec medietas ſit conſumpta. coletur ⁊ in colatura
alia addantur. ℥. ij. ſyrupi vio. vel. ℥. ij. ſyrupi de
nenuſare. detur ante diem. Alind ad idem. ℞.
polipodij. ℥. j. eleboꝛi nigri. ʒ. ij. ſene epithimi aā
. ℥. j. ro. ru. ʒ. s. piſtentur ⁊ buliant in aqua: ⁊ cuꝫ
. ℥. iiij. illius aque dentur ante diem. ℥. ij. ſyrupi
de fumo terre poſt mundificationē omni die bis
abluantur pedes manus ⁊ facies cū aq̄ decoctōis
abſinthij: fumi terre: ro. ru. viola. ⁊ mellilotꝛ. In
oculo ⁊ ſuper oculū ponantur coliria ⁊ emplaſtra
dicta in cura obtalmie ex flegmate. Colirium ⁊ em
plaſtrum ſpeciale in h caſu ſic fit. ℞. ſene epithi-
mi: rute celidonie aā. ℥. j. farine ſenugreci ⁊ oꝛdei
aā. ℥. j. s. aloes mirre ſpume maris aā. ʒ. ij. vini
albi aque roſate aā. ℥. iij. piſtentur ⁊ buliantur et
totum coletur ⁊ liquidum ponat̄ in oculum ⁊ ſub
ſtantia ſuper oculum ⁊ ſit calidum actu. Cura ob-
thalmie que fit ex puluere fumo ⁊ ſole eſt vt quie
ſcat ⁊ remoueatur ⁊ elongetur a renocente. Nu-
triantur ⁊ humectentur oculi continue cum aqua
roſata in qua pſiliuꝫ ⁊ camphoꝛa ſint infuſa: aut
abluantur oculi cum aqua decoctionis roſa. vio.
⁊ nenuſaris.

Si aūt extis cauſis contingeret peccatuꝫ in
oculo: vel augumentaretur pꝛopter curſum ali-
cuius humoꝛum quatuoꝛ curetur vt dictum eſt ſu
perius.

Si vero materie compoſite erunt quod cogno
ſces per ſigna: ⁊ cura etiam compoſita erit.

Caplm̄. xxxij. de vlceribus oculoꝛum.

V Lcus accidit in ocu
lo aut ex cā itriſeca aut extriſca: a cā ex
trinſeca vt percuſſione caſu ⁊ ſimilibꝰ
ab ītrinſeca vt apoſthemate doloꝛe ⁊
ſimilibus. Fit etiam vlcus aliquando in pupilla
oculi: aliquando in nigredine: aliquando in albe
dine eius. quod vero fit in pupilla eſt magis timo
roſuꝫ alijs. Illud vero quod fit in coniunctiua vl'
in albedine minus alijs timendum eſt ⁊ nocuū
vlceris cauſa pꝛouenientis ab intrinſeco eadem
eſt cum omnibus cauſis facientibus puſtulas ⁊ a
poſthemata oculorū. Cauſa vlceris pꝛouenientꝫ
ab extrinſeco eſt illa eadeꝫ cum omnibus que poſ
ſunt in ferre nocumētum ab extrinſeco in oculuꝫ

Signa vlceris ab extrinſeco ſunt apparitio puncti rubei ⁊ dolor: cum punctura in oculo ⁊ ſolutio continuitatis viſibilis.

Signa vlceris ab intrinſeco ſūt pulſatio in loco ⁊ dolor vehemens ⁊ punctio ⁊ lachrymarum multitudo. Et ſi cum h̄ in aliqua parte albedinis vel nigredinis pupille: rubedo vel eminentia magis apparuerit q̄ȝ in alia tam puſtula vel eminentia orta eſt in loco ad quam vlcus ſequitur de neceſſitate.

Cura vlceris pupille vel cornee ſeu cõiunctiue ab extrīſeca cauſa ē vt p̄mo fiat flebotomia vel vētoſatio in ſpatulis ⁊ collo: ⁊ ſup illō oculū pōat̄ album oui mixtū cū oło ro. ⁊ ſup ponant̄ petie tres vel q̄tuor magne q̄ cõprehēdant frontē ⁊ maxillā totā īfuſe in aq̄ q̄ ſic fit. ℞. vini de granatis. ʒ. ij. aq̄ ro. lī. s. boli armeni. ʒ. j. pulueriʒent̄ ⁊ bullāt̄ in aqs dictis p tēp⁹: coletur ⁊ in illa colatura petie infundant̄. fiat h̄ vſqȝ ad ſecuritatē vlceris ne amplieť vel apoſthemat̄ poſt ſecuritatē ponat̄ in oculū ſief albū. p ſief albuȝ intelligas trociſcos factos de albis reb⁹ ꝓpe ad oculos: p coliriū aquā vel coliriū albū qd̄ fecimus ī obthalmia colerica. mūdiſiceť cū decoctionibus dictis illic poſt flebotomia vel vētoſationem.

Si aūt eminētia vel apoſthematio p h̄ nō ceſſauerit: ē ſignū pditionis vł incurabilitatꝫ. Bibat aquā vel aquā prunoꝝ ⁊ regat̄ cū dieta dicta ī obthalmia calida. Cū vō ꝑpēderis ꝙ eminētia non decreſcit imo augumētat̄: ligeť firmit̄ ⁊ ſtringat̄ oculus bene cū binda: ante vō ꝙ h̄ eueniat ſuauit̄ cū binda abſqȝ aliq̄ ſtrictura ē ligand⁹: ⁊ ſup oculum eminētē ponat̄ pila aliq̄ de bōbice vel alia re: ⁊ intra oculū diſtileť ſief thure omni die quod ſic fit. ℞. armoniaci ſarcocolle añ. ʒ. v. thuris. ʒ. r. croci. ʒ. ij. cõſiciant̄ ex mucillagine fenugreci. h̄ ſief ſanguinē generat ⁊ maturat et mollificat ⁊ incarnat. Aliud ad idē. ℞. boli armeni. ʒ. s. thurꝫ. ʒ. j. croci. ʒ. ij. pulueriʒētur optime ⁊ cribelent̄ ⁊ diſſoluant̄ cū aq̄ decoctiōis fenugreci: ⁊ poſt diſſolutionē coleť illa aq̄ cū ſtamine ⁊ dimittat̄ in vaſe p noctem vnā integrā: illud qd̄ eſt claꝝ de toto ſup reſidentiā ponat̄ in vaſe: ⁊ fex vł reſidētia tota q̄ erit in fundo exicceť ad ſolē ⁊ reducat̄ in pulueręȝ ⁊ ille puluis incorporeť cū mucillagine fenugreci ⁊ fiāt ſief q̄ ponat̄ ſup vlc⁹. h̄ medicamen curat vlcus ⁊ cõfortat mēbrū ⁊ incarnat ⁊ ſaniē facit. Aliud qd̄ poniť q̄ſi in fine qd̄ cõſolidat ⁊ ꝓhibet ne exvlcere ſeq̄tur egreſſio nuce qd̄ ſic fit. ℞. anthimonij emathitis añ. ʒ. x. achacie. ʒ. iij. aloeſ. ʒ. j. fiāt ſief ⁊ amminiſtrentur.

Aliud ad idē. ℞. ſanguiniſ dracōis. ʒ. ij. aloes. ʒ. j. achacie. ʒ. iij. vitrioli citrini de quo fit encauſtrum. ʒ. j. terantur ſubtiliſſime aloes ⁊ ſanguis draconis ⁊ cribelentur cū petia: vitriolū terat̄ ⁊ bulliant̄ in. ʒ. vj. aq̄ donec cõſumpta ſit medietas: coleť ⁊ in illa colatura ponatur in ſcutella vitrea ⁊ dimittatur p diē: poſtea claꝝ ⁊ liq̄dū qd̄ erit ibi ſeꝑetur a fece: de illa aq̄ ponat̄ in oculū raro: cū fece illa vel reſidētia. icorporetur puluis aloes ⁊ ſanguis draconis ⁊ achacia q̄ nō poterat teri et fiāt ſief q̄ ponat̄ ſup vlcera oculoꝝ hora cõſolidationis.

Si aūt vlcus fuerit a cauſa intrinſeca ſicut ꝑꝑata aut aliud fiat ſtatim a principio flebotomia vel vētoſatio: ⁊ ēt mūdificatio ſicut dictū ē ſupra Sup oculū vō ponatur ſolatrū mixtū cū mucillagine fenugreci ⁊ farina ordei: vel folia ſolatri piſtata ⁊ mixta cū vitellis ouoꝝ ⁊ mucillagine fenugreci ⁊ oleo ro. ⁊ roſis. Intra vō oculū pōatur coliriū albū qd̄ fecim⁹ in obthalmia colerica ⁊ hoc vſqȝ ad apparitionē ſaniei. Abſtieat omnino a vino ⁊ regatur cum cibo ⁊ potu vt dictū eſt ſupius poſt apparitionē ſaniei fiat ſief ſedatiuūȝ dolorꝫ quod eſt ꝓhibens egreſſionē vuee ⁊ quod cõſolidat ꝙ ſic fit ⁊ appellatur ſief de plūbo. ℞. plūbi vſti: anthimonij: thucie ablute: eris vſti gummi arabici: draganti añ. ʒ. viij. opij. ʒ. s. terātur ⁊ cribelentur cū panno ſubtili ⁊ aſpergātur cuȝ aqua pluuiali ⁊ fiāt ſief. Aliud ſief quod ſic fit in fine remouet veſtigia vlceris ⁊ firmat corneam ⁊ conſolidat ⁊ ꝓhibet egreſſionem vuce ſic fit. ℞. climie ablute: thucie ablute: ceruſe anthimonij: thuris añ. ʒ. ij. mirrhe. ʒ. j. ſarcocolle. ʒ. j. s. ſanguis draconis: aloes opij. añ. ʒ. j. fiant ex eis ſief.

Aliud ad idē. ℞. vitrioli abluti de quo fit encauſtrum. ʒ. j. ceruſe thucie anthimoij: gūmi arabici opij añ. ʒ. s. terantur ſubtiliſſime ⁊ bulliāt in ſucco ſolatri bulitione parua ⁊ debili: poſtea cuȝ ſtamine largo coletur totū ī paraſide de vitro: ⁊ dimittatur per diem ita ꝙ faciat reſidentiā. ſȝ liquidum ſumat per ſe ⁊ ſpiſſuȝ per ſe: ſpiſſum exiccetur ad ſolem ⁊ fiant ſief: ⁊ liquidum ponatur in oculo ⁊ ſief ſimiliter etiam h̄ confortat conſolidat ⁊ prohibet egreſſionem vuee: ⁊ ſedat dolorem mirabiliter.

Caplm. xxxiiij. de albugine in oculo.

Albugo ſiue albedo que apparet in nigredine oculi ſeu ſup pupillā eſt veſtigiū remanens p⁹ vlcerū curatōeȝ q̄ñ conſolidant̄: ⁊ ex h̄ manifeſte apparet differentia inter albuginē ⁊ vngulā q̄ȝuis in colere cõueniant vt plurimum: ſȝ in tractatu de vngula differentia erit magis manifeſta. Cuius infirmitatis eſt illa eadē q̄ potuit inducere vlcera in aliq̄ parte oculi vel tunicaꝝ eius. Cauſa coniuncta immediata ad ipſum ē materia frigida infixa in tunica oculi dealbans cicatrizationē que cum difficultate ab oculo ⁊ loco in quo eſt remoueť. Scias ꝙ albula alia eſt ſubtilis ⁊ alia groſſa: ⁊ alia eſt in puero ⁊ alia in ſene ſubtilis aut groſſa in ſene male aut nullomodo curatur. in puero melius. Iteȝ ſubtilis eſt in ſuperficie tunice: groſſa vero in profunditate.

Signa ex ipſa re percognitionē apoſthematis vel ꝑcuſſiōis ſeu cauſis antecedentis manifeſta ſunt.

Cura eſt vt bibat vinum album debile limphatum: ⁊ comedat carnes caſtrati: edi ⁊ pulli et galinarum ⁊ arietis annualis ⁊ herbaȝ feniculi petroſillini boraginis ⁊ oua ſorbilia: ⁊ aues ſilueſtres degentes in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ carnes porci ſilueſtris macras ⁊ carnes capreoli: ⁊ aquam ciceris et farrum et pirra cocta poſt comeſtionem: ⁊ comedat etiam vuas paſſas et ficus ſiccas pineas mundatas ⁊ feſticos. Condiantur cibaria ſua cum puluere facto ex cinamomo cardamomo ⁊ croco. Super albuginem ponatur medicamen quod ſic fit. Recipe maſſecumine. i. aqua vitri ⁊ dicitur aqua vaſorum viridium. ſ. que fit de plumbo vſto ⁊ fit ſicut lac de qua tinguntur vaſa terrea: ſpume maris: albedinis que eſt in ſumitate ſtercoris magni lacerti: ſalis rubei groſſi zuchari albi duri de mecha añ. ʒ. iiij. diciturꝙ zucharum illud eſt quedam ſpuma que reperitur in mecha. et dicitur ꝙ cadit ſuper aerem qui ſic vocatur et dicitur ꝙ eſt ſpecies almēzerion: ſed loco eius pumicem ponebam acori celidonie ſene ana. ʒ. x. coquantur alia

tria.ſ.acorus ſene ⁊ celidonia in.lī.j.aque donec ad quartā redeat.coleṫ ex hac colatura imbibatur pulūs rez ſup̱adictaꝝ:⁊ poſt ībibitōem exiccetur ī vmbra: ⁊ cū exiccat⁹ fuerit iteꝝ teraṫ ſup marmorē:⁊ ībibaṫ cū eadē aqua ⁊ exiccetur ⁊ iteꝝ teratur ⁊ fiat quater. vltimo teraṫ ſuper marmorē ⁊ cū panno lineo cribreṫ ⁊ ponaṫ ſup albuginē:h.n. delet albuginē ita:vt dicit Almā.ꝙ nullū medicamen ei equaṫ.adeo ꝙ deſtruit ⁊ remouet albuginē ab oculis aīalium equoꝝ ⁊ ſiliuꝫ.

Aliud ad idē. ℞.floris eris.ʒ.j.thucie.ʒ.ij. vitrioli viridis de quo fit encauſtꝝ.℥.s. ſpuma maris celidonie rute ro.ru.acori.añ.℥.j.s.iſta q̄tuor celidonia ruta roſe ⁊ acorus piſtenṫ ⁊ bulliant ī.℥.xij.vini albi agreſti tādiu ꝙ medietas ꝯſumaṫ.coleṫ ⁊ cum illa colatura nutriaṫ pulūs aliaꝝ reꝝ ⁊ exicceṫ in vmbra.⁊ poſt exiccatōeꝫ teraṫ iteꝝ ſup marmorē ⁊ fiat h q̄ter.in fine optime teraṫ ⁊ cribreṫ cum petia ⁊ ponaṫ ſup albulā.h medicamen oculum ꝯfortat ⁊ viſuꝫ ⁊ delet albuginē abſq; dolore ⁊ anguſtia.

Capitulum.xxxiiij. de ſcabie in oculo.

Sabies ē aſperitas

parua cū rubedine accidēs poſt obtalmiā ⁊ vlcera ⁊ exiſtit in intrinſeca parte palpebre:⁊ aſſimilaṫ cū iūerſaṫ palpebra ſpāliter cronica ficui q̄ ē incīſa.Cā hui⁹ vt plurimū ē egritudo antecedēs:vt obtalmia vel vlcus:ſꝫ cā tenēs ipſam ī eſſe ē carnoſitas generata a materia ſalſa drīnata p venas ex cerebro ad oculum. Significatio ſuper ipſam trahitur ex viſu ⁊ tactu.

Cura p̄mo fiat flebotomia vel vētoſatio ī ſpatulis ⁊ ſub mēto ⁊ poſtea mundificeṫ caput cū pillulis cochijs vel cū pigra.

Si autem per viam iſtam non curaretur: ſummat duas vel tres de pillulis que ſic fiunt ſero cũ vadit dormitum. ℞. thuris mirre opij croci. ℈. s. ſucci liquiritie. ʒ.j. fiant pillule cum rob. abradatur caput poſt iſta ⁊ lauentur ſinapi confecto ⁊ decoctione ficuum. Ungatur totuʒ caput cũ oleo roſato ⁊ oleo de aneto vel de camomilla mixtis: fiat cauteriuʒ vltimo in anteriori parte capitis penes commiſſuram: ⁊ dimittatur vulnus apertum longo tempore. Solicitetur cura iſti⁹ tuſſis ⁊ catarri: q: ducit ad ptiſim. hec autem cura confert omni catarro deſcẽdenti ad pectus ad ſtomachũ aut ad inteſtina ita q̧ faciat fluxum vẽtris: aut ad oculos ita q̧ ſit cauſa doloris ⁊ vlcerum in eis. Ad idem comedat omni mane ⁊ ſero patiens cum vadit dormitum vnam radicem zinziberis ⁊ poſtea comedat. ʒ.j. zuchari roſati veteris ⁊ bibat poſt illud aliquid aque frigide ⁊ erit ei valde vtile.

Cura tuſſis propter humiditateʒ pulmonis vt apparet in flegmaticis ⁊ ſenibus eſt vt in potu ſũmat omni mane. ʒ.ij. ſyrupi de iſopo cum aqua d coctionis ſeminis vrticarum qui ſyrupus ſic fit. ℞. iſopi ſeminis vrticarum: capillorum veneris ſeminis vel radicis raffani añ: ficuuʒ ſiccarum numero. x. dactilorum tantundem decoquantur in aqua ⁊ fiat ſyrupus bene coctus cum zucharo. poſſet fieri in ſenibus cum melle. purgetur ſepe cum pillulis cocijs vel pigra aut cum medicamine deturbit. Ungatur gula caput ⁊ pectus mane ⁊ ſero cum oleo de ſpica ⁊ oleo de maſtice: ⁊ ſuper locuʒ vnctum vel loca ponatur pannus calidus ad ignẽ. Nutriatur cũ bonis carnibus caſtrati ⁊ edi ⁊ pullorum ⁊ gallinarum ⁊ auium prati ⁊ arbor. Et potetur cum vino limphato ita q̧ aqua ſuperhabundet vinum: ſero poſt purgationem cum vadit dormitum. comedat. ʒ.j. diazinziberis vel diagalange vel diacardamomi: ⁊ poſt illud bibat. ʒ.v. vel vj. aque frigide.

Si autem per hoc non curaretur ſummat de cõfectione que ſic fit. ℞. ſucci liquiritie. ʒ.x. iſopi: capillorum veneris yreos croci: carui: piperis ariſtologie rotunde: amigdalarum amarum naſturtij añ. ʒ.v. fiat electuarium cum melle vel zucharo: ⁊ datur de eo q̧ ſit ſicut nux. h enim educit ſaniem ex pectore ⁊ humores groſſos a ſtomacho ⁊ gutture. teneat in ore ex pillulis que ſic fiunt. ℞. piperis mirre carui: amigdalarum amarum añ. ʒ.ij. aſſe fetide. ʒ.j. conficiantur cum rob: ad modum ciceris fiant. Ad idem. ℞. mirre ſtoracis liquide: thuris opij: fiant ex eis pillule vt piper ⁊ tranſglutiantur. iij. vel. iiij. hee pillule remouent tuſſim impedientem ſomnum ⁊ dormire faciunt: ⁊ mundificant pectus ⁊ canna pulmonis ex materia frigida.

Cura eius que fit a ſiccitate pulmonis eſt vt ſũmat in mane ſi eſt cuʒ febre. lb. s. aque ordei ⁊ poſt tres horas intret balneum aque tepid decoctionis violarum maluauiſci: ⁊ ſeminis vel herbe maluarum. Cibetur poſt illud cum ſucco ordei vl frumenti vel farri: ⁊ cum cucurbitis ⁊ ſimilibus ſcilicet endiuijs lactucis ⁊ cum carnibus edi: pullorum alteratis cum predictis herbis. Bibat rob de vino in quo ponitur aqua decoctionis iuiubarum vel liquiritie. hora ſomni bibat aquam pſilij citrulorum ⁊ cucurbite: ⁊ cum eis detur iulep. teneat in ore ⁊ ſpecialiter ſub lingua de pillulis que ſic fiunt. ℞. ſucci liquiritie. ʒ.x. ſeminis cucurbite ſeminis citrulli ſeminis portulace añ. ʒ.v. conficiantur cum mucillagine pſilij vel albumine oui: fiant ad modum ciceris.

Si vero abſq; feb. fuerit: ſummat panem cuʒ lacte caprino vel aſinino: ⁊ potetur cum eo in quo ſit aliquid zuchari: ⁊ ſit capra paſcens ordeum humidum ⁊ herbas humidas: vel comedat carnes pullorum ⁊ edorum alteratas cum herbis dictis: videlicet endiuia ⁊ lactucã. Ungatur pectus ⁊ ſpina cum oleo violato ⁊ mucillagine pſilij ⁊ albumine oui mixtis. Condiantur cibaria cum vitellis ouorum ⁊ rob de vino cum quibus ponatur aliquid de puluere qui ſic fit. Recipe cinamomi. ʒ.j. cardamomi croci ana. ʒ.s. fiat puluis cribelatus.

Cura eius que fit a caliditate pulmonis eſt vt nutritur cum pedibus animalium ⁊ carnibus edi ⁊ pullorum decoctis ⁊ conditis cum pſilio: lactucis: cucurbitis: portulacis: endiuijs: ⁊ ſimilibus ⁊ cum ſaniе ordei ⁊ frumenti ⁊ potetur cum iulep ⁊ aquam cucurbite portulace ſeu lactuce ⁊ ſimilibus Bibat etiam rob de vino cuʒ aquis predictis aut cum aqua frigida. ponat ſuper pectus oleum violatum mixtum cum aqua pſilij ⁊ camphore. bibat in aurora omni mane. lb. s. aque ordei: ⁊ poſt tres horas cibi ſui teneat ſub lingua pillulas bichichias que ſic fiunt. Reci. ſucci liquiritie zuchari albi añ. ʒ.x. amili: dragãti: amig. dulciũ excorticatar añ. ʒ.v. fiant pillule groſſe ad modum ciceris cuʒ mucillagine ſeminis citoniorum.

Cura tuſſis ex vlcere ſi eſt recens ⁊ non antiqua ⁊ vlcus recens ita q̧ ſanguis adhuc egrediatur cum tuſſi eſt vt ſummat in potu aquam ordei cum cancris fluuialibus: ⁊ ſyrupum de papauere cum lacte quem faciemus in antidotario. fiat ſic-

botomia de vena media ſi virtus ⁊ etas conſenſerint: vel ventoſatio in naticis ⁊ non in ſpatulis ſed ponant ventoſe ſuper aductorium apud cubitum. Et ſi non aſſellauerit ſemel vel bis in die fiat cliſtere lenitiuum dictum in freneſi.

Si vero anbelitus conſtringeretur vel eſſet difficilis ſumat trociſcos de papauere qui ſic fiunt. ℞. ſeminis papaueris albi medule ſeminis cucurbite ⁊ citrulli añ. ʒ. x. amili dragāti: gūmi arabici ſucci liquiritie añ. ʒ. v. thuris boli armeni: ſanguinis draco͞is karabe añ. ʒ. ij. mirre cinamomi opij añ. ʒ. j. fiant trociſci cum rob de vino: et fit vnuſquiſq̧ trociſcus. ʒ. ij. ſumatur ſero ⁊ mane cū ſyrupo de papauere vel rob mirti. Epithimentur pectus ⁊ ſpina cum oleo de mirto vel cum vngēto facto ex cera ⁊ oleo de mirtis. Si vero tuſſis antiqua fuerit ⁊ ſanies cucurrerit cum ſonitu: ⁊ anbelitus conſtringatur quando ſanies non exſpuitur ⁊ retinetur: ſumatur in potu decoctio iſopi vel ei⁹ ſyrupo decotio ſic fit. ℞. iſopi: liquiritie: ſeminis vrticarum añ: mellis vel zuchari duplum iſtarum rez buliāt i aq̄ ⁊ colent. Alia decoctio. ℞. ordei: iſopi: yreos: añ. ℥. s. mell. lī. s. buliāt in. lī. vj. aq̄ donec. iij. pars ſit conſumpta coletur ⁊ ſeruetur. Syrupus ſic fit. ℞. iſopi yreos: liquiritie ſeminis vrticarum capillorū veneris ariſtologie rotunde ſanguinis draconis mirre thuris añ. ℥. j. macis croci opij añ. ʒ. j. piſteutur ⁊ buliātur in. lī. iiij. aq̄ donec medietas ſit conſumpta. coletur et in colatura illa addantur. lī. ij. zuchari ro. veteris. reducatur iterum ad ignem ⁊ ſyrupizetur. de quo ſumat patiēs mane. ʒ. ij. cū. ℥. iij. vel. iiij. decoctionis iſopi.

Si vero anbelitus conſtringeretur ⁊ ſanies vt plurimū in pectore habundaret: ⁊ q̧ ex eo exſpuerit fuerit fetidum ⁊ ſonaret in pectore ad modum oremgimonſ bibat eger ſepe. ʒ. j. mirre cū. ʒ. iij. melius ⁊. ℥. ij. aque iſopi. ſuffumiget os guttur et gulam cum pilulis que ſic fiunt. ℞. ariſtologie rotunde: mirre ſtoracis thuri añ. ʒ. j. arſenici rubei. ʒ. iij. aggregentur cum butiro vacino: ⁊ fiant pilule ad modum auelane ⁊ fiat quelibet ſuffumigatio ex vno aureo pilularū. ⁊ hec ſuffumigatio confert etiam tuſſi plurime humiditatis.

Si vero vicus fuerit ſiccum quod ſcietur q̧ fit ſiccum poſt ſputum ſanguinis ⁊ ſaniei deinde abſcinditur ſputum ⁊ remanet tuſſis ſicca abſq̧ ſputo. curetur cura dicta in parte ſuperiori vbi diximus de tuſſi ex ſiccitate pulmonis ſumat ſepe lac caprinum cum zucharo in quo ſit aliquid thuris vel ſanguinis draconis. Dieta in omnibus iſtis ⁊ potus erunt eedem cum dieta ⁊ potu dictis in tuſſi cum caliditate et ſiccitate pulmonis. potent iſti in prandio ⁊ cena ſpecialiter cum vino ⁊ aqua ordei: ſi autē non aſſellarent tales imo eſſent ſicci ſm ventrem leniantur cū medulla caſſie fiſtulle ⁊ manna diſſolutis cum aqua calida decoctionis ordei. ſi autem nō aſſellarent tales imo eſſent ſicci ſm vētrem leniantur cū medulla caſſie fiſtule ⁊ manna diſſolutis cum aqua calida decoctionis ordei. Curaui quendam dominum in bononia qui vocabatur bondedeus de tuſſi cum vlcere ⁊ abſq̧ fe. a quo vlcere emanabat vel ſanguis vel ſanies cōtinue cum tuſſi. verum tamen ſaniem raro ⁊ parum in quantitate: ⁊ ſubſtinuerat hāc paſſionem ꝑ. xviij. annos vt dicebat ⁊ iudicatus erat ptiſicus per omnes medicos: ⁊ accepit vxorē his temporibus ⁊ habuit filios ⁊ filias ex ea ⁊ ego vidi eos nā ſi fuiſſē ptiſic⁹ mortu⁹ fuiſſē añ ānū ſolūmō ex coitu et pter hoc q̧ febre ꝯſumpſiſſet eū ante tempus h ⁊ deſtruxiſſet omnes virtutes naturales in breui tempore. Rexi eum poſtq̧ ſuam infirmitatem cognoui ſolum cū electuario quod ſic fit. ℞. trociſcos ſtelle. xij. zuchari roſati veteris. lī. j. et miſcebant ſimul. recipiebat omni mane ⁊ ſero de iſto elactuario. ℥. j. ⁊ bibebat poſt illō. ℥. iiij. aque frigide: ⁊ cum h regebam ipſum cum bona dieta nutribili ⁊ vino rubeo limphato ⁊ curat⁹ fuit perfecte in vno anno ſolum per iſtā viam abſq̧ alia medicina omnino: verum eſt quando venter eius nimis exiccabatur q̧ ſoluebam ipſum cum māna ⁊ reubarbaro diſſolutis cum. ℥. iij. aque feruentis decoctionis prunorum ⁊ poſtea colabatur: et dabam colaturam hanc ante diem.

Cura tuſſis ꝑpt apoſthema ſi fuerit apoſthema calidum eſt eadem cum tuſſi ex caliditate ⁊ etiam ſiccitate pulmonis preterq̄ in cura illa ſit flebotomia vel ventoſatio in ſpatulis ⁊ naticis: ⁊ etiam aliquando fiant cliſteria lenia: ⁊ mundificatio cum medicinis vtilibus ⁊ neceſſarijs in h caſu: vt eſt mundificatio cum manna ⁊ reubarbaro vl' medula caſſie fiſtule diſſolutis cum aqua feruente decoctionis prunorum vel ordei. In dieta autem et potu non erit differentia.

Cura eius que fit propter apoſthema frigidū molle flegmaticum in principio eſt eadem cum ſuperiori: ⁊ cum febre minuetur vel incipiet minui: tunc iuuetur cum ſolutione ventris ⁊ cliſteribus ⁊ dieta ⁊ potib⁹ dictis in parte ſuperiori de tuſſi ex humiditate pulmonis: fiant etiam in illa poſt flebotomiam purgationes: ſuffumigationes receptas in ore ꝑ embotum factas ex mirra vernice et thure.

Cura tuſſis que fit propter apoſthema durum melancolicum non bene fit vel cum difficultate ⁊ male fit quia vt plurimum incurabilis eſt. Regatur per tempus hoc modo bibat ſepe vel cōtinue aquam mellis ſubtilē clarā: ⁊ teneat in ore ſuo oleum amigdalarū ⁊ ipſum deglutiat paulatim: vel pillulas bichichias dictas ſuperius: ⁊ aliquando pillulas ⁊ ſtorace quas ſuperius in iſto. c. fecim⁹. Vngatur pectus ⁊ collum omni die cum vngento facto ex cera ⁊ oleo de camomilla: ſeu cū vngēto facto ex cera ⁊ oleo de camomilla ⁊ pinguedine anatū collata ⁊ galline ⁊ mucillagine ſe. lini ⁊ fenugreci. Purgetur aliquando cum pilulis cochijs vel cū aqua decoctōis ſene ⁊ epithimi ⁊. ʒ. j. vl'. ij. pluer̄ reubarbari. fiāt ſepe ſuffumigatōes d̄ mirra. Nutriatur ex bonis gallinis ⁊ ſimilibus poſt dies. xv. ⁊ vino claro dulci limphato bene cū aq̄ mellis vel ordei ante h tempus: ⁊ poſt aliquando nutriatur cum lacte recenter mulſo adhuc calido in quo ſit aliquid zuchari: ⁊ comedat etiam ſorbitiones factas de farina ciceris vel ordei vl' fabe in eodem lacte. ⁊ bibat aquam mellis vel ordei. Aliquando cliſterizetur infirmus cum cliſteribus lenibus ſi fuerit ſiccus ſm ventrem. Cura tuſſis ex frigiditate aeris eſt vt ſumat brodia calida in quibus ſint crocus cinamomum ⁊ macis: vel ſorbitiones calidas de farina ordei vel ciceris in quibus ſint eedem ſpecies: ⁊ caueat omni ingenio quo poteſt ab aere frigido. bibat vinum limphatum ſm medietatem ⁊ plus cum aqua calida hyeme: eſtate cum frigida: vel bibat aquā mellis ſero cū vadit dormitum. ſumat. ℥. j. diazinzibeis vel diagalāge: ⁊ bibat poſt illud. ℥. iij. aque calide i hyeme frigide in eſtate. poſt alenationem intret balneum aque decoctionis roſarum vel iſopi. Si autem per viam iſtam non aleuiaretur purgetur cū pillulis cochijs vel pigra aut cum medicamine de turbit: ⁊ poſtea iterum fiat vt dictū eſt. Scire cōuenit hic commune remedium contra tuſſim que fit ex preſentia materie frigide ⁊ vētoſitatis. Vtatur ꝯtinue habēs tuſſim hāc mane ⁊ ſero hac cō-

fectione. Recipe pulueris cimini. ℥. s. miſceatur cum. lİ. s. diatriton pipercon facto cum ⁊ melle. facta purgatione vna vel duab⁹: ⁊ videbis mirabile.

Capl'm. lxxxvij. De aſmate.

Q Vando quis attra

hit aerem cum difficultate vel emittit: ſeu cum difficultate attrahit ſimul ⁊ emittit: ⁊ cum hoc tuſſit quaſi continue dicitur in veritate pati aſma. verū eſt ꝙ quando cadit peccatum ī attractione appellatur diſnia ⁊ maxime ſi eſt abſq; ſono vel orgmone. Quando vero cadit peccatum in expulſione dicitur aſma ⁊ maxime cum ibi fuerit ſonus ⁊ orgmon. cum vero peccatum fuerit in attractione ⁊ expulſione ſimul cum ſono in pectore ⁊ tuſſi: tunc a quibuſdā vocatur ortomia: tamen cōmuni ſermone a ſapientibus omnes ille infirmitates vocantur aſma. Aſma ſepius accidit ſenibus ex multo flegmate habundantibus. cuius cauſa eſt humor nimis ſuperfluus in pulmone contentus cerebro nullū patiente nocumentum niſi egritudo fuerit compoſita. Fit autē aliquando a ſiccitate pulmonis abſq; materia: vel caliditate pulmoni abſq; materia. fit aūt vt plurimum ex flegmate viſcoſo coadunato ī pulmone ⁊ in vijs pulmonis ⁊ canne ⁊ aliquando deſcendit ex capite: aliquando currit ex alijs membris ad pulmonem vel ad vias canne pulmonis: ſeu ad partes ſpiritualium. fit autē aliquando ex gibboſitate naturali vel accidentali ⁊ etiam ex deſtructione complexionis ⁊ compoſitionis cāne pulmonis ⁊ viarum eius vt in leproſis contingit. Et hoc aſma qd ex iſtis cauſis fit nunq̄ curatus beneficio medici. Aliquando fit a materia humida calida currente per venas ad pulmonem ⁊ vias ſpiritualium.

Signa eius qd fit ex flegmate contento ī pulmone ⁊ locis ⁊ vijs ſpiritualium ſunt ꝙ cū mouetur ad intra pectus auditur ſonus: ⁊ proprie cum infirmus iacet ſupinus ⁊ aer cum difficultate attrahitur ⁊ emittitur aliqn̄ ⁊ expuit cū difficultate hora excreationis ⁊ tuſſit multum: ⁊ illud quod expuit eſt viſcoſum valde ⁊ tenax. Et q: illa materia aliquando deſcendit a capite ad pectus ⁊ aliquando non. videre conuenit ſi catarrus ⁊ coriza aſma anteceſſerint: ſignū eſt ꝙ a capite radicem ſumpſit aſma hoc. Si vō nō: n̄. Signa ⁊ cura eius quod poſſet fieri vitio caliditatis vel ſiccitatis pulmonis ⁊ ſpiritualiū: ⁊ ex vlcere dicta ſunt. c. de tuſſi: ⁊ ideo de curis ⁊ cauſis etiam ſignis hic nihil tanget̄. Signa aſmatis qd fit ex materia calida ⁊ humida ſunt apparito rubedinis faciei ⁊ totius corporis ⁊ repletio manifeſta: ⁊ vſus rerū multiplicantiū hāc materiā ante hāc infirmitatem ⁊ vſus vini dulcis cum multiplicatione.

Cura aſmatis ex materia frigida viſcoſa deſcēdente a capite eadem eſt cum cura aſmatis prouenientis ex materia frigida viſcoſa aliunde niſi q: in aſmate quod fit a materia fluente a capite requiritur confortatio capitis principaliter in illo aſmate ꝙ fit ex alia cā hoc nō requiritur. Et ꝙ eadē ſit cura iſtius ⁊ illi⁹ ex parte generationis materiei apparet ⁊ eius derivatōnis ad diuerſa loca nam cum res vel cibus ſeu potus qui ore recipitur ad ſtomachum tendit: ⁊ in eo non bene digerit̄ vel rectificat̄: currit indigeſtus ꝑ meſaraicas ad epar ⁊ ibi remanet indigeſtus ⁊ vadit per venas ad cerebrū ⁊ ad alia membra. Et cum natura cerebri inueniat hanc materiam indigeſtam ⁊ eam rectificare non poſſit expellit ipſam in digeſtam ⁊ crudam ad partes inferiores aliquā do ad pectus ⁊ tunc facit tuſſim ⁊ aſma: ⁊ aliquando ad gulam ⁊ facit catarrū ⁊ aliquando ad naſum ⁊ facit corizam: ⁊ ad ſtomachum ⁊ facit faſtidiū ⁊ fluxum ventris aliquando. Et hoc vult Ypo. vj. particula Amphoriſmorū. vbi dicit ꝙ traguli a diaria lōga capiunt̄. ⁊. vij. particula quibuſcūq; egeſtiones ſpumoſe in diaria bis a capite flegma defluit. Et iterū ꝑ viam indigeſtionis ꝯtingentē ꝓꝓ multitudinem cibi in nō ſua hora. aut ꝓꝓ malitiā eius ex parte frigiditatis ⁊ viſcoſitatis eleuantur fumi vaporoſi aſcendentes ad caput ⁊ cerebrū qui in ipſo cerebro ꝓꝓ frigiditatē ⁊ humiditatē ipſi⁹ in materiā humidam ꝯuertunt̄ q̄ ad diuerſa loca inferius expellit̄ ⁊ eſt generans diuerſas infirmitates ſm̄ diuerſitatē locorū ad que currit vt dictū eſt. Utat̄ ꝯtinuis diebus ſyrupo de iſopo q ſic fit R. iſopi. ℥. ij. liquiritie ariſtologie rotunde mirre yreos ſe. vrticarū an̄. ℥. j. ficuum ſiccarū paſſularū ſebeſten: pinearū mundatarū iniubarū fiſticorū an̄. ℥. s. radicis enule. ℥. ij. s. piſtent̄ omnia ⁊ buliant in. lİ. iiij. vl̄. vj. aque donec remaneāt niſi due. lİ. colentur ⁊ in colatura illa addant̄. lİ. ij. zuchari vl̄ mellis ⁊ ſyrupizetur. De illo ſyrupo bibat cum aq̄ decoctiōis iſopi omni mane. ℥. ij. ⁊ ſit aqua. ℥. iij. poſt ſex dies ſumat ſero cum vadit dormitum. ʒ. ij. vel. ʒ. j. s. pillularū cochiarum ⁊ non cenet: vel. ʒ. s. pigre vel. ʒ. ij. medicaminis deturbit cum vino calido limphato. Comedat carnes edi caſtrati ⁊ pullorum ⁊ ſuccum ordei farri ⁊ ſpelte ſi fuerit cum febre vel aquam cicerum. Bibat aquam mellis vel zuchari vel aquam decoctionis iſopi ⁊ zuchari: vel vinum album limphatum cum aqua decoctionis iſopi vel liquiritie cicera fracta condita cum zucharo valde vtilia ſunt: ſuccus auene ſimiliter vtilis eſt in hoc caſu. Ungatur pect⁹ ⁊ pars poſterior cum oleo de lilio vel de camomilla: vel de aneto ſeu de ſpica: vel fiat vngētum ex aliquo iſtorum cum cera ⁊ butiro ⁊ erit melius: ⁊ cum illo vngantur. Utatur in cibarijs ſuis puluere qui ſic fit R. liquiritie: cinamomi: cardamomi: folij mellegete an̄. ℥. j. mac̄ croci an̄. ʒ. s. iſopi. ℈. j. fiat puluis qui cribeletur. Sumat ſepe mane ⁊ ſero de electuario quod ſic fit. R. ſucci liquiritie iſopi capillorū veneris an̄. ʒ. v. cardamomi piperis: amigdalarum amarum: ariſtologie rotunde: ſeminis vrtice an̄. ʒ. ij. s. conficiantur cū melle diſpumato. hoc enim ſuperfluitates groſſas ex pectore expellit. Iterū diazinziber noſtrum ⁊ diacardamomum que faciemus in antidotario vtilia ſunt. ſumuntur mane ⁊ ſero ad modum nucis: ⁊ bibitur aliq̄d aque decoctionis iſopi poſtea: vel aliquid aque frigide in eſtate ⁊ calide in hyeme. Fiant ſi eſt poſſibile cliſteria ⁊ vomitus ſepe quia multum conferunt in hoc.

Cura aſmatis ex materia calida ⁊ humida currente ad pectus ⁊ ſpiritualia eſt vt fiat flebotomia de vena communi vel cephalica: vel fiat ventoſatio in naticis ⁊ ſpatulis: vel fiant cliſteria ⁊ vomitus aliquando. In ſyrupis electuarijs ⁊ vnctionibus ⁊ aq̄s ⁊ decoctōib⁹ fiat vt dictū ē ꝑter ꝙ ī illa cā fiat mūdificatio vl̄ purgatio cū reubarbaro l̄ manna ⁊ caſſia fiſtula etiam dieta ⁊ potus non differunt.

Si vero aſma cum febre fuerit curetur vſq; ad dies. xiiij. ſine carnibus ⁊ vino ⁊ in alijs procedatur vt dictum eſt: ⁊ vbi in medicinis poſitum eſt mel ponatur zucharum. Si vero materiam currentem a capite contingerint: confortetur caput poſt purgationes cum ſuffumigijs factis ex mirra verruce maſtice ⁊ thure: ⁊ cum pectinatione: ⁊ emplaſtrationibus factis ex roſis camomilla ſan-

dalis ⁊ abſinthio: vel abſinthio ⁊ bacis lauri ⁊ ro-
ſis ⁊ camomilla ⁊ gallis. Jſta reſoluunt materiam
loci poſt purgatiōez abſq; ꝑmutatiōe: neq; ꝑmit-
tūt currere materiā ad locū.

Capitulum. lxxxviij. de pleureſi.

p Lureſis eſt apoſthe-
ma ꝯtingēs ī pelliculis coſtaꝝ cū pun
ctura ⁊ dolore ⁊ fe. ꝯtīua ⁊ tuſſi. Et fit
vt plurimū ex materia colerica q: vī ꝙ
maťia aliqua nō poſſit ſubſtātiā mēbri paniculoſi
penetrare niſi ſit acuta ⁊ calida ꝑꝑ duritiē ⁊ ſolidi
tatē mēbri paniculoſi. fit aliqñ ex ſanguine aduſto
aliqñ ex ſanguine non aduſto: ⁊ fit ex flegmate ſal
ſo ⁊ etiam dulci.

Signa cōia ad pleureſim ſunt dolor
lateris pūgitiuus ⁊ ꝯſtrictio
anhelitꝰ ⁊ fe. ꝯtinua ⁊ pulſus ſerinꝰ: ⁊ ꝑ pulſuz ta
lē fit diſtinctio inter dolorē coſtaꝝ ex ventoſitate
⁊ pleureſim: ⁊ ꝑ appoſitionē vaporoſi vt dixit Hy
po. li. ď regimine acutoꝝ q incipit a vaporatiuis ī
ꝑncipio vt expiať ſi dolor coſtaꝝ ꝑꝑ fuerit apa aut
ꝑꝑ ventoſitatē. Naz qñ dolor alcuiať ⁊ recedit ⁊
nō ē pulſus ſerinꝰ tū medicꝰ hz certitudinē ꝙ apa
adhuc ibi non eſt.

Si vo pulſus ſerinus q hz ſignificare magnā
diuerſitatē ī loco cū dolore vehementi affuerit: ⁊
dolor ꝑ euaporatiuū aliqď non alleuiabiť certꝰ eſt
medicus de apate in loco.

Si aūt ex ſanguine fuerit vel ꝯtingerit erunt
cū ꝑdictis ſignis rubedo faciei ⁊ totiꝰ corporis: ⁊
repletio venaꝝ ⁊ pulſus ⁊ anteceſſio repletionis
vini ⁊ reꝝ generantiū ſanguinē: ⁊ vrina ruffa vel
rubea ſpiſſa apparebit ⁊ ſputum cum primo īcepe
rit apparere erit valde rubeū ⁊ dolor non ſic cum
punctura ſentiť: ſz cū quadam grauitate. Signa
eiꝰ q̄ eſt ex colera cū alijs cōmunibꝰ ſunt vrina ru
bea clara ſubtilis: ⁊ ē iſta punctura lateris in mo-
duz acus ⁊ dolor acutior: q̄z in illa que fit ex ſangui
ne: ⁊ pulſus durior ⁊ minor: q̄z ī illa fe. acutior. Si-
gna qñ fit ex ſanguine aduſto ſunt nigredo lingue
⁊ vrina clara nigra ⁊ ſiccitas oris ⁊ ſitis vehemenſ
⁊ retētio ſputi ⁊ lingue aſperitas ⁊ nigredo totiꝰ
corporis ⁊ fortitudo fe. ⁊ fecū retentio. Signa eiꝰ
q̄ ex flegmate fit vel ſanguine ī quo dominať fleg
ma ſunt ꝙ fe. ē ꝗeta multū ⁊ leuis ⁊ dolor ē abſq;
pūctura cū grauitate ⁊ pondere in latere: ⁊ ſputū
eiꝰ tendit ad albedinē ⁊ eiꝰ vrina apparet palida
vel citrina cū ſpiſſitudine ⁊ pulſus eiꝰ paruꝰ ⁊ mol
lis quodammodo.

Cura pleureſis ex ſanguine vt ſtatim a
ꝑncipio fiat flebotomia de vena
media brachij qď eſt in ꝯrio partꝫ apoſthemoſe vſ
q̄z ad mutatiōnē coloris ſanguinis ī nigredinē: vl'
magis intēſaz ⁊ rubedinē q̄z erat rubedo ſanguis
q ꝑmo exibat a vena. Et ſi flebotomia de vena illa
fieri nō poſſet aut ꝑꝑ etatē vel timorē: fiat vētoſa
tio ī naticis vel ſpina cū ſcariſicatōe ad quā ſequiť
cliſtere lenitiuū īmediate: vel fiat flebotomia ď ve
na epatis vel ſplenis ī manu que eſt inter anularē
⁊ auricularē: ⁊ ſi virtus ſtaret: poſſet bene vſq; ad
dies tres reiterari flebotomia de vena media vel
de vena manus eiuſdē partis ī q̄ erit apa ⁊ eſſet h
reiteratio vtil' ⁊ bona. poſt flebotomiā vngať locꝰ
doloroſus cū olo ď camo. ⁊ olo ď aneto mixtꝫ ſil' ⁊
calidis actu ponať poſt vnctionē ſuꝑ locū empla-
ſtꝝ qď ſic fit. ℞. radicum altee vel maluauiſci co-
cti ⁊ parati. ʒ. iij. violaꝝ floꝝ camomille añ. ʒ. ij.
farine ordei. ʒ. vj. īcorporenť ⁊ miſceanť cū oleo ď
camomilla ⁊ oleo violato ꝙ ſufficit ad faciendum
emplaſtꝝ. ponať calidū ſuꝑ locū. ſi vēter infirmi

eſſet ſiccꝰ fiat ſuppoſitorium vel cliſtere lene quod
eſſet melius. recipiat omni mane. ʒ. ij. vel. iij. de
ſyrupo qui ſic fit cū. ʒ. iiij. vel. v. aque decoctiōis
liquiritie violaꝝ ⁊ ordei. ℞. ficus ſiccas albas vel
virides. x. numero paſſularum. ʒ. x. radicis liqui-
ritie piſtate. ʒ. v. iuiubas. xx. ſebeſten. xx. bulliant
in. lī. iij. aque donec medietas ſit conſumpta. cole
tur ⁊ ſyrupizetur cum. lī. j. zuchari poſt receptio-
nem iſtius ſyrupi per vnam horam vel duas vel
ante ſumere poteſt de aqua ordei vel ptiſana ⁊ nū
quam hora cibi neq; cum ſyrupo comedat ſuccum
ordei vel auene vel ptiſanam vel ſuccum furfuris.
Bibat hora comeſtionis aquam decoctionis ra-
dicis feniculi liquiritie ⁊ zuchari vel aquam zu-
chari purā: aut aquā mellis in q̄ paꝝ ſit de melle.

Si autem infirmus eſſet debilis multum: come
dat carnes pullorum elixatas cum cucurbitis vel
ordeo vel violis vel carnes edi coctas cum lactu-
cis vel endiuijs. ⁊ bibat vinum album debile lim-
phatum cum aqua zuchari vel aqua calida ⁊ ſpe-
cialiter in hyeme: aut aqua decoctionis liquiritie
non ſit dies aliqua in qua infirmus non aſſellet in
hac egritudine quia bene erit ei ⁊ melius alleuiabi
tur a tuſſi ⁊ leuius exſcreabit: poſſet aliquibus die
bus mundificari ⁊ bene cum. ʒ. ij. manne diſſolu-
te cum. ʒ. iiij. aque decoctionis violarum aut iu-
iubarum: aut cum. ʒ. ij. medulle caſſie fi. diſſolute
cum. ʒ. iiij. vel. v. aqua decoctionis rerum dicta-
rum: ⁊ poſt diſſolutionem colentur ⁊ illa colatura
eſt illud qď dať infirmis in matutinis in iſto caſu.

Cura pleureſis que fit ex colera eſt vt ſtatim fi
at ſubtractio ſanguinis ex contraria parte ſi cor-
pus fuerit repletum: vl' ex eadem ſi non fuerit re-
pletum: ⁊ poſt ſubtractionem fiat mundificatio
cum decoctione que ſic fit ex. ʒ. j. tamarindoꝝ ⁊. ʒ
ij. medulle caſſie fiſtule cum. ʒ. iiij. vel. v. aque de
coctiōis prunoꝝ vel iuiubaꝝ. in omnibus alijs re
gatur infirmus vt ſupius dictum eſt preter q: in
iſto caſu requiritur maior extinctio. fit ergo potꝰ
eius hora comeſtionis cum aqua decoctionis pſi-
lij ⁊ cucurbitaꝝ: aut cum aqua decoctionis cucu-
meris lactucarum ⁊ zuchari aut cum aqua decocti
onis endiuie cucurbite cucumeris ⁊ pſilij ⁊ gūmi
arabici: ⁊ h eſt melior ⁊ magis medicinalis huic
egritudini ⁊ cum aliqua iſtaꝝ decoctionum ⁊ ſpe-
cialiter cum vltima. detur in ortu ſolis ſyrupus
dictis ſuperius: vel detur aqua ordei ante ſyrupū
vel poſt ſyrupum ꝑ duas horas: ⁊ nunquam deť
aqua ordei cuz ſyrupo vel cibo neq; ptiſana ⁊ etiā
vngantur ſpatule ⁊ ſpina in hac cum mucillagine
pſilij ⁊ oleo roſato ⁊ populeon ⁊ oleo de papauere
ponatur ſepe ſuꝑ locum doloroſuz ſpongia infuſa
in aqua decoctionis floꝝ camomille ⁊ violaꝝ: vel
aneti ⁊ violarum. Bibat etiam continue vel ſepe
iulep cum aqua decoctionis pſilij ⁊ erit bonum.

Cura eius que fit ex ſanguine aduſto eſt eadē
in omnibus cum colerica. ſed in iſta maior adhuc
q̄z in omnibus alijs requiritur extinctio. Vngan-
tur ergo ſpatule ⁊ ſpina ⁊ ceruix cum oleo de man
dragora aut oleo de nenufarre ꝙ eſt melius ſeu
oleo de papauere. continue bibat iulep ꝙ ſic fit.
℞. zuchari. lī. ij. aque roſ. lī. j. ⁊ miſceantur ⁊ fiat
ſyrupus bene coctus: ⁊ detur cum aqua decoctio
nis papa. vel aqua decoctiōis nenu. ⁊ cucur. ⁊ cu-
cumeris. teneat continue in ore mucillagi. pſilij: ⁊
cū oībus rebꝰ bibat aquā decoctiōis pſi. papaue-
ris ⁊ cucurbite. Cliſterizetur ſepe cum lenibus et
colericus ſiť ⁊ nullomodo vēter exiccari dimitta
tur q: valde nociuū erit.

Cura eius q̄ fit ex flegmate dulci ē vt ꝑmo pur
getur cū medicamine deturbit diſſoluto cū aqua
decoctionis violaꝝ ⁊ iſopi ⁊ in. ij. die flebotome-

tur ex eadē parte. ponaꝛ ſup locū oleū de aneto ⁊ de camomilla. Emplaſtꝝ q̄ð fit de milio calido: ſeu euaporatoꝛiū factū ex furfure floꝛe camomille ⁊ mellilloto. recipiat omni mane in auroꝛa de ſyrupo qui ſic fit. ℥. ij. ℞. iſopi liquiritie mellilotí iuiubarum an̄. ℥. j. ſeminis endiuie ⁊ lactucaꝝ an̄. ℥. j. piſtentur ⁊ bulliantur in. lƚ. ij. aq̄ donec medietas ſit ꝯſumpta colēꝛ ⁊ ſyrupizēꝛ cū. lƚ. j. zuchari vel mellis ⁊ dēꝛ cū. ℥. iij. vel. iiij. aq̄ decoctionis iſopi iuiubaꝝ ⁊ ſe. endiuie ⁊ lactucaꝝ. poſſet in iſto caſu dari oximel vel ydromel ꝓ digeſtiuo cū eadē aq̄. omnis eius potus fiat cū iſta aqua.

Si aūt poſt rupturā aliqs iſtoꝝ nō bene in fine mūdificarēꝛ: mundificēꝛ cū rebus dictis in aſmate ⁊ tuſſi ſꝫ naturā ⁊ conditionē ei⁹ q̄ð exſcreatur ⁊ ex parte quantitatis ⁊ ſubſtantie in cibo: ⁊ quo ad virtutē ⁊ quo ad egritudinē nō ſit variatio a cibis dictis in pꝛincipio: ⁊ nullomodo ꝑmittatur venter eius exiccari q꜡ malū erit ⁊ in iſto caſu ⁊ in alijs. Attendēduꝫ eſt ꝙ Hypo. ꝑma particula regiminis moꝛboꝝ acutoꝝ dicit ꝙ dꝫ dari in pleureſi oximel i eſtate cuꝫ aqua frigida hyeme vero cum calida. Et. G. ſup eodē verbo q̄ð dicit. eis aūt q pleuretici ſunt de potibus oximellis dādum eſt ⁊c. vel de potibus ydromellis cū aq̄ frigida eſtate hyeme v̄o calida. ⁊. G. diſtinguit ſup h̄ ⁊ dicit ꝙ aqua frigida daꝛ ratione fe. ⁊ caloꝛis innaturalis ⁊ fetaniabin: vł ydromel ratione digeſtionis materie ⁊ electionis. ſed in fe. peſtilētiali oēs ꝯueniūt ꝙ aq̄ frigida ſola eſt danda ⁊ nō calida eſt danda ad ſacietatem.

Caplm̄. lxxix. de peripleumonia.

f Lias ꝙ peripleumonia eſt apoſthema pulmonis vel velaminis eius. fit aūt ex materia calida ſicut flegmon ⁊ fit ex omni materia compoſita aliqñ veniente a capite ⁊ aliquādo ꝑ venas ad pulmonē. Et ſpecialiter ſemꝑ fit ex materia flegmatica currēte ꝑ venas ad pulmonē vel currēte a capite diſtillando vel fluendo ad eū de hoc modo generatiōis apoſthematis q̄ð fit ꝑ curſum materie ſtillando a capite ad pulmonē vł partes inferioꝛes vt dicūt medici nō videꝛ ꝙ poſſit fieri: cū ille humoꝛ poti⁹ ſpargaꝛ ſup membꝛū q̄ꝫ colligaꝛ in loco in modum apoſthemat꜡ ⁊ ſi fit: fit per iſtam viaꝫ currit humoꝛ ⁊ diſtillat a capite ad pulmonē: vel illas partes pelliculoſas. Et pulmo cuꝫ ſit rare nature vt ſpongia imbibiꝛ ex materia diſtillante ⁊ inflaꝛ: ⁊ h̄ inflatura cū aliquādo faciat ſonitū aliqñ impediat anhelituꝫ poteſt apoſthema ex iſtomodo appelari: ⁊ ſic fit ⁊ h̄ intendūt mediti. Scias ꝙ aliquando eſt egritudo ꝑ ſe ⁊ aliqū eſt ſequēs ad alteram egritudineꝫ ⁊ h̄ ſepe fit.

Signa ꝑipleumonie quando eſt incipiens: ⁊ eſt egritudo per ſe: ⁊ fit a materia calida ſunt fe. cōtinua ⁊ foꝛtiſſima cōſtrictio pectoꝛis cū ſuffocatione ita ꝙ videꝛ infirmo vt pareat pꝛe nimia ſuffocatiōe: ⁊ rubedo maxima in maxillis ⁊ doloꝛ in parte anterioꝛi pectoris ⁊ tuſſis valida ⁊ ſputum ſpumoſuꝫ: ⁊ in pectore ⁊ intra pectus ſentiꝛ grauitas abſq͡ʒ punctura acuta vel foꝛti abſq͡ʒ multo caloꝛe. Et vꝛina rubea aliquando ſpiſſa ⁊ aliquando clara: ⁊ pulſus velox cum mollitie: ⁊ aſperitas lingue cuꝫ nigredine. Et cum iacet ſuppinus vel ſuper ventreꝫ infirm⁹ fit eius ſuffocatio vel grauitas maioꝛ q̄ꝫ quādo iacet ſup aliquid lateꝝ.

Signa eius q̄ fit a materia frigida ſunt ꝯſtrictio anhelit⁹ cū oꝛegmone ⁊ ſonitu in pectoꝛe ⁊ viſcoſitas ſputi ⁊ fe. lēta ⁊ vꝛina quaſi citrina ſpiſſa. ⁊ pulſus rarus ⁊ mollis ⁊ magna grauitas in pectoꝛe abſq͡ʒ aliquo quaſi doloꝛe ſenſibili. ⁊ in lingua ei⁹ mollities eſt in pꝛincipio abſq͡ʒ aſperitate ⁊ nigredine.

Signa materie cōpoſite erūt cōpoſita ex his ſm̄ multitudinem ⁊ paucitatem materie vincentis in apoſthemate.

Si aūt h̄ ap̄a ſeqꝛ ad pleureſim vel ad aliā egritudinem: iſta ſigna dicta ſimplicia vel cōpoſita incipiūt apparere poſt ꝑmā egritudinē. ſ. pleureſiꝫ vel aliaꝫ antecedentem.

Cura eius q̄ ſit ex materia calida eſt vt fiat flebotomia de vena cōmuni ł media vſq͡ʒ ad ſincopim: vel vſq͡ʒ ad tenoꝛem virtutis: ⁊ h̄ ſi patiens timeret reiterationē flebotomie. Si v̄o iterationē flebotomie nō timeret placet magis medicis ſpecialiꝛ Auic. li. j. c. de flebomia ⁊ li. quarto de curationibus vniuerſalibus febꝛium putridaꝝ. multiplicatio flebotomie in numero melioꝛ eſt q̄ in q̄ntitate: ⁊ h̄ ē magis ꝯſonuꝫ veritati ⁊ virtus minus lediꝛ ex multiplicatione numeri q̄ꝫ ex multiplicatione q̄ntitatis. Sequēti die vel. iij. ſi virtus aliquo modo conſtat: fiat cliſtere niſi ꝑ ſe aſſellauerit omni die de quo cliſteri in pleureſi fecimus mentionē: ⁊ h̄ omni die ſi neceſſarium fuerit. Si v̄o debilis fuerit fiāt ſuppoſitoꝛia omni die ſemel aut bis ante pꝛādiuꝫ ⁊ ante cenā. In aqs potibus cibis emplaſtris vnctiōib⁹ ſyrupis decoctōib⁹ ⁊ electuarijs fiat vt dictū ē in pleureſi calida.

Cura ꝑipleumonie ex cauſa frigida eſt vt ꝑmo purgeꝛ cū pillulis cochijs vel medicamine detur hit diſſoluto cū ſyrupo vio. aut cū aq̄ mell' aut cū aq̄ decoctiōis liq̄ritie ⁊ iſopi: poſt purgationem ꝑ duos dies vł tres fiat flebotomia de vena media vel cōmuni vł fiat vētoſatio i poſterioꝛib⁹ cū ſcarificatione. nullomō vēter ſiccus dimittaꝛ q̄n aſſellet oi die ſemel aut bis ſm̄ ꝙ medico videbitur ex parte neceſſitat꜡ ⁊ virtut꜡. In cibis potib⁹ ⁊ oib⁹ alijs reb⁹ fiat vt dictū ē i pleureſi ex mat̄ia frigida In mat̄ia v̄o cōpoſita fiat cōpoſitio medicinaꝝ ciboꝝ ⁊ potuū ⁊ oiuꝫ aliaꝝ reꝝ. Scire hic conuenit ꝙ ſi illa ap̄ata poſt aꝑtionē vel rupturaꝫ a die rupture vſq͡ʒ ad dies. lx. nō pugāꝛ: i ptiſiꝫ trāſeūt. ⁊ appellāꝛ tales empici a die rupture vſq͡ʒ ad dies. lx. p⁹ dies. lx. ptiſici appellaꝛ ⁊ h̄ vult Hyp. v. particula Amphoꝝ. Qui cū ex pleuretic꜡ empici fiūt ⁊c. Multotiēs feci cauteria i pectoꝛe hoꝛa purgatiōis ſaniei ⁊ fuerūt vtilia valde: aut cautiuꝫ. Obſuēꝛ regula dicta i pleureſi colerica ⁊ ſāguinea de repletōe aq̄ oꝛdei ⁊ ptiſane i omni pleureſi et peripleumoniali neceſſaria fuerit.

Capꝫ. lxxxviij. de ſanguinis ꝓiectōe cū ſputo in raſcatione ſeu vomitu. i. emoptoica paſſione.

p Roiectio ſanguinis ab oꝛe qn̄q͡ʒ fit cuꝫ raſcatiōe: qn̄q͡ʒ cum vomitu: qn̄q͡ʒ cum tuſſi qn̄q͡ʒ fit a gingiuis.

Signa ꝓiectiōis ei⁹ a gingiuis ſūt gingiue ſāguinolēte ⁊ vlcerate ⁊ ꝙ cū fricāꝛ ſanguināt: ⁊ ꝙ aduenit abſq͡ʒ raſcatōe vomitu ⁊ tuſſi.

Signa ꝓiectōis ſāguinis cū raſcatōe ſūt ꝙ i pectore nō ē grauitas ⁊ ꝙ īfirmus ſpuit ſanguinem abſq͡ʒ tuſſi ⁊ cū raſcatione.

Signa ꝓiectiōis ſanguinis ex oꝛe ꝓuenientis ab oꝛe ſtōi ſunt ſenſibilis grauitas in ſtō ⁊ partib⁹ ei⁹: ⁊ ꝙ ꝓuenit cū vomitu abſq͡ʒ tuſſi difficili: aut abſq͡ʒ tuſſi omnino.

Signa ꝓiectiōs ſāguinis ex pulmōe ⁊ ſpiritualibus ſeu thoꝛace ſunt tuſſis foꝛtis ⁊ grauitas i pectoꝛe ⁊ thoꝛace: ⁊ id q̄ð ꝓiciꝛ eſt ſpumoſum: ⁊ tū h̄ in maxillis eſt alteratio ⁊ quo ad caloꝛē ⁊ quo ad compoſitionē mēbꝛi q̄ eſt extenuatio ꝓpꝛie.

Cura ſanguinis venientis a gingiuis ē dicta.c.ſuperiori de fluxu ſanguinis ex gingiuis.

Cura ſanguinis venientis cum raſcatione nō eſt multū timēda q: natura abſq3 medico emēdat h vitium: ſed ſi ꝓiectio talis ſanguinis ꝯtinuaret̄ fiat gargariſma cu3 ſucco ſolatri aut plantaginis diſſoluto cū aq̄ decoctiōis ſumac ⁊ mirtiloꝝ: ⁊ cū h fiat flebotomia de vena cephalica alicui⁹ man⁹. Comedat i cibarijs ſuis ſumac ⁊ portulacas ⁊ mirtos: ⁊ aliqñ fiat gargariſma cū melle ro. vl' zucharo ro. ⁊ aqs dictis. bibat cū cibarijs ſuis vinū rubeu3 ponticū cū aq̄ decoctionis ſumac vel mirtilorum mirtū: ⁊ ſit aq̄ dupla ad vinū vel equalis.

Cura eius q̄ ꝓuenit ex ſtō cū vomitu ⁊ aliomō eſt vt fiat flebotomia de ſaluatella manus dextre vel ſiniſtre q̄ eſt inter anulare3 ⁊ auricularē digitum: ⁊ comedat cibaria cōdita cum agreſta ⁊ vino de granatis acetoſis vel rob ſeu ſuccu3 fructuum acetoſoꝝ ponticoꝝ ⁊ ſtipticoꝝ vt eſt ſuccus ſorbarum neſpiloꝝ ⁊ pirrorum ⁊ mirtilorum. ℞ecipiat trociſ.q ſic fiunt omni die vnū cū ſucco plantaginis ⁊ vino rubeo pontico vel ſtiptico. ℞. mumie maſticis: boli armeni ſanguinis draconiſ añ. ʒ.s. terant̄ ⁊ conficiant̄ cum ſucco plantaginis vel ſolatri. ſit vnuſquiſq3 troci. ʒ.ij. vel.j.s. ad minus. Aliud ad idem. ℞. boli armeni gūmi arabici. balauſtie ſanguinis dracōis: thur3 añ. ʒ.s. fiant trociſci cū ſucco citonioꝝ: vel cu3 agreſta vel cū vino de granatis vel cū ſucco plantaginis: ⁊ ſit vnuſquiſq3 troc. ʒ.j. dat̄ in aurora ⁊ ante cenā cū ſyrupo de citonijs vel de mirtis vel ſyrupo ro. vel aq̄ ro. omnia cibaria in iſto caſu condiant̄ cum agreſta vel vino de granatis acetoſis vel ſumac vel cū mirti. Sit vinum vl' potus eius ponticus. Comedat carnes edi caſtrati pulloꝝ perdicū faſianoꝝ u3 ⁊ omniū auiu3 degentium in arborib⁹ ⁊ in pratis ⁊ non in aqs. fabam fractam ⁊ farina3 ordei ⁊ riſū comedat etiam. ponat ſuper ſtomachum eius emplaſtrum qđ ſic ſit. ℞. mumie maſticis thuris nucis cipreſſi boli armeni ſanguinis draconis añ. ʒ.j. picis naualis cere añ. ʒ.iiij. diſſoluātur in caʒola ⁊ fiat emplaſtrum.

Si autem hic vomitus euenerit temporaliter ⁊ infirmus ſenſerit ſe melius ⁊ etiam alleuiatum: non fiat aliquid quia natura facit illud ꝓpter melius ſicut in muliere que longo tempore menſtrua non habuerit ⁊ de viro qui conſueuit habere emoroydas ⁊ modo non habet.

Cura eius qui ſit cum tuſſi eſt vt fiat flebotomia de baſilica vel de ſaluatella in aliqua manuū: ſeu ventoſatio in naticis ⁊ partibus poſterioꝛib⁹. Si autem hec exſcreatio ſanguinis fuerit longi tēporis ⁊ cum febre ſignificat ſuper vlceratione pulmonis ⁊ erit egritudo incurabilis: ſed poſt cōſeruari ⁊ reduci infirmus ad tp̄s lōgi⁹ beneficio medici. Utat̄ cucurbitis ⁊ portulacis ⁊ lactucis ⁊ ſucco ordei ⁊ auene. ⁊ ſi fuerit debilis vtat̄ carnibus dictis conditis cū rob vini vel cū ſapa ⁊ ēt ſi fuerit abſq3 ſe. Utat̄ etiā cibario facto ex faba fracta ⁊ ciceribus fractis. Utat̄ etia3 ſtō ieiuno lacte caprarum vel lacte aſine in quo ſemp ſit aliquid zuchari. bibat vinum dulce claꝝ limphatum cu3 aq̄ decoctionis cucumeris vel ſeminis eius ⁊ citoniorum vel ſe. eorum. Ungat̄ pectus ⁊ ſpina cū vngento confecto ſic. ℞. cere. ʒ.s. olei ro. ʒ.iiij. camphore. ʒ.ij. fiat vngentum. Sumac omni die bis vel ſemel de electuario quod ſic fit ⁊ ſpecialiter ſi fuerit abſq3 ſe. ℞. zuchari roſati veteris. lī. j. troſciſcoꝝ ſtelle. numero. xij. miſceantur: ſi vero cum febre fiat ſic. ℞. zuchari roſati. lī. j. karabe: corallj margaritarum non perforataꝝ ſanguinis draconis añ. ʒ.iij. opij macis croci papaueris albi añ. ʒ.s. terant̄ ⁊ miſceantur ſimul. Ad idem. ℞. thuris ſāguinis draconis. ʒ.iiij. karabe. ʒ.v. ematbitis: terre ſigillate añ. ʒ.x. aluminis ſciſſi. ʒ.ij.s. balauſtie. ʒ.iij. opij. ʒ.j. reubarbari. ʒ.ij. fiant ex omnibus troc. x. cū ſucco portulace. de. quibus ē dandus vnus omni die cum aqua decoctioni citoniorum vel mirtiloꝝ vl' pirrorū. liganda ſunt ambo adiuctoria firmiter ⁊ core. Jaceat ſi eſt poſſibile vt plurimū ſupinus. Embrocetur pectus hora exitus ſanguinis cu3 aqua roſata ⁊ ſandalis camphora ſepe p ſe. Et in cibarijs ſuis recipiat de terra ſigillata: bibat ſepe ſyrupum de papauere cu3 aqua decoctionis citonioꝝ vel eius ſe. vel cum aq̄ decoctionis karabe: vel mirtilorum ⁊ opij. multū dormiat: parum comedat ⁊ ſepe ſi fuerit neceſſarium.

Caplm. lxxxxj. de ptiſi.

Ptiſis eſt vlcus pulmonis cu3 cōſumptōe ſubſtātial' humiditatis totius corporis a calore accidētali. Hec egritudo fit aut poſt ſputu3 ſanguinis cū tuſſi aut ſanici vt in peripleumonia ⁊ pleureſi. cum non fit mūdificatio ſaniei in dieb⁹. lx. a die rupture vt vult Hypoc. v. particula Amphoriſmoꝝ. Quicūq3 ex pleuretic3 ⁊c. aut poſt coriʒam vel catarrum deſcendente3 a capite ad pulmonē: aut poſt tuſſim longā antiquā affligentē infirmū multū. Cū aūt aliqs patit̄ diminutionē carnis poſt aliquaꝝ egritudinū dictarum ſupius ⁊ fuerit eger cum fe. lenta ⁊ emiſſerit ſanguinē cū excoriatōe ia3 ip̄m ptiſi3 pati dicim⁹. Sunt ⁊ ſigna alia ꝯtracta ex humiditate. ſ. longitudo colli ⁊ eminētia epigloti: ⁊ eleuatio ſpatularum q̄ ſignificāt ſup ptiſim futurā ⁊ cū alijs ſupi⁹ dictis ſup ptiſim p̄ſentē. Sunt ⁊ alia ſigna ꝯtracta ex pulſu q: i ptiſico pulſus ē dbil' ſtrict⁹ ſubtil' ex dbilitate vrut3: ſtrict⁹ ex ꝑuatōe humiditat3 natural'. paru⁹ ex leſione organi. Urina e⁹ ſubtil' nō multū tincta. ſubtilis ꝑꝑ cōſumptionē. nō multū tīcta d ſupfluitate colerica paꝝ ei admiſcet̄. Et h ꝑpt̄ debilitatē expulſiue ⁊ ꝑpt̄ priuationē digeſtionis ꝯtingentis ex debilitate virtutis q̄ laxata ē ex mutatione complexionis ⁊ compoſitionis nutritiuorum. Et apparet oleagina in ſuperficie ex liquefactione pinguedinis membrorum que cum liqueſit currit ad epar ⁊ miſcetur cū vrina: ⁊ h eſt ſignum mortis.

Cura tota intentio medici ſit in mundificatione vlceris et incarnatione ꝑ poſſe ⁊ conſolidatione: ⁊ omnia iſta melius reperiuntur in vna ſubſtantia nutribili. ſ. lacte q̄3 in alia re: na3 in lacte eſt ſeroſa ſubſtantia frigida et humida que multum mūdificat ⁊ abſtergit. Et ſ3 quoſdam eſt calida ⁊ ſicca: ſed non videtur. Nam ſicut in ydropico aquoſa ſubſtantia frigida ⁊ humida iudicatur quāuis ſit ſalſa ⁊ calida ſm̄ ſenſu3 tamen frigida eſt in veritate ⁊ cura per calidu3 vt omnes volunt medici etia3 ſi febris habuerit: ita ſeroſa ſubſtantia lact3 que aquoſa dicitur quāuis ſm̄ quemdam effectū videatur calida per illud qđ recipit a coagulo in ſeparatione ſua a caſeo ⁊ butiro tamen in ſe frigida ⁊ humida in veritate exiſtit cū ſit aquoſa ſubſtantia ſm̄ plurimū vt vult Iſaac .c. de lacte. vñ dicit̄ calida ratione ſue actionis et laxatōis ⁊ aliquātulo acuitat3: ⁊ dī frigida q: partes aquoſe ſunt multiplicate ſup calidas in q̄truplo: ⁊ ſm̄ h dicitur vere frigida ⁊ eſt humida: ⁊ eſt ibi butiroſitas que incarnat calida ⁊ humida. ⁊ ēt ibi' caſeata ſubſtantia frigida et ſicca que conſolidat. vnde conueniens eſt vt detur lac aſine qđ eſt meli⁹ omni mane ſtō ieiuno ⁊ ſit calidum cum bi-

bitur: vel detur lac caprinū in quo ſemper pona tur aliqd zuchari ne coaguletur i ſtō. nā zuchar̄ vel mel cū miſcetur cū lacte impedit coagulationē eius in ſtō. Comedat cū ipo lacte micaz panis calidi q: mag̃ nutribilia erūt ⁊ meliora illa duo ſil' q̄ȝ quod libȝ p ſe: ⁊ magis roborātia virtutē. ſȝ tñ ſciēdum ē q lac nō ē ꝯueniens ptiſico: neqȝ ethico tpibus vel hora in qbus fe. creſcit vl' mutat̄ vl' manifeſta tur plus ſolito: ⁊ ſpecialit̄ ptiſico q hȝ cuȝ ptiſi fe. humoralē aliquā: neqȝ ethico cū fe. humorali: naȝ p ꝯuerſionē lactis ad humorē corruptū ad quem de facili ꝯuertit̄ pp debilitatē ſue ꝯpoſitionis ⁊ ꝯplexionis augumētat̄ fe. humorali: ⁊ p ꝯñs pti ſis ⁊ ethica ſil'r: et h vult. Hypo. v. particula vbi dicit. Lac dare caput dolētib' malū. imo tūc ē ꝯ ueniens vt pmutatio ad alias res ⁊ dietā aliā fiat ſapient̄ ⁊ cum ordine. Sumat de electuario qđ ſic fit. ℞. zuchari ro. veteris. lī. j. karabe margarita ruȝ nō perforatar̄: oſſis de corde cerui ſanguinis draconis añ. ʒ. ij. macis croci opij añ. ʒ. s. miſceāt̄ ſimul. Sumat de iſto oi mane ⁊ ſero ad modū nu cis vel. ʒ. iij. ⁊ bibat poſt illud aliqd lactis aſine vl' capre vl' aquā decoctōis ordei ⁊ mirtilor̄. Quidaȝ ſunt q nutriūt cōtinue tales patiētes ex zucharo roſato veteri ⁊ ꝯfert multū ⁊ elongat eos i vita. ⁊ h vult Auic. li. iij. c. de ptiſi ⁊ vlcere in pulmone. Nutriat̄ vt plurimū cū ſucco ordei vel auene vel ſpelte: ⁊ ſumere poſſet de ſucco farine frumēti: q: ſua viſcoſitate ꝯglutinat ⁊ ipedit diſſolutionē mē brorum ppter multā ⁊ magnā adherentiā quā fa cit i mēbris: poteſt comedere pedes ⁊ extrema por corum. ⁊ de piſcibus angulā ⁊ tencbā ex eadē cau ſa. Carnes vitulor̄ ⁊ edi ⁊ agnor̄ ⁊ pullor̄ ⁊ pul larum ⁊ omniū auiuȝ comedat cuȝ fuerit debilis coctas cū cucurbitꝫ lactucis ⁊ portulacis vel cū ali quo iſtor̄. Bibat vinū album clar̄ limpidatū cuȝ aq̄ veri frigoris vel cū aq̄ decoctionis ordei vel cu curbite vel portulace. Ungat̄ pectus ⁊ ſpina om ni die cū populeon mixto cū olo ro. ⁊ aq̄ ro. vl' cū vngento facto ex oleo ro. ⁊ cera. Troc. de cāpho ra ꝯferentes ad ethicā ⁊ ptiſiȝ q auferūt ſitiȝ ⁊ an guſtiaȝ ſic fiunt. ℞. ſpodij. ʒ. iiij. roſar̄. ʒ. vij. ſe. maiue ſe. portulace ſe. cucurbite: dragāti ipice cel tice gūmi: liquiritie ligni aloes: cardamomi añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. zuchari manne añ. ʒ. vij. camphore. ʒ. j. s. ꝯficiant̄ cū mucillagine pſilij: ⁊ fit vnuſ quiſqȝ trociſcus. ʒ. j. s. ⁊ detur cum ſyrupo roſa to ⁊ aq̄ pſilij ſero cū vadit dormitum.

Capitulum. lxxxxij. de vlcere accidente in pe ctore abſqȝ febre ⁊ aliquando cum febre ⁊ vocatur empima.

Lcus tale quõqȝ fit in pulmone ⁊ velaminibus eius ⁊ tūc
v eſt cū fe. ⁊ fit ex diſtillatione humoris a capite deſcendentis in moduȝ catar ri vel corize qui pcutit ſubſtantiā pul monis ⁊ eā vlcerat. Et aliquando fit poſt pleure ſim ⁊ peripleumoniā que conuertit̄ in ſanie: ⁊ illa ſanies ppter ſuam acuitatē cū deriuat̄ ad pulmo nem vel paniculum diuidentem pectus per medi um ſm longitudinem. vel ad paniculum cohopi entem ⁊ defendentem cor ⁊ pulmonē a duritie pe ctoris. corodit ſubſtantiam quaȝ tāgit ⁊ in qua re ſidet ⁊ facit empima ⁊ ſi nō purgat̄ vt dic̄. Hypo. v. particula Amphoriſmor̄. Quicūqȝ ex pleureti cis empici ſunt vel ex alia cauſa tranſeunt in pti ſim ſi vſqȝ ad dies. xl. non purgant̄. Et quõqȝ fit in ipſa ſubſtantia pectoris vel raritate ⁊ h aut ex cau ſa extrinſeca vel intrinſeca: ⁊ fit cū h aliqñ in vno latere pectoris vel duobus: et eſt quocūqȝ mō fiat ab ſqȝ febre aliquando in illo caſu: ⁊ aliquando cū febre.

Signa vlceris in pulmone vel vela minibus ſunt illa eadem q̄ di cta ſunt in. c. de ptiſi: ſicut febres minute ⁊ lente ⁊ anhelitus conſtrictio ⁊ ſimilia. Et ſi cū pdictis ap paruerint exiccatio pulpar̄ digitor̄ ⁊ extenuatio maxillar̄ cum rubedine intenſā: ⁊ defectus expul ſionis ſaniei cū virtutis debilitate ⁊ inflatione pe duȝ ⁊ fetore eius q exſpuit̄: ⁊ q illud ſputū deſcē dit ad fundum aque qñ exſpuit̄ in aq̄ que eſt in ſcu tella ⁊ capilli capitis incipiūt cadere morteȝ in bre ui ſignificāt. ⁊ h vult Hypo. v. particula Amphō riſmorum vbi dicit. qui a ptiſi moleſtāt̄ ⁊c. ⁊ ſi fie ret diaria cū iſtꝫ citius moreret̄. vt ipe. Hypo. ibi deȝ vult vbi dicit. a ptiſi habito diaria ſupueniēs mortale. ⁊ illa ſigna hñt locū in ſignificatione ſu per vlcera pulmonis ⁊ velaminium ſiue ſit egri tudo per ſe ſiue incipiens ex ſe: ſiue ſuccedat ad pi pleumoniam pleureſim ⁊ tuſſim: longam et ſimi lia.

Signa vlceris quod eſt in raritate vel ſubſtā tia pectoris: ſiue fiat ab extrinſeca cauſa ſeu ab in trinſeca ſiue fuerit in vno latere aut in duob' ſunt narratio infirmi ſuper cauſam manifeſtaȝ extrin ſecam: ⁊ q dolet in vno latere ⁊ ſentit ibi graue dinem cum ſuſpenſione ponderis ⁊ inflammatio ne maiori quando iacet ſpecialiter ſuper aliud la tus. ſ. in quo non eſt egritudo tunc potes vere di cere q vlcus eſt in vno latere tantum. Si vero eq̄ liter ſenſerit illa accidentia in toto pectore ⁊ quan do reuoluitur ſentit eadem accidentia in quolibet latere: tunc vere dicas q i ambobus lateribus vl cus continetur: ⁊ etiaȝ febris non ſic continue eſt in vlceribus pectoris vt eſt in vlcere pulmonis ⁊ velaminum. imo multotiens contingit q vlce ra que ſunt in pectore ⁊ raritate eius ſunt abſqȝ fe bre ⁊ id q exſpuitur ex vlceribus pectoris non eſt ſic ſpumoſum vt eſt illud quod ex pulmone ⁊ vela minibus exſpuitur et h eſt quia om̄is ſuperflui tas que a pulmone ⁊ velaminibus eius expellitur ppter continuum motum pulmonis ⁊ velaminū maiorem ⁊ magis continuam acquirit ſpumam q̄ȝ illud qđ ex pectore ⁊ partibus aliis illor̄ locorum expellit̄: imo vlcus pectoris eſt abſqȝ fe. vt pluri mum. Scire etiam ꝯuenit q multotiens in vlceri bus pectoris ⁊ pulmonis ⁊ velaminum eſt fe. mi nuta lenta differens ab ethica: q: ethica conſequi tur ex neceſſitate vlcera pulmonis ⁊ velaminum: ⁊ dicitur h minuto lenta ab ethica q: ſemper fit a materia flegmatica putrefacta ad intra venas vel extra: ⁊ eſt humoralis vel materialis: ethica non. pulſus in humorali eſt paruus cum quadam mol litie vel latitudine. paruus ex frigiditate materie: mollis vel latus ppter eius humiditatem. ſed in ethica eſt ſubtilis ſtrictus. ſubtilis propter ſubti litatem organi: ſtrictus ex conſumptione humidi naturalis. ſ. cum eſt egritudo per ſe: in vtraqȝ eſt debilis paruus frequēs. Et credere debes q iſte egritudines cuȝ cōponunt̄ male a medicis cogno ſcuntur. ⁊ ſpecialiter ille ex affinitate quā habent vt vides. Eſt et alia differentia in vlceribus iſtis ⁊ ſuperfluitatibus que ex iſtis locis expelluntur q̄ eſt valde vtilis in cognitione differentie infirmi tatum ſpiritualium ⁊ pectoris: que differentia cōtrahitur ex ſubſtantia ipſius ſuperfluitatis et eius odore ⁊ ipſius grauitate. nā ſi illud quod ore expellitur cū tuſſi nō fuerit ſanguis ſed ſanies: ⁊ volueris diſcernere vtrum ſit ſanies vel humor flegmaticus. ꝯſidera ſi illud qđ exſpuit̄ hȝ odoreȝ fetidū vel grauē q: odor fetidus pfectaȝ putrefa ctionem ſignificat grauis principium vltime pu trefactionis cum corruptione vult ſignificare.

Et hoc ſcies cum ſputum hoc ponitur ſuper car

bones ⁊ fetet vel hȝ odorem grauem: ⁊ intelligas
ꝑ odorem graue͂ odore͂ q priuatus eſt delectatio͂e
⁊ incipit fetere. Si au͂t i ſubſta͂tia ſua h ſputu͂ fue-
rit ſanioſuȝ qd̕ ſcies ꝑ albedine͂ cu͂ pauca viſcoſi-
tate ⁊ ei⁹ grauedine. na͂ qn̄ ſanies vel ſputu͂ ſanio
ſum ſpuit̃ in aqua: eo ꝙ aereu͂ ei⁹ ꝓpt̃ putrefactio
nem induſta͂ in materia ⁊ loco expirauit deſcendit
ſtatiȝ ad fundu͂ vaſis in quo e͂ aq̄. tu͂c vere ſcire de
bes ꝙ cu͂ iſta tria affuerint in eo qd̕ exſpuit̃ ꝙ eſt
ſanies ⁊ no͂ humor flegmaticus q: humor flegma-
ticus natat ex cauſa contraria ⁊ no͂ fetet neq̄ȝ in ſe
neq̄ȝ in ſubſta͂tia ſua ſanioſus videt̃. Id qd̕ dictu͂
eſt i ptiſico de vrina dicit̃ hic.

Cura ſi vlcus pectoris fuerit a cauſa ex-
trinſeca ⁊ ſanguiſ no͂ mult⁹ in ꝑn-
cipio ex vulnere exierit ⁊ eger fuerit cu͂ virtute ſa
tis forti: fiat flebotomia de vena media vl̕ de ma-
nu aut fiat ventoſatio in naticis vel tibijs ⁊ ꝯforte
tur pectus ⁊ locuſ leſis cu͂ oleo ro. mixto cu͂ pulue
re ſandalorum camphore ⁊ mirtilorum. Gargarizet
ſyrupu͂ roſatu͂ cuȝ camphora ſandalis ⁊ roſis tri-
tis: aut cu͂ melle roſato ⁊ aq̄ decoctionis mirtilorum
ſandalorum ⁊ camphore. Sumat vſq̄ȝ ad dies. vij. ꝓ
cibo ſuccu͂ ordei farri ⁊ auene ꝯditu͂ cu͂ perdicijs:
vel ſumat cucurbitas vel lactucas aut portulacas
q̄ meliores ſunt ſi condiant̃ cu͂ vino de granatis
dulcib⁹: aut olo cu͂ oleo ro. ſeu olo mirtino. bibat
aqua͂ decoctio͂is mirtilorum vel aqua͂ decoctio͂is por-
tulacarum ⁊ zuchari: aut aquaȝ mixta͂ ſyrupo ro. Si
au͂t eſſȝ nimis debilis comedat carnes ꝑdicuȝ pul
lorum ⁊ turturum ⁊ edi ⁊ vitulorum paruorum co͂ditas
⁊ coctas cuȝ portulacis vel lactucis aut cucurbitiſ:
⁊ condiant̃ poſt h cum rob mirtilorum vel vino de
granatis dulcibus aut aqua roſata: ⁊ bibat vinuȝ
rubeum in quo ſit aliquid ſtipticitatis mixtu͂ cum
duplo aque alicuius ex dictis. Sumat ſepe troci-
ſcos ſtelle cum rob de vino vel de mirtis: aut tro
ciſcos de karabe quos faciemus vel terram ſigilla
tam cum agreſta ⁊ rob vel aquam decoctionis ba
lauſtiarum ⁊ zuchari vel mirtilorum. Poſt co͂ſtricti
onem ſanguinis curet̃ vt ptiſicus in vlceribus pe-
ctoris a cauſa intrinſeca: i principio cura eſt eade͂
in omnibus cu͂ ſuperiori. Et e͂ hic atte͂denduȝ ꝙ vl-
cera q̄ fiu͂t in raritate pectoris ⁊ ſubſta͂tia ei⁹ ſiue
ſint cu͂ fe. ſiue abſq̄ȝ fe. Curant̃ cu͂ cura ſupi⁹ dicta
vel ducu͂t̃ vſq̄ȝ ad tp̄s qd̕ eſt. xxiiij. annorum vt vult
Auic. li. iij. code͂. c. vlceru͂ vo pulmonis ⁊ velami
nis in principio cura e͂ eade͂ ex parte flebotomia ⁊
ventoſationis ⁊ ꝯfortatio͂e loci cu͂ ſupradictis: ⁊ ex
parte ꝯſtrictio͂is ſanguinis dieta ⁊ potus. ſȝ poſt
ꝯfirmatione͂ ſanguinis eade͂ erit cura cu͂ cura pti
ſici in oibuſ: ⁊ erit ide͂ iudiciu͂: ⁊ h cura hȝ locuȝ in
omni vlcere qd̕ fit in pectore ſpiritualib⁹ in ꝑnci-
pio ſiue ſit cuȝ fe. ſiue abſq̄ȝ fe. ſcias vt dicit. Hy-
po. iij. particula Amphoriſmorum: ⁊ Galie. ſup eo-
dem Amphoriſmo ꝙ ptiſici ⁊ vulnerati in pecto-
re ⁊ pulmone moriu͂tur vt pluri muȝ in autu͂no. et
propter hoc dixit. Hypo. Autu͂nus ptiſicis ma-
lus.

Capl̕ȝ. lxxxxiij. de dolore cordis ⁊ apoſthemate
eius.

b Egritudies nu͂q̄ȝ fiu͂t i corde ita
vt confirment̃ vſq̄ȝ ad ꝑfectum
augme͂tuȝ cauſe: eo ꝙ an̄ h tp̄s iterfi
ciunt ꝑꝑ nobilitate͂ me͂bri ⁊ ꝯtinua͂ ne
ceſſitate͂ ſue opatio͂is ad totu͂ corp⁹ ad
ꝯſeruatione͂ vite. vn̄ ex iſtis cauſis cor no͂ ſuſtinet co͂
firmatione͂ iſtarum ifirmitatu͂ qn ante deficiat ⁊ mo
riat̃ patie͂s. vn̄ cu͂ icipit apari ſoluit̃ ei⁹ ſubſta͂tia
⁊ alterat̃ ei⁹ co͂plexio: ⁊ fit dolor ſtatim cor incipit
debilitari i opatione neceſſaria ⁊ cu͂ qeſcit ei⁹ opa
tio vȝ cordis in ꝯtine͂ti infirmus morit̃ ⁊ qeſcit vi
ta a qete motus opatio͂is eius. fit autem dolor ex
alteratio͂e ꝯplexio͂is calide vel frigide: ſicce vel hu
mide. Soluit̃ au͂t co͂tinuitas ex curſu humorum ad
cor ꝑter natura͂ in modu͂ apatis: ⁊ natura propter
cauſa narratas ꝯfirmatione͂ iſtarum ifirmitatu͂ non
expectat. Et fit ſolutio ꝯtinui a cauſa extrinſeca ⁊
illa no͂ curat̃ neq̄ȝ co͂ſiderat̃ a medico ratione cura
tionis.

Signa dolorum ex co͂plexione calida n̄
Si aūt maťia currēs fuerit flegmatica mūdificet̃ cū decoctõe facta ex mirobalanis kebulis reubarbaro mirtil' ſenāto ⁊ zucharo roſ. veteri. Nutriat̃ vt dictū ē cū reb⁹ aſſatis ſimplr̄ vel coctis i teſtula vel paſtillo ꝯfortatis cū ſpēbus ⁊ rebus ſtipticis ⁊ agreſtis: ⁊ vinū ei⁹ ſit rubeū odoriferꝝ purū abſq̄ aq̄ ſi ibi fe. nõ ē: ſi võ eēt cū fe. ponat̃ multū de aq̄ decoctõis mirtiloꝝ.

Sꝫ ſi materia currēs fuerit melācolica purgetur ⁊ mūdificet̃ cū decoctõe q̄ fit ex mirobalanis idis: reubarbaro: ſene epithimo: mirtil' ⁊ polipodio. Nutriat̃ ⁊ potet̃ vt dictū ē hic imediate cum vomitu colerico ⁊ potet̃ ſilr̄ ſiue fuerit cū feb. ſiue abſq̄ fe. i iſto ⁊ vomitu flegmatico det̃ añ cenaꝫ ⁊ añ prādiū ſemꝑ trociſci ſtelle cū melle ro. colato ⁊ vino rubeo ſtiptico.

Si aūt maťia currēs fuerit ſanguis flebotometur de vena iferiori brachij vel de ſaphena i manu dextra: ⁊ ligent̃ adiutoria fortiter cū congijs ⁊ coxe ſilr̄: ⁊ ponāt̃ vētoſe magne abſq̄ iciſione ſup epar ⁊ ſplenē. Sumat ter i die cū ſyrupo de agreſta trocꝫ. ſtelle cū ſyrupo de agreſta vel mirtis vł cū miua citonioꝝ vel aq̄ decoctionis mirtiloꝝ vel berberis. Scias ꝙ i omni vomitu ex q̄cūq̄ cā fiat ligatio fortis adiutorioꝝ ⁊ coxaꝝ: ⁊ poſitio vētoſaꝝ ſup epar ⁊ ſplenē abſq̄ ſcarificatiõe ſunt valde vtilia. Silr̄ attēdēdū ē ꝙ mordicatio cū vomitu i omni vomitu ē valde vtil' ſi maťia i ſtõ ꝯtineret̃ ⁊ dꝫ fieri vomit⁹ cū re ꝯueniētē ad humorē peccātē vł currētē. In vomitu võ q fit ex maťia ꝯgregata i ſtõ ꝓcedat̃ i oib⁹ ſꝫ diuerſitatē maťie vt dictū ē ſupra ꝯ colerā: flā meliaꝫ ⁊ ſāguinē: ⁊ ꝯ ꝯpoſitā ſi cõpoſita fuerit: q: rõne ꝙ illa maťia ꝯtinet̃ i ſtõ eadē ē cura ⁊ idē regimē.

Capitulum. xiiij. de colerica paſſione.

p. **Aſſio colerica ē illa** in q̄ hõ ſimul ⁊ eadē hora emittit ꝑ vomitū ⁊ ꝑ iferiora humores ⁊ cibaria ⁊ nihil retinet: ⁊ numerat̃ iter ꝑ acutas ꝑꝑ cõtinuū motū expulſionis: ⁊ ꝙ naturā q̄ſi qeſcere nõ ꝑmittit nõ expectat qn ante ſeptimū diē iterficiat: vel curet̃ ꝑ ſe aut bñficio medicinali. Fit aliqñ h̄ egritudo poſt nauſeaꝫ ⁊ faſtidiū ex humorib⁹ fri. ⁊ viſcoſis generatis ex piſcib⁹ ex fructib⁹ frig. aut reb⁹ fri. ⁊ humi. q̄ cū multiplicant̃ in ſtõ ⁊ inteſtinis deſtruūt oēꝫ vtutē ⁊ retētiuā i ſuperiori ⁊ iferiori. Fit aliqñ ex multiplicatiõe colere rubee i ſtõ ⁊ iteſtinis cū ſupfluitate q̄ mordicat inteſtina ⁊ ſtõm ⁊ excitat vomitū eadē hora ⁊ ſeceſſuꝫ: ⁊ h̄ ē deterior eaꝝ ⁊ peior: ⁊ magis timoroſa.

Signa paſſionis colerice ex fri. cā ſūt añceſſio ſacietatis ⁊ nauſee: ⁊ multitudo vētoſitatū i vētre ⁊ inteſtinis añ ifirmitatē ꝑ dies aliquot: ⁊ ꝙ icipit cū dolore vmbilici ⁊ punctura ei⁹. deinde aduenit ſolutio plurima aut abſq̄ vomitu aut cū vomitu flegmatico: vel epatico. ⁊ intelligas ꝑ vomitū epaticū qñ emittit infirmus ꝑ os aquoſitatē ſilēꝫ aque ablutiõe carnis recētis ⁊ ꝙ comedit abſq̄ lõgitudine tꝑis piſces frigidos aut cibaria fri. generātia ⁊ faciētia de ꝓprietate nauſeā ⁊ faſtidiū ⁊ materiā frigidā ⁊ viſcoſā.

Signa colerice ex effuſione colere rubee ad ſtõꝫ ⁊ iſtina ē nauſea vehemēs ⁊ ſitis aſſidua: ⁊ cuꝫ bibit aquā fri. ſedat̃ nauſea donec caleſiat in ſtomacho: deiñ euomit eam ē ſolutio vētris qñq̄ cū ea: ⁊ quādoq̄ ſupfluit adeo ꝙ facit ſupueniēte in ſyrupo ſincopiꝫ: ⁊ pulſus ei⁹ cadit: ⁊ ē cū ea eſtuatio ⁊ mobilitas ⁊ iflāmatio magna ⁊ vehemēs. ⁊ multotiēs turbatio mentis.

Cura colerice ex cā frig. ē vt bibat ſepe aquā calidā cū ſentit puncturas ⁊ tortionē in vētre ⁊ i inteſtinis i q̄ bulita fuerint ciminū ⁊ galāga ⁊ piper longuꝫ: ⁊ reqrat infirmus ſomnū ꝓpoſſe. Et ꝓhibeatur ab aſſellatõe quātū poſſibile ē ⁊ infundat panē biſcoctū vel ſiccū valde bene coctū in vino veteri: ⁊ eū comedat poſtq̄ bñ ifuſ⁹ erit ⁊ fact⁹ mollis ꝑ infuſionē. Et ſi ſentit poſt h̄ grauitatē vel dolorē in capite ſuo dormiat iteꝝ ꝓ poſſe. Et cū euigilauerit itret balneum aq̄ decoctionis floris camomille ⁊ abſinthij ⁊ melliloti ⁊ roſarum rubearum. Ungatur totus ſtomachus cum oleo de maſtice ⁊ oleo roſato ⁊ aliquantulo aceti. Nutriatur poſt vomitum ⁊ mundificationem in aqua calida dicta ſuperius vel cum aqua calide mirra cum melle vel pipere longo cum perdicibus faſianis et turturibus: et pullis vel galinis aſſatis in ventre quoꝝ cocta ſint grana mirtiloꝝ ⁊ piper longum vel ciminum. Bibat bonum vinum odoriferꝝ in quo ponatur aqua decoctiõis mirtiloꝝ ⁊ galange vel piperis lõgi. ſepe ante prādium ⁊ ante cenā ſumat trociſcos ſtelle cum vino decoctionis mirtiloꝝ vel aqua decoctionis piperis longi: ⁊ etiam poſt prādiū ſepe ſumat tyriacā cū eiſdē liquoribus. Si aūt h̄ mõ nõ mūdificaret̃ mūdificet̃ cū decoctione facta ex mirobalanis kebulis reubarbaro mirtil' ⁊ zucharo ro. ⁊ tūc poſt mundificatõem maxime ſi eſſet infirmus debilis poſſet cibari ex brodio galine bone in quo ponerētur vitelli ouoꝝ ⁊ puluis galāge ⁊ mirtiloꝝ: ⁊ bibere vinū rubeū puꝝ mixtum cum aqua decoctionis mirtiloꝝ: ⁊ poſtea facere ifirmū redire ad ſuā conſuetudinem.

Cura paſſionis colerice ex cā calida eſt vt ſumat cū incipit plurimum aque ca. ⁊ vt euomat eaꝫ cum facilitate ⁊ egrediatur ab eo plurimum illius colere. Cum ergo ꝓuenit vomit⁹ vel aſſellatio ad hoc vt virt⁹ cadat ⁊ ſupfluit: tūc ligent̃ vtraq̄ adiutoria ⁊ coxe ei⁹: ⁊ infrigidet̃ ſtomach⁹ eius cum niue ponendo eā ſup ipſum: aut ponendo pānos i fuſos i aqua ro. mixta cū aceto: ſeu i aqua fri. mi-

xta cum eodem ſup ipſum ſtomachum ⁊ totuz ven
trē. fundat̄ ſup extrema aq̄ fri. aut ꝯſꝑgant̄ extre
ma. ſ. man⁹ ⁊ pedes cū aq̄ fri. ⁊ ſepe vice poſt vicē
da ei ī potu rob granatoꝝ acetoſoꝝ purum: aut
agreſtā purā: ⁊ aliqñ miſceant̄ iſta cū aqua fri. ſi ꝑ
ſe illa bibere nō poſſet: ⁊ qñ illa euomit iſta reitera
multotiēs ⁊ da ei in potu cū aliquo ex iſtis liquori
b⁹. ſi vomit⁹ nō ceſſauerit: ſpodiū ⁊ lutū armenū ⁊
ro. ſiccas vel diſſolue ea ī aqua maloꝝ acetoſoꝝ vl̄
da ei ī potu puluerē mirtiloꝝ ꝑſe vl̄ cuz terra ſigil
lata ⁊ cuz aqua maloꝝ acetoſoꝝ vl̄ cuz liquoribus
dictis aut cū aqua berberis ⁊ puluere corticū gra
nati ⁊ ſanguine draconis: ⁊ da ei aliqñ cuz virtus
fuerit remanēs de aq̄ veri frigoris vel ꝑſe vl̄ cum
ſpodio aut cū bolo armeno. Et ſi euomit r̄itera do
nec videas vomitū alleuiari paꝝ ꝑ aut ſꝫ aliqd ⁊ tē
fac eū ſorbere aquā carnis aſſumptā ex pullul̄ ꝯtri
tis ⁊ piſtatꝫ: ⁊ funde ſup illā aquā carniuz pulloꝝ
paꝝ aque citonioꝝ ⁊ paꝝ vini ⁊ pulueriza deſuper
panē ſiccū ⁊ bñ coctū ⁊ bñ tritū. Et ſi euomit iſtud
reitera illud ſup īfirmū donec recipiat illud: ⁊ da
ei ī potu aquā agreſte ī q̄ īfuſi ſint pulli ⁊ ꝑdices ⁊
pulli ⁊ colūbini aſſati ⁊ ꝯtriti ī vētre quoꝝ ſint po
ſita grana mirtiloꝝ ꝯtrita aut fruct⁹ berberis: ⁊
cū recipit cibū tunc da ei ī potu vinuz odoriferꝝ ſti
pticū: ⁊ cohopi euz vt dormiat. nā nihil ē meli⁹ in
vomitu ⁊ vētris fluxu q̄ꝫ ſomn⁹. Et ſi poſt ſomnū
ſentiret ſe alleuiatū ⁊ fortē cōmode poſſꝫ poni ī bal
neo tepido aque decoctiōis roſaꝝ ⁊ floꝝ camomil
le: ⁊ poſt exitū a balneo dꝫ īungi ſtomach⁹ ⁊ totus
vēter cuz oleo ro. ⁊ oleo de maſtice mixtis eq̄liter
cū qb⁹ addat̄ aliqd aceti vel vini de gra. acetoſis.

Capitulum. cxiiij. de debilitate epatis.

Debilitas epatis cō-

muniter vocat̄ qñ vl̄ epar nō rectifica
tur qd̄ a ſtō mādat̄: aut qñ diminuit̄ di
geſtio ī eo ⁊ qꝛ humores ꝯueniētes nō
mādat ad mēbra neqꝫ mādare pōt: ⁊ h̄ totū ē aliqñ
vitio alicui⁹ q̄litatis ex q̄tuor q̄litatib⁹ abſqꝫ ma-
teria ⁊ cum materia.

Signa debilitatis epis ſunt egeſtio ſi
milis aque carnis recētꝫ cum
abluit̄: ⁊ paucitas appetit⁹ ⁊ extenuatio corporis.
Sꝫ ſi fuerit cū caliditate ⁊ cū materia vl̄ abſqꝫ ma
teria ꝑdicta debilitas hēbit infirm⁹ ī facie ⁊ toto
corpore colorē rubeū mixtuz citrino vel citrinum
puꝝ cū mala forma corporis abſqꝫ ei⁹ īeq̄litate: ⁊
alteratōez cū dolore ſentiret ī dextro latere apud
coſtas poſteriores: ⁊ patiet̄ ſiccitatē ⁊ aſperitatē ī
ore ⁊ pallato ⁊ ſitiꝫ vehemētē. Et ei⁹ vrina erit ruf
fa vel rubea ſeu citrina ītēſa ſubtilis vl̄ ſpiſſa: ſub
tilis cū fuerit caliditas abſqꝫ materia vl̄ cuz opila
tōe. ſpiſſa cū materia ī epate fuerit multiplicata ſi-
ue ꝑ opilatōez aut ꝑ habūdātiā ei⁹ ī quantitate ex
cā generāte ipſaꝫ. ſꝫ ſi fuerit debilitas cum frigi-
ditate habebit patiens in facie ⁊ toto corpore co-
lorem album vel palidum ſeu liuidum abſqꝫ ineq̄-
litate cutis: ⁊ grauitatez totius corporis ⁊ lateris
dextri: ⁊ pigritiā ⁊ ſomnietatē. ⁊ ei⁹ vrina erit al-
ba ſubtilis vl̄ glauca: ſeu palida ſi ꝑdicta debilitas
fuerit abſqꝫ materia ⁊ cū opilatōe. Si vō cuz ma-
teria erit vrina lactea vel karopos vel palida ſpiſ-
ſa ex mat̄ia multiplicata ī epe aut ꝑꝑ opilatiōem q̄
īpedit ei⁹ trāſitū ad loca debita: aut ex reb⁹ gene-
rātib⁹ ipſaꝫ materiā frigidā ī ipſo: q̄ materie cali-
de vel fri. multiplicate ī epe aut ꝑꝑ opilatiōez aut
ꝑꝑ aliā cāꝫ faciēt tumorē ī pedib⁹ ⁊ mēbris poſt lō
gū tp̄s ⁊ finalit̄ cacheſiā ⁊ idropiſim.

Cura dbilitatꝫ epis ꝑꝑ caliditatē abſqꝫ
mat̄ia: fiat emplaſtꝝ ſup epar qd̄
ſic fit. ℞. ſandali rubei ⁊ albi: roſaꝝ ru. ⁊ cāphore
añ. ʒ. j. terant̄ ⁊ pulueriꝫētur ⁊ miſceant̄ cuz aqua
ro. ⁊ aliquantulo aceti ⁊ infundatur filtꝝ vel pan
nus de lana in h̄ toto cum fuerit calidum: ⁊ h̄ cali-
dū ſupponat̄ epati ⁊ cum tepꝫ ceperit remoueat̄:
⁊ alius loco eius ponat̄. Aliud ad idē. ℞. ſuccū ſo
latri ⁊ miſceatur cū puluere ſandaloruꝫ ⁊ campho
re ⁊ ponat̄ cū eis aliqd aceti ⁊ caleſiat h̄ totū ī quo
cuz calidum fuerit imponatur filtruꝫ vel pannus
⁊ fiat iterando cum tepuerit vt dictum eſt ſupra.
Aliud ad idem. ℞. ſuccum ſemperuiue ſuccuz ace
toſe vel plantaginis ⁊ miſceantur cum puluere ro
ſarum rubearum camphore ⁊ aliquantulo aceti: ⁊
fiat cū fuerit calidum vt dictum eſt in allijs. Su-
mat in potu ſyrupum acetoſum vel oxiꝫacharam
vel vinum de granatis cum aqua decoctionis or-
dei endiuie vel ſolatri: cuſcute acetoſe aut cicoree
vel lactucarum. Agreſtam etiam bibat vel ſuccuz
berberis vel acetoſe cum aqua decoctionis lactu-
caꝝ vel endiuie. Abſtineat a cibis calidis ⁊ vino ⁊
cōfectionibus de melle. Comedat ſuccum ordei vl̄
auene ⁊ bolus factum ex cucurbitis lactucis ⁊ bo
ragine in quo ponatur aliquid aceti. Comedat me
lones ⁊ ꝑſica ⁊ pruna acetoſa: ⁊ bibat cuz eis aquā
decoctionis berberis vel acetoſe aut aquam deco
ctionis granatorum aut acetum cum aqua. Si au
teꝫ eſſet debilis comedat carnes edi perdicuz pul
loꝝ caſtrati iuuenis decoctas cū cucurbitꝫ herba en
diuie vel herba lactucarum ſeu herba ſcariole: ⁊
condiantur ille carnes cū agreſta vel vino de gra
natis aut ſucco berberis vel acetoſe: aut aliqua re
acetoſa vel agreſta ⁊ ſimilibus. Si vero debilitas
epatis fuerit ex caliditate cum materia fiat ſm̄ qꝫ
dictum eſt in omnibus. ⁊ purgetur cum decoctio
ne facta ex reubarbaro ⁊ aqua decoctionis pruno
rum ⁊ tamarindorum: ⁊ ſit puluis reubarbari. ʒ.
.ij. vel. ʒ. j. s. ⁊ aqua decoctionis tamarindorum
⁊ prunorum ſit. ℥. iiij. detur ante diem in matuti-
nis ⁊ h̄ ſepe vice poſt vicem. Sumat poſt purgatō
nem qñdo fuerit cum materia: ⁊ ante purgatio-
nem quādo fuerit abſqꝫ materia trociſci berberis
q ſic fiūt. ℞. ſuc. berberꝫ. ʒ. x. ſe. endiuie ſe. citrul
li ſeminis portulace añ. ʒ. iij. roſarum. ʒ. ij. reubar
bari. ʒ. j. ſpice. ʒ. s. forment̄ trociſci ponderis vni
us aurei: ex quibus detur vnus cum ſyrupo aceto
ſo aut cum ſucco granati. Cura debilitatis ex fri-
giditate abſqꝫ materia eſt vt recipiat cum oximel-
le omni mane vnum de trociſcis de reubarbaro q
ſic fiunt. ℞. ſpice macis: ſucci eupatorij ſucci abſin
thij ſeminis fenugreci aniſi añ. ʒ. ij. reubarbari. ʒ
. x. formentur trociſci pondere auri vni⁹. Fiat em
plaſtrum tale ſuper epar. ℞. ciperi maſticis ſpice
calami aromatici ſquināti croci mirre añ. ℥. s. diſ
ſoluantur mirra ⁊ maſtix in vino ⁊ miſceantur cū
alijs ⁊ fiat emplaſtrū ſuper epar. Trociſci alij for
tiores ſuperioribus q recipiuntur omni mane in
aurora cum apoꝫimate de radicibus ſic fiunt. ℞.
lacce reubarbari añ. ʒ. iij. ſpice ſeminis apij: ame-
os maſticis ſquinanti iuniperi: amigdalaruꝫ ama
rum coſti amari: rubee ſucci euaporatorij aſſari
ariſtologie rotunde gentiane añ. ʒ. j. s. forment̄
trociſci pondere vnius aurei. Apoꝫima de radici
bus cum quo predicti trociſci recipiuntur ſic fit.
℞. corticum radicum apij fenureci añ. ʒ. x. ſemi-
nis apij ſeminis fenugreci floꝝ ſquinanti aut ſq-
nanti ameos añ. ʒ. v. roſaꝝ rubeaꝝ ſpice añ. ʒ. iij.
piſtentur ⁊ coquantur in. lī. j. aque donec ad ter-
tiam redeat ⁊ ſumatur in potu cum trociſcis poſt-
q̄ꝫ fuerit colata. Nutriat̄ cum cibis digeſtibilib⁹
vt ſūt carnes caſtrati ⁊ arietꝫ annual̄ ⁊ carnes edo
rū ⁊ caponū gallinaꝝ pulloꝝ ⁊ oīuꝫ auiū degētiū
ī arborib⁹ ⁊ ī pratꝫ ⁊ nō ī aq̄s. coquant̄ cū herba fe
niculi ⁊ petroſe. aniſi aut ī teſtula vl̄ paſtillo ⁊ ī ve-

ru ⁊ vitellos ouoꝝ comedat etiam. Condiantur
ſua cibaria cū puluere q̄ ſic fit. ℞. cinamomi. ʒ. ij.
cardamomi gariofiloꝝ nuciſmuſ. galāge añ. ʒ. ij.
croci. ʒ. j. fiat puluis cribelat⁹. Bibat vi. claꝝ odo
riferꝝ puꝝ vel mirtū cū aq̄ decoctōis endiuie vl' ci
coree. Si aūt materia fuerit peccās cū q̄litate fri.
mūdificeꝝ cuꝫ decoctōe q̄ fit ex mirobalanis kebu
lis ⁊ reubar. ſene ⁊ epithimo: roſis ⁊ ſcolopēdria
⁊ melle ro. ⁊ zucharo ro. aut cū pillul' ſtomaticis
alkindi vl' fetidis aut pigra q̄s faciem⁹. Idē ē mo
dus curatōis cū caliditate ⁊ ſicc. frigi. ⁊ ſicci. abſq̄
matia ⁊ cū matia. Scire hic ꝯuenit q̄ q̄daꝫ ſunt q̄
de ꝓꝓetate valēt ⁊ remouēt debilitatē oēꝫ ⁊ ipin
guāt epar ſicut ſunt paſſule cū ſuis iterioribus q̄ñ
bñ maſticāꝝ ⁊ comeduꝝ ⁊ ſicut puluis epis adib q̄ñ
duo aurei ex eo ſumūꝝ cū vino dulci vel cocto ī au
roꝛa ꝯfoꝛtat epar ⁊ ſanat oēꝫ debilitatē ⁊ cōplexi
onē ī eo iductaꝫ ex q̄cunq̄ cā fiat.

Caplm. cxv. de apātibus ⁊ exituris epatis.

Poſthema epatis

a qñq̄ ē calidū ſāguineū aliqñ colericū:
qñq̄ ē flegmaticū ⁊ aliqñ melicuꝫ. At-
tēde h̄ diaꝫ iter apa ⁊ exiturā. nā apa
appellaꝝ cū ē egritudo ꝑſe ⁊ ꝑſe icipit. Exitura ve
ro cuꝫ ꝯſeq̄ꝝ ad aliā egritudinē: aut cū aliq̄ egritu
do terminaꝝ ꝑ apa: tūc apa a phis exitura appel-
latur ī veritate.

Signa apātis calidi ſanguinei ſūt vri
na ru. ⁊ ſpiſſa ⁊ pulſuſ magn⁹
lat⁹ ⁊ mollis: ⁊ coloꝛ faciei rube⁹ mixt⁹ fuſcedini.
Et doloꝛ ſub coſtis aggrauatiu⁹ cū pulſatōe ⁊ mo
tu. ⁊ q̄ ex tactu īueniꝝ durities cuꝫ figura q̄ſi luna
ri ſup epar: ⁊ hitudo carnoſa ſanguinea: ⁊ q̄ añi
firmitatē vſus ē reb⁹ generātib⁹ ſanguinē. ⁊ feb.
īſeparabilis ⁊ dulcedo ī oꝛe ⁊ defectio appetit⁹ ⁊ ſi
tis ſꝫ nō vehemēs: ⁊ tuſſis nō multū fic. ⁊ ſingult⁹

Signa apātis ca. colerici ſunt vrina ru. acuta ī
q̄ aliq̄ apparet ſpiſſitudo: eo q̄ colera īpedimento
apātis ⁊ ꝑꝑ duritiē ⁊ opilatōeꝫ ⁊ groſſitiē iductā ī
epe ad loca ꝓꝑa nō mādaꝝ vñ cuꝫ remaneat ī mo-
dū ſupfluitatꝭ ī iꝑo cꝑe miſceꝝ cuꝫ vrina ⁊ ipſā quo
dāmō īſpiſſat ⁊ pulſus velox ⁊ dur⁹ ī quo multa re
periꝝ diuerſitas ⁊ febꝛis īſeparabil' ⁊ vehemētia ſi
tis ⁊ oꝛis amaritudo. ⁊ coloꝛ faciei ⁊ toti⁹ coꝛpoꝛis
citrin⁹ ⁊ ſingult⁹ aliqñ ⁊ tuſſis ſicca cuꝫ q̄ nō ē ſpu-
tum ⁊ caſus appetitus.

Signa apātis flegmatici cū icipit ē fe. īſepara
bil' lēta oculta defectio appetit⁹ cuꝫ nauſea ⁊ ſin-
gult⁹ ſꝫ ē abſq̄ ſiti. Et ei⁹ vrina ē citrina vl' palida
ſpiſſa: ⁊ pulſus paru⁹ ⁊ molli: ⁊ tuſſis aliqñ ⁊ graui
tas latis dextri ⁊ coloꝛ toti⁹ coꝛpoꝛis alb⁹ vl' liui-
dus ⁊ habitudo mollis vel pinguis ⁊ tumoꝛ ſenſi-
bilis cum duritie multa.

Signa apātis melici ſūt q̄ apparet tactu ſub
coſtꝭ reſ dura ⁊ coꝛrūpiꝝ coloꝛ toti⁹ coꝛpoꝛis ⁊ faci
ei: ⁊ ꝯuertiꝝ ad paliditatē vl' cinereitatē: ⁊ ſingul-
tus q: ē de cōib⁹ ſignis ⁊ ſitis vehemens ⁊ pōdus
graue ī ſiniſtro latere: ⁊ tuſſis ⁊ defectio appetit⁹
abſq̄ nauſea ⁊ vomitu: ⁊ vrina glauca ſubriꝝ ⁊ pul
ſus paruus ſtrictus ⁊ durus.

Cura apātis calidi ſāguinei ē vt fiat fle
botomia d̄ baſilica aut de ſaphe
na man⁹ ſiniſtre ī ꝑncipio ⁊ poſt illud ꝑ tres dies
mūdificeꝝ cū decoctōe q̄ fit ex reubarbaro tama-
rindus ⁊ pꝛunis. Fiat flebotomia ī iſtis apātib⁹ ⁊
ſimilib⁹ ī parte ꝯꝛa ī ꝑncipio cū coꝛp⁹ fuerit reple
tuꝫ ⁊ carnoſuꝫ: q̄ñ v̄o nō īueniꝝ fit ex eadē et h̄ vo
lunt oēs. Emplaſtreꝝ epar cum ſandal' cāphoꝛa ⁊
aq̄ ro. ⁊ īfrigideꝝ ꝯtinue cuꝫ ſucco ſolatri ⁊ aceto-
ſe ⁊ ſempuiue ⁊ aq̄ ro. ⁊ cū eis ponat aliq̄d aceti ſē
ꝑ. Bibat ī auroꝛa ⁊ añ cenā oxizacharā vel vinum
de gra. vel ſyrupuꝫ acetoſuꝫ cum aqua decoctio-
nis endiuie lactucaꝝ vl' ſolatri aut ſempuiue. Co-
medat vſq̄ quo febꝛis fuerit diminuta ſuccuꝫ oꝛ-
dei vl' farri vl' auene vl' lactucas coctas vel cucur
bitas ꝯditas cū agreſta vl' vino de gra. Bibat cuꝫ
cibo aquā decoctōis granatoꝝ vl' agreſte vl' aquā
decoctōis pomoꝝ acetoſoꝝ: ⁊ ſit ſemꝑ larg⁹ ſꝫ vē
trē aut ꝑſe aut bñficio cliſteris lenitiui vel ſuppo-
ſitoꝛij. Et cū febꝛis alleuiata fuerit ex carnib⁹ pulli
nis vel edinis ꝯditis ⁊ coctis cuꝫ berberis agre-
ſta vino de gra. vel pomis acetoſis regaꝝ ⁊ vſq̄
ad vltimuꝫ infirmitatꝭ ſit ꝯtēt⁹ ī potu dicto ſi eſt
poſſibile. Si foꝛet nimis debilis bibat vinū debi
le lijphatū ita q̄ aq̄ vīcat ſapoꝛe ⁊ odoꝛe ī cōmixto.

Cura apātis colerici ī epate ē eadē cuꝫ ſupꝛadi
cta ī oīb⁹. ſꝫ ī colerico mūdificatio cuꝫ decoctōe di
cta illic dꝫ ſepi⁹ fieri q̄s flebotomia: ī ſupioꝛi flebo
tomia ſepius dꝫ fieri q̄s mūdificatio.

Cura apātis flegmatici ī epate ē etiā flebo-
tomia: ⁊ h̄ nō ē rōne materie et diſpoſitiōe ipſi⁹ ma-
terie: ſꝫ q: omne apa vbicūq̄ fiat ſemꝑ fit ex cur-
ſu materie ꝑ venas ad locuꝫ apoſthemoſuꝫ: et fle-
botomia oēꝫ matiā ꝯtētā ī venis et currētē ꝑ ve-
nas eq̄liꝝ minuit et ꝓpoꝛtōaliꝝ. Iō voluit. G. ī cō-
mēto regiminis acutoꝝ ſuꝑ v̄bo Hypo. vbi dicit
Et ſi doloꝛ ꝑ calefactoꝛiū nō alleuiat⁹ fuerit et ad
furculā aſcēderit ⁊c. q̄ flebotomia ſit ꝯferēs ī om
ni apāte et ē min⁹ timoꝛoſa q̄s medicina q̄uis me-
dicina ſit ꝯueniēs vt voluit Hypo. eodē. c. et in h̄
oēs ꝯueniūt. Purgeꝝ ſepe cuꝫ medicamine d̄ tur
bit et aq̄ decoctōis endiuie vl' lactucaꝝ aut cicoꝛee
vel decoctōe facta ex mirobalanis kebulis et reu-
barbaro et ſq̄nāto. Bibat ī mane et ī auroꝛa et añ
cenā de oximelle cōpoſito. ʒ. j. ſ. cuꝫ. ʒ. iij. aq̄ de-
coctōis ciperi aut capari: vel ameos aut amomi ſi
at īfirm⁹ larg⁹ ſm vētrē: aut ꝑ cliſtere q̄ meli⁹ ē:
aut cū ſuppoſitoꝛio. Emplaſtreꝝ epar ī ꝑncipio cū
abſinthio piſtato et farina oꝛdei vl' meuce: et cum
puluere facto ex ciperis: gall: cipſſ: ſq̄nāto: capa-
ris: maſtice: vernice: et granis mirtiloꝝ et farina
lupinoꝝ et bulliāt ī aq̄ vſq̄ ad ſpiſſitudinē et adda
tur aliq̄d aceti ī fine. In ꝑncipio vſq̄ ad q̄etē vl' ſe
datōeꝫ fe. bibat aquā decoctōis endiuie et ſcario-
le vl' cipi ī q̄ coq̄ꝝ mel vl' zucharꝝ. Comedat aquaꝫ
cauliuꝫ vel ciceris vel farinaꝫ oꝛdei vel auene vel
ſpelte vel bolus factum ex ſpinachijs et herba fe
niculi cuꝫ lacte amigdalarum. Vngatur epar cuꝫ
oleo de maſtice vel oleo de ſpica mirto cum oleo
roſato et aliquantulo aceti. Cum vero febꝛis inci-
pit minui vel ſedari; nutriatur ex carnibus edinis
et pullinis alteratis cuꝫ lactucis et cucurbitis: ſpi
nachijs et attriplicibus. condiāꝝ cum agreſta vl'
berberis aut vino de granatis et vitellis ouoꝛum
et puluere qui fit ex cinamomo galanga: gariofi-
lis et croco. Bibat vinum album limphatum cuꝫ
aqua decoctionis endiuie vel lactucarum vel poꝛ-
tulacarum.

Cura apoſthematis duri melancolici cum inci
pit. et cum febꝛe: Curatur cum flebotomia de ſa-
phena eiuſdem partis vel contrarie ſi coꝛpus fue
rit plectoꝛicum: et paruꝫ in iſto ſubtrahatur de
ſanguine. Mundificetur ſepe cum decoctione fa-
cta ex mirobalanis indis ſene epithimo ⁊ reubar-
baro. ⁊ ſemper venter eius ſit largus: aut per cli-
ſtere qd̄ melius eſt: aut per ſuppoſitoꝛium. Vnga
tur cum oleis dictis in flegmatico et emplaſtretur
et addatur in emplaſtro ſupꝛadicto puluis farine
fenugreci et ſeminis lini et herba floꝛis camomil
le et melliloti. In dieta et potibus fiat vt dictum
eſt in apāte flegmatico: et q̄ñ eſt cum febꝛe et hoꝛa
qua fe. tepeſcit. Sciēdum eſt hic q̄ apāta calida et
fri. epatis requirūt emplaſtra maturatiua cū ve-

ueniat ad ſtomachum ⁊ non reſoluuntur que matu
rēt: ⁊ habeāt vͥtutē mollificatiuā ⁊ ꝯfortatiuā ⁊ re
ſolutiuā. nā oē apā vt vult. G. cōmēto ꝓnoſticoꝝ
particula. j. ſup verbo. ꝙ ſi tranſierit diē. xx. dicit
. n. ibi ꝙ omne apā poſtꝙ̄ nō interficit ſubito: aut
reſoluit̄ totalit̄ aut reſoluit̄ ſubtile ⁊ groſſū rema
net: aut ꝯuertit̄ in venenū vincēte calore accidē-
tali i ꝯuerſione. Emplaſtꝝ qđ facit in apātibꝰ ca.
in ſtatu ⁊ poſt ſtatū anteꝙ̄ apiant̄ ſic fit. ℞. fari-
ne ordei. ʒ. iiij. farie fenugreci ſe. lini añ. ℥. ij. pin-
guedinis anſeris: anatis ⁊ porci añ. ℥. ij. ciperi ſq
nanti añ. ℥. j. s. terbentine. ℥. iiij. maluauiſci cocti
mundati a ligno iterioꝛi icisi fruſtrati ⁊ piſtati op-
time ita ꝙ reductꝰ ſit ꝑ piſtatōeʒ ad naturā aſun-
gie. lī. j. olei de maſtice olei ro. añ. ℥. iiij. cere. ℥. j.
diſſoluat̄ armoniacū terbētina ⁊ cera i caʒola ad
ignē ⁊ cū diſſoluta fuerit incorporet̄ in mortario
cū maluauiſco ꝑparato dicto ⁊ oībus alijs rebꝰ ⁊
icorporet̄ ⁊ reducat̄ ad vnū cū piſtello ſm ꝙ meliꝰ
fieri pōt: poſtea extēdat̄ ſr̄ coriū ⁊ ponat̄ ſup epar
Emplaſtꝝ ad apāta fri. ꝑꝑ cauſas dictas ꝯueniēs
ſic fit. ℞. bdelij ſerapini armoniaci opoponaci añ
℥. s. cipi capari acori ſquināti añ. ℥. s. farine ſe. li-
ni fenu. añ. ℥. iij. maluauiſci ꝑparati. lī. j. olei đ ſpi
ca. ℥. ij. terbētine. lī. s. diſſoluant̄ gūme in vino ⁊
cū diſſoluta fuerint addat̄ cū eis terbētina ⁊ diſ-
ſoluat̄ cū eis: ⁊ cū diſſoluta fuerit oīa ponāt̄ i mor-
tario ⁊ icorporent̄ cuʒ piſtello ita ꝙ vnū corpꝰ fiat
⁊ ponat̄ ſup corium ⁊ poſtea ſup epar: iſta. n. em-
plaſtra cū h̄ ꝙ maturāt ꝯfortāt ⁊ mollificāt: adiu-
uāt naturā ad mūdificatōeʒ ſaniei ꝑꝑ apertiōeʒ ⁊
rupturā. ſʒ raro apāta epis ꝯuertunt̄ ad ſaniē ita
ꝙ mūdificent̄ cuʒ ſanitate ifirmi: imo ſm pluri-
muʒ ⁊ q̄ſi ifirmꝰ ad mortē ꝯuertit̄: eo ꝙ natura in
tā nobili mēbro ꝑꝑ neceſſitatē ſue opatōis ad to-
tū corpꝰ ſaniē cuʒ vlcere lōgo tpe ſuſtinere nō pōt
⁊ cū tal' diſpoſitio neqꝫ ꝑ naturā neqꝫ bn̄ficio me-
dici leui tpe curari ⁊ remoueri nō poſſit ſeq̄t̄ ex ne
ceſſitate ꝯſideratōis ꝙ ſit cum ad ſaniē euenerit
incurabilis ⁊ mortalis: ⁊ hoc firmiter credimus
abſqꝫ dubio.

Caplm. cxvj. de opilatiōe ⁊ duritie epatis.

f Iter materia aduſta vl' flegmatica groſſa viſcoſa ⁊ aliqñ ē cuʒ fe. ⁊ aliqñ ſine fe.

Signa opilatōis cōia ſūt ꝙ aliqñ ē ſine fe. ⁊ gra
uitas quā ſētit vl' iuenit ifirmꝰ ſub latere dextro
ē abſqꝫ dolore ⁊ prauitas digeſtionis ⁊ vētris le-
nitas. Si aūt fuerit abſqꝫ fe. ⁊ fuerit ex materia adu
ſta vrina eiꝰ erit tīcta cuʒ ſubtilitate: ⁊ color totiꝰ
corporis declinabit ad citrinitatē vl' nigredinē ⁊
erit ifirmꝰ cuʒ ſiti vehemēti: ⁊ patiet̄ pruritū ⁊ ar
dorē i carne ⁊ toto corpore: ⁊ vrina iducet ardorē i
virga ⁊ habitudo corporis erit extenuata ⁊ ſubtil'
⁊ pulſus ſpiſſus cuʒ q̄dā velocitate. Si aūt cuʒ fe.
fuerit ſigna magis intēſa erunt.

Si vō ex materia viſcoſa ⁊ flegmatica ꝯtingeret
epis opilatio ⁊ abſqꝫ fe. erit vrina ſpiſſa nō colora
ta ⁊ hītudo totiꝰ corpis ſq̄lida ⁊ diſcolorata palida
vel liuida: ⁊ patiet̄ ſcro iflatōeʒ peduʒ ⁊ pulſus eiꝰ
erit paruꝰ debilis cuʒ q̄dā mollitie ⁊ erit ifirmus
abſqꝫ ſiti ⁊ defectuʒ patiet̄ appetitꝰ ⁊ multiplicabi
tur ſputuʒ iſipiduʒ in eo: ⁊ fiet vomitꝰ vel nauſea
quandoqꝫ.

Si vō cuʒ fe. fuerit h̄ ſigna đbiliora erūt ⁊ magꝫ
remiſſa. nā cali. febrilis minuēdo humi. vl' exiccā
do eā mitigat ſigna ꝑdicta: ſʒ ea oīo nō deſtruit.

Cura opilatōis epis ex materia aduſta abſqꝫ fe. ē vt ſumat̄ oximel cōpoſi
tuʒ cuʒ aqua decoctionis ſcariole cipi endi. ⁊ zu-
chari. Sumat de diacurcuma ſepe ante cenam.
Mundificetur cum aqua decoctionis reubarbari
ſene epithimi ⁊ ſq̄nāti ꝯdita cuʒ melle ro. colato.
Bibat vinuʒ albuʒ odoriferꝝ claꝝ i quo ponat̄ ali
qđ aq̄ decoctiōis cipi ⁊ ſcariole vl' cicorec. Come-
dat herbā feniculi petroſelini ⁊ boraginis ⁊ car-
nes caſtrati: edi: pulloꝝ: ⁊ oīuʒ auiuʒ degētiuʒ in
arboribꝰ ⁊ i pratꝫ ⁊ nō i aq̄s coctas cuʒ herbis ⁊ i
veru: teſtula ⁊ paſtillo: ꝯdiāt̄ cuʒ puluere cinamo
mi cardamomi galāge: gariofiloꝝ ⁊ croci ⁊ aliquā
tulo aceti. fiat ēt ꝯdimētuʒ cum carnibꝰ qđ ſic fit.
℞. aliquātulū folioꝝ petroſelini: mēte: duos vi-
tellos oui ⁊ bolū panis: ⁊ ad iuicē piſtēt̄ ⁊ cum eis
ponat̄ aliqđ de ſpēbꝰ dictis: ⁊ diſſoluat̄ h̄ totū pi
ſtatuʒ ſil' cuʒ aceto forti vl' agreſta ⁊ buliat i lebete
ad ignē. hoc. n. opilatōes aperit ⁊ appetituʒ ꝯfor
tat ⁊ ſtomachum.

Si āt cuʒ fe. vl' calore fuerit opilatio. fiat flebo
tomia de ſaluatella manꝰ dextre ⁊ regat̄ cuʒ alijs
rebꝰ vt dictuʒ ē p̄ter ꝙ vbi ponit̄ mel i ſupiori cu
ra ponat̄ hic zucharꝝ: ⁊ qñ vinuʒ dat̄ det̄ aq̄ deco
ctōis endiuie: zuchari: ciperi: ⁊ vini đ gra. vl' agre
ſte aut aceti: vl' det̄ aliqđ vini debil' cuʒ eadē aqua
mixti. Ungat̄ leuit nō fricādo epar omni die cum
oleo de ſpica i quo ſit aliqđ aceti ⁊ poſtea cohopia
tur cuʒ pecia ca. de lino vel de filtro.

Cura opilatōis epis ex materia viſcoſa vel gip
ſea ē vt recipiat ifirmꝰ omni mane i aurora vel añ
cenā oximel ſqliticuʒ vl' oximel cōpoſituʒ cuʒ aq̄ đ
coctōis cipi capari ſe. ſcariole ⁊ endiuie aut cuʒ vi
no albo odorifero fri. eſtate ⁊ hyeme cali. Sumat
diacurcuma vel diatrion pipeon: ⁊ bibat poſt il-
lud vinuʒ albuʒ. purget̄ ſepe cuʒ turbit ⁊ reubar
baro mixtꝫ ⁊ puluerizatꝫ cuʒ melle ro. colato ⁊ aq̄
decoctōis endiuie ⁊ ſcariole. Ungat̄ epar cū oleo
de ſpica i quo ſit aliqđ aceti: ⁊ poſt vnctōeʒ ponat̄
pecia ſup epar vl' filtꝝ cal. Bibat vinuʒ albuʒ abſ
qꝫ aq̄ odoriferꝝ. Comedat carnes ⁊ herbas coctas
⁊ ꝯditas cuʒ ſpēbꝰ vt dictuʒ ē ſupra. poſſet cōmo
de ⁊ bn̄ comedere alea cocta: nuces ⁊ ficꝰ ſiccas cuʒ
eis. poſt purgatōes r̄cipiat i aurora trociſcos ſtel
le cuʒ vino ⁊ melle ro. colato: et aliqñ. ℥. s. tyriace
cuʒ vino. Artē de hic ꝙ ſi epar adib exiccet̄ i fur-
no vel ad ſolē et terat̄ et cribelet̄ et detur cuʒ vi-
no cocto. ſtomacho ieiuno poſt purgationem ꝙ ſa
nat omnem egritudinem epatis et idropiſim de
proprietate. et debʒ eſſe quantitas pulueris. ʒ. ij.
et vini. ℥. iij.

Capitulum. cxvij. de ventoſitate in epate.

b Ec egritudo que uē toſitas epatis appellatur fit ſemꝑ ex
materia in q̄ calor naturalis nō ꝯſequi
tur vltimuʒ digeſtionis: imo ꝯuertit
ipſaʒ materiā i fumuʒ et vaporē vētoſuʒ: q vapor
vētoſus ſua ſubtilitate et vaporoſitate mobili in-
ducit̄ i meſaraicis et vacuitatibꝰ q̄ circha epar exi
ſtūt et mouet̄ ſic vēti et nubes: et ſuo mō dilatant
loca illa et dolorē faciunt et tortōeʒ.

Signa vētoſitatꝫ i epe et partibꝰ eiꝰ ſunt tēſio ſub latere dextro q̄
mouetur et agitatur hora digeſtionis cibi: et ſeda
tio per compreſſionem vehementem cum manibꝰ
ſuper ipſuʒ. Et exiſtimant ſtulti medici ex iſta cau
ſa vel modo doloris vel tortionis ꝙ ſi opilatio vl'
apoſtema et rugitꝰ circha partem yliorum et cir
cha radices coſtarum ex parte dextra: et ſequitur
multotiens febris doloreʒ talē. Et vrina apparet
valde ſpumoſa vl' ſpiſſa et alba vel glauca: et quā-

do ē cū fe. eſt vrina magis colorata et minus ſpiſſa: ⁊ pulſus magis frequēs ⁊ debilis magis.

Cura vētoſitatꝫ groſſe ſub epe ē vt vtatur reb⁹ carminātib⁹ vētoſitatē ⁊ ꝯfortātib⁹ epar: vt ē diacimmū diatrion pipeō ⁊ diacurcuma: ⁊ bibat vinū bonuꝫ claꝝ odoriferꝫ cui non admiſceat aliqd aq̄. Comedat alea cocta ⁊ nuces cū ficub⁹ ſic. ⁊ carnes caſtrati ⁊ edi ⁊ arietꝫ annualis ⁊ carnes caponū ꝑdicū ⁊ faſia. ⁊ ſiſiuꝫ coctas i veru teſtula ⁊ paſtillo ꝯditas cū ſpēb⁹ pipe ⁊ aleis coctꝫ ⁊ oua ſorbilia ⁊ ſpālr vitellos ꝯditos eodē mō: ⁊ herbā feniculi ⁊ aneti ⁊ petroſelini conditam cum ſpeciebus pipere oleo ⁊ aleis.

Si aūt eēt cū fe. ponaꝶ i vino de aq̄ decoctōis ameos vel aniſi vel feniculi ſeu amomi: ⁊ tūc accipiat ꝓ electuario roſatā nouellā vel diaziziberos ſup locū doloroſū vl' granatū ponaꝶ miliū calidū poſitū i ſaculo vel miliū cū ſale ⁊ ameos: aut abſinthiū piſtatū ⁊ mixtū cū ſe. feniculi ſiſileos aniſi ⁊ ſale recipiaꝶ puluis bachaꝝ lauri ⁊ miſceaꝶ cū cimino ⁊ furfure ⁊ vino: ⁊ ponaꝶ h̄ totū cal. ſup locū Vngaꝶ loc⁹ oī die cū oleo d̄ ſpi. vl' d̄ li. ⁊ d̄ aneto.

Capl'm. cxviij. de malitia ⁊ corruptiōe hitudis ⁊ ē ꝑncipiū idropiſis: ⁊ vocatur caceſia.

Aceſia ē mala habi

c tudo toti⁹ corporis āīcedēs idropiſiꝫ ⁊ fit ꝑꝑ malitiā vl' corruptōeꝫ cōplexionis cal. epis aut fri. abſq3 mat'ia multa ⁊ cū mat'ia: ꝑmutaꝶ tñ i caceſia color corporis ⁊ faciei ad albedinē ⁊ citrinitatē: ⁊ iflāꝶ palpebre ocu. ⁊ facies multotiēs ⁊ oēs extremitates. ſ. manus ⁊ pedes: ⁊ ꝯuertiꝶ totū corpus quaſi in vna maſſa ⁊ ꝯſeqtur ipſaꝫ corruptio digeſtionis.

Signa caceſie cōia ſūt ꝙ qñq3 fit appetit⁹ fortꝫ: ⁊ natura remanet i retētōe ⁊ ſm ordines: ⁊ fiūt ſincopis qñq3 ⁊ vigilie ⁊ qñq3 nō: ⁊ minoraꝶ cū ea vrina ⁊ ſudor ⁊ fit fortis iflatio mirach: ⁊ ventoſitas multiplicaꝶ qñq3 ⁊ teſticuli iflanꝶ multotiēs: ⁊ vlcera ſi ꝯtigerēt i ea eēnt diffícil' ꝯſolidatōis ꝑꝑ corroptōeꝫ cōplexiōis ⁊ qñq3 accidit i cōmēſuris ⁊ gigiuis caliditas ⁊ prurit⁹ ꝑꝑ vaporē corruptuꝫ aſcēdentem: ⁊ fit corpus debile molificatum.

Signa caceſie ꝑꝑ corruptōeꝫ cōplexionis calē epis ſunt ſitis ⁊ caliditas mēbroꝝ extremoꝝ q̄ ſētiꝶ i plātis manuū ⁊ pedū: aliqñ cū fe. ⁊ aliqñ abſq3 fe. ⁊ vētris ſiccitas multa: ⁊ paruitas appetit⁹ ⁊ aſꝑitas lingue abſq3 grauitate: ⁊ rubedo vrine abſq3 dolore forti ſub coſtis dextris.

Signa caceſie ex corruptōe cōplexiōis fri. epis ſūt ſolutio vētrꝫ cū mollitie corꝑis: ⁊ corruptio coloris cū tumore faciei: ⁊ paruitas appetit⁹ ⁊ digeſtiōis cū grauitate ⁊ doloꝶ aliquo ſub lateꝶ d̄xtro.

Cura caceſie ex cā cal. ē vt ſumat patiēs bis i die ī aurora ⁊ añ cenā ſyrupū aceto. vel oximel cū aq̄ decoctōis cicoree endiuie: ſcariole: ſolatri aut acetoſe vl' cucur. Comedat carnes aſſatas ſuꝑ prunas vel in veru: ⁊ piſces de bonis aqs carnes quoꝝ ſint abſq3 viſcoſitate ⁊ ſint frāgibiles ⁊ boni odoris. Et ſi cū iſtis differētijs piſces eēnt ſq̄moſi: tūc carnes eoꝝ eēnt meliores: hee ſūt d̄ne bonoꝝ piſciū. Comedat carnes edi ⁊ caſtrati ⁊ arietꝫ annual' ⁊ pulloꝝ ⁊ vituloꝝ ꝯditas cū aceto vel agreſta aut vino de gra. ſiue ſucco ſumac aut berberis. Bibat vi. limphatū odoriferꝫ albū cū aq̄ decoctōis endi. cicoree aut lactuca. purgeꝶ ſepe cū reubar. ⁊ turbit ⁊ aq̄ decoctōis pruno rū ſcariole vel ſolatri: endiuie aut portulace vl' ordei. Suꝑ epar ponaꝶ empl'ꝫ factū ex abſinthio ſolatro: acetoſa flore camomille ⁊ farina ordei ⁊ ſuc. eupatorij vel herba eius. poſſet cōmode comedere herbas feniculi ⁊ petroſelini: lactucarum attriplicis: portulacaꝝ vel ſcariole ⁊ aquā ciceris ⁊ farinam ordei: ⁊ debēt iſta cibaria ꝯdiri cū puluere ſpecieꝝ q fit ex cardamomo cinamomo gariofilis folio galanga ⁊ croco.

Cura caceſie ex cā fri. ē vt ſumat vinū odoriferū claꝝ abſq3 aq̄ pōticū: ⁊ comedat carnes aſſatas ⁊ fixas ⁊ alea cocta ⁊ nuces cū ficub⁹ ſiccis ⁊ herbā feniculi ⁊ petroſelini: cerfolij aniſi ⁊ aneti ⁊ vitellos ouoꝝ: ⁊ ꝯdianꝶ illa cū pipere lōgo ⁊ cardamomo: cinamomo: gariofilis nuce muſ. ⁊ croco aut ſinapi vel aliquo alio ꝯdimēto cal. recipiat oī mane ī aurora ⁊ añ cenā oximel cōpoſitū vl' ſqliticū cū aq̄ decoctōis ciperi capari acori ameos amomi aut aſſari ſeu eupatorij ⁊ mellis. Mūdificeꝶ cū pillulis fetidis vel ſtomaticis alkidi vel cū reubarbaro ⁊ turbit mixtis ⁊ īcorporatis cū melle ⁊ aqua decoctōis ciperi acori vl' capari vel aſſari ſeu eupatorij aut ameos vl' amomi. Vngaꝶ epar cū oleo de ſpica ⁊ ponaꝶ empl'm ſuꝑ epar qd̄ ſic fit. ℞. aſſari abſinthij ciperi capari acori farine lupinoꝝ añ. ℥. j teranꝶ ⁊ piſtenꝶ ⁊ īcorporenꝶ cū oleo d̄ ſpica ⁊ olō de ſe. lini. Sepe cōmedat de diacurcuma aut d̄ diatrion pipereon vel electuariū de cardamomo. Sēꝑ atteꝶ⁹ ſis ꝙ ī caceſia ſiue fiat ex cā cal. ſeu fri. ſemꝑ habūdat ibi mat'ia fri. ⁊ opilatō. Et ꝑ h̄ ꝯuenit ī alteratōe ⁊ mūdificatōe vt ꝓcedaꝶ cū apiētibus ⁊ remouētib⁹ materiā fri. ⁊ opilatōeꝫ.

Capitulum. cxix. de itericia ⁊ ſpeciebus eius.

Ctericia eſt defeda

i tio cutis abſq3 ipſius ī eq̄litate: ⁊ ē alia citrina vel viridis ⁊ alia nigra: ⁊ fit citrina vel viridis vitio epatis: nigra vero vt plurimū fit vitio ſplenis. fit aūt ictericia vitio epatis quādoq3 ꝓpter multā caliditatē epatis in ſeipſo: aut q: calefactū ē ex cibis aut medicinis calidis vel ap̄ate calido: aut opilatōe aut ꝑꝑ multitudinem colere rubee: aut propterea q: natura expellit eā ad exteriora: aut ex morſione vermium venenoſoꝝ aut propter debilitatem fellis ab attractione colere.

Signa ictericie propter multā caliditatē epatis ī ſe ipſo naturalis ſunt colores citrini ſemꝑ: ⁊ ī albugine oculoruꝫ eorū ē ſemper citrinitas: ⁊ nō accidit eis magnū nocumētum niſi cū illud ſuperfluit in eis ⁊ coꝝ vene ſunt valde ample ⁊ manifeſte. Et vrina ſemꝑ valde incenſa videtur.

Signa ictericie ꝓpter apoſtema calidū ſunt ꝙ fit ex cibis calidis vel medicinis calidis: vel potu vini fortis puri ⁊ ꝙ ad ipſuꝫ ſequiꝶ feb. cōtinue ⁊ dolor in latere dextro ſub coſtis ⁊ vrina ē rubea ſpiſſa vel viridis ⁊ pulſus diuerſus velox frequēs cum quadam aſperitate quam facit in pulpis digitoꝝ tangentis.

Signa ictericie ex multitudine colere in quantitate ſunt ꝙ egreditur cum vomitu colera ipſa ⁊ ſolutione ventris: ſed ictericia ſemper remanet ī eodem ſtatu: et vrina apparet rubea ſpiſſa et etiaꝫ viridis multotiens abſq3 feb. Ictericia vero que fit ex opilatione cum cauſatur a diuerſis opilationibus varias habere debet ſignificationes. nam opilatio que inducit ictericiā aut eſt in orificio chiſtis quod adheret epati et in ipſo epate: aut ē ī orificio per quod expellitur colera ad inteſtina: aut in orificio in quo colera mandatur ad ſtomachū.

Signa ictericie ꝑꝑ opil'onē factā ī ipo epe ſt grauitas ī latere dextro: et ꝙ egeſtio fit alba paulatī: et vrina alba paulatī: et ꝙ h̄ hꝫ locū cū ꝓepar reti-

net pp ſui debilitatem totam coleram: ita ꝙ nihil de ea mittit cū vrina: aut q: virt⁹ diſcretiua ep̄is nō facit vllā diſcretōem ī ſupfluitatib⁹ ita ꝙ tota colera retinet̄ ī ep̄e ⁊ venis cū humorib⁹ ⁊ nihil ō ea mādat̄ cū vrina neqꝫ egeſtione. ſꝫ qñ colera retēta ī ep̄e mādat̄ cū vrina ꝙ fit multotiēs ⁊ ſepe ī illa opilatōe: ⁊ tūc vrina ī iſta ictericia ⁊ iſta opilatōe apparet ſpiſſa turbida rubea: ⁊ ē īfirm⁹ abſqꝫ vomitu ⁊ amaritudine oris: eo q̄ꝺ nihil de colera aut q̄ſi nihil vel paꝝ mādatur ad ſtōm.

Signa ictericie pp opilatōeꝫ meat⁹ quo colera mādat̄ ad īteſtina: ſūt ꝙ ſubito fit egeſtio ſilis egeſtioni canis: ⁊ ꝙ iſta ictericia fit fortis ſubito ⁊ difficultas exit⁹ fecis ⁊ itēſio ictericie. Et ſi epar remaneret multū debile ī expulſione ſupfluitatū ad loca alia: vel virt⁹ diſcretiua ep̄is nō diſcerneret ī ſupfluitatib⁹: tūc cū ill' ſignis fieret ⁊ videret̄ citrina remiſſa: ſꝫ ſi p̄dicta duo nō ꝯtingerēt ī ep̄e fieret vrina valde tincta ⁊ ſpiſſa pp duplicatōeꝫ colere q̄ mittit̄ cū vrina q̄ ꝯſueuerat mādari ad īteſtina ⁊ mō pp opilatōeꝫ nō mandat̄ ſꝫ remanet ī ep̄e cū vrina: ⁊ apparet aliqū vomit⁹ colere ⁊ oris amaritudo ī iſta ictericia: ſꝫ min⁹ apparet de vomitu colere ī iſta ictericia ⁊ oris amaritudine q̄ꝫ ī ictericia q̄ fit pp debilitatē corporis fellis ab attractiōe de qua inferius dicemus.

Signa ictericie pp opilatōeꝫ meat⁹ quo colera mādat̄ ad ſtōm ſūt qꝛ vrina ⁊ egeſtio ſūt groſſe rubee ſicut boli pp effuſionis multitudinē colere ad īteſtia: ⁊ ꝙ īfirm⁹ ē abſqꝫ oī amaritudie oris ⁊ ſine vomitu colre oīo q̄ꝺ ñ ē ſic ī aliis ictericiis ex toto.

Signa ictericie q̄ fit ī modū criſis ſūt ꝙ fit p⁹ fe. ⁊ ī die cretica: ⁊ fit ſubito ⁊ ſpargit̄ p totū corp⁹: ⁊ fit aliqñ nō ī die cretica vel añ ſeptimā dıē: ⁊ tūc ē malū ſignū ſp̄alit ī fe. acuta. ⁊ h̄ vult Hypo. ꝑticlā. iiij. vbi dīc. Ictericia ī fe. añ ſeptimū malū nā vt dicit. G. h̄ ictericia añ ſeptimū duo ſignificat. nature debilitatē ⁊ habūdatiā vel multitudinē materie quā rectificare nō pōt ipſa natura.

Signa ictericie ex morſione vermiū ſūt manifeſta ex re ipſa: q: ſubito aduenit ⁊ infert leſionē ī mēbris ⁊ dolorē ſm materiam vermiū.

Signa ictericie ex ꝺbilitate corporis fellis ab attractōe ſūt nauſea ⁊ vomit⁹ colere abſqꝫ grauitate ī ep̄e ⁊ amaritudo oris ⁊ ſitis ⁊ vrīa tīcta valde

Signa ictericie nigre cū nō fiat ſꝫ plurimū aut ex redūdatōe melic ad epar pp opilatiōeꝫ factā in meatib⁹ qb⁹ melia mādat̄ ad ſplenē aut pp opilatōeꝫ factā ī ipſo ſplene ⁊ aliqñ ictericia nigra fit ex epate ēt ſicut manifeſtū erit īferi⁹ ſūt ꝙ ī ictericia nigra ſūt durities ⁊ grauitas ſplenis: ⁊ īflatio vel tumor ⁊ pōdus ī loco ſiniſtro ſub coſtis ⁊ vrina apparet nigra: ⁊ iſtā ictericiā veniētē vitio ſplenis vl' meatuū ei⁹ nō añcedit niſi raro ictericia citrina vl' viridis imo incipit per ſe.

Signa ictericie nigre q̄ fit vitio opilatōuꝫ meat⁹ colere vel ep̄is añcedūt eā ictericia citrina vel viridis: ⁊ dolor lateri dextri ſum coſtꝫ ⁊ grauitas. Et vrina citrina vel viridis añcedit vrinā nigrā q̄ ī illa ictericia nigra facta vitio ep̄is apparere ſolet. Scias vt vult Auic. li. iij. c. de ictericia ꝙ vrina viridis vel nigra ī oī ictericia cuiuſcūqꝫ generꝫ fuerit q̄̄to magꝫ ſpiſſa ⁊ nigra fuerit. tāto epar magꝫ ſanū ⁊ forte ī expulſiōe malaꝝ ſupfluitatū ſignificat: ⁊ ita veꝝ ē ⁊ videbitur ſi ſapiens in h̄ rcte ꝯſiderauerit.

Cura ictericie pp caliditatē multiplicatā ī ipſo ep̄e p naturā ē ꝙ alteret̄ epar ⁊ īfrigidet̄ cū reb⁹ acetoſis vꝫ cū vino ꝺ granatꝫ ⁊ agre. vel ſuc. berberis aut aq̄ decoctōis ei⁹ cū q̄ īfirm⁹ recipe dꝫ mane ⁊ ſepe orizacharā vel ſyrupū acetoſū cōpoſitū vel aquā acetoſe. Bibat vinum album debile limphatuꝫ valde ita ꝙ aqua ſit dupla ad vinū. Comedat carnes coctas cū cucurbitis vl' lactucis aut portulacꝫ ⁊ ꝯditas cū agreſta vl' vino de granatis ſeu aceto vel ſumac vl' berberis: folia lactucaꝝ ſpinachioꝝ ⁊ feniculi comedat cū aceto ⁊ ēt elixata ⁊ vitellos ouoꝝ cuꝫ ſupradictis ꝯdimētis: ⁊ piſces valde bonos electos cōditos vt dictū ē ī carnib⁹: ſꝫ piſces ī iſto caſu nō ꝺbēt elixari ſꝫ aſſari ⁊ poſtea ꝯdiri vt dictū ē cū acetoſis ⁊ reb⁹ hñtib⁹ acetoſitatē. Sup epar ꝯtinue q̄ſi ponat̄ oleū ro. mixtū cū aliquātulo aceti ⁊ epithimet̄ epar cū pecia vl' filtro īfuſo in ſucco ſolatri aut acetoſe vel lactucaꝝ ī quo ſucco ponat̄ puluis ſandaloꝝ ⁊ roſaꝝ ⁊ aliqd aceti: vl' puluis aliarum reꝝ ⁊ ꝯſimiliū ⁊ erit h̄ valde vtile.

Cura ictericie pp ap̄a calidū ē p̄ncipalit̄ flebotomia ꝺ ſaluatella man⁹ ꝺ̄rie ſi corp⁹ fuerit plectoricuꝫ. Si v̄o plectoricū nō fuerit fiat flebotomia de eadē parte ⁊ mūdificatio cū reubarbaro ⁊ aq̄ decoctionis prunoꝝ. In dicta potu vnctionib⁹ ⁊ emplaſtris fiat vt dictū ē ſupra in cura ap̄atis calidi in epate:

Cura ictericie ex multitudine colere ē vt ſepe ſoluatur cū decoctiōe q̄ ſic fit. ℞. miro. ci. ℥. j. piſtēt ⁊ buliāt cū decē prunis ī. ℥. vj. aq̄ donec ꝯſumpta ſit medietas. coletur ⁊ in illa colatura ponat̄. ℥. j. reubarbari ⁊ dimittat̄ ſic p horas. vj. ⁊ poſtea coletur ⁊ fortiter exprimat̄ ⁊ in illa colatura addant̄. ℥. ij. ſyrupi de nenufare vel ſyrupi roſati ⁊ det̄ h̄ totū in matutinis. Et ſi reubarbaꝝ ponere nolueris ponas in decoctione loco ei⁹. ℈. s. ſcamonee electe vel grana. v. vel. vij. q̄ꝺ melius ē: ⁊ ſi ſcamoneaꝫ coq̄re nolueris pone de nō cocta duo grana vel tria in decoctione ⁊ erit valde bonū ⁊ vtile. Bibat mane ante prandiū ⁊ añ cenā; orizacharaꝫ vel ſyrupū acetoſuꝫ cū aq̄ decoctiōis lactucaꝝ vel endiuie vel ſcariole ſeu cicoree. Comedat ſuccū factum ex farina ordei vel auene ſup quē ponat̄ aliquid de agreſta vl' vino de granatis. Comedat ēt cucurbitas: lactucas portulacas ꝯditas cū agreſta vel vino de granatis vel ſumac aut berberis. comedat ēt carnes edi: vitulorū caſtrati iuuenis vel pulloꝝ ꝯditas cū eiſdē ſuccis ⁊ coctas cuꝫ herbis dictis. Bibat vi. al. debile mltū limphatū: aut bibat agreſtā vel vinū de granatis ſeu acetū cuꝫ aq̄ decoctionis ſcariole vel cicoree ⁊ ſiliū. piſces bonos ⁊ de bonis carnib⁹ aſſatos ⁊ ꝯditos cū aceto vel agreſta vel aceto vel ſilibus comedere poteſt. In vnctionib⁹ ⁊ epithimatibus fiat vt ſcriptū eſt ſupra in cura ictericie ꝓpter caliditatē multiplicatā in ipſo epate.

Cura ictericie pp opilationē factā ī ip̄o ep̄e eſt ſi fuerit cū caliditate febrili: aut alteri⁹ ꝯditiōis ⁊ cū vrina valde rubea ⁊ virtute debili vt regat̄ cū aq̄ decoctionis endiuie: cicoree: ſcariole: acetoſe latucarum ⁊ ſiliū: ⁊ det̄ talis aq̄ cū ſyrupo acetoſo cōpoſito vel oximelle q̄ꝺ melius erit: vel ſumat de ſyrupo q ſic fit mane ⁊ ſero ante prādiū ⁊ añ cenā cū. ℥. iij. aq̄ decoctōis herbarū p̄dictaꝝ. ℞. endiuie: ſcariole lactucaꝝ: cicoree: mellilotı. añ. M. j. ſcolopendrie: acetoſe: politrici: adiāti: capillis ve. añ. M. j. pruna numero. xx. ſe. melonis: cucumeris cucurbite citrulli cipi capari acori añ. ℥. j. piſtētur ⁊ buliāt in. lī. iiij. aq̄ donec medietas ſit ꝯſumpta. colet̄ et in colatura illa addant̄. lī. ij. zuchari vel mellis ⁊ reducat̄ ad ignē ⁊ colet̄ ⁊ poſtea ſyrupizet̄. Purget̄ ſepe cū reubarbaro ⁊ aq̄ dicta cū quo ſemꝑ ponat̄ aliqd zuchari vel mellis. Comedat carnes edi caſtrati arietis anualis ⁊ pulloꝝ coctas ⁊ elixatas cū herbis predictis: vel in paſtillo aut in teſtula ꝯditas cū aceto vel vino de gra. vel ſucco berberꝫ: aut ſumac ⁊ puluere q ſic fit. ℞. ci-

namomi cardamomi añ. ℥. iiij. gariofiloꝝ crocí galãge folij añ. ℈. j. fiat puluis cribelatus. Comedat ēt herbas ſpinachiȷs feniculi ⁊ cucurbitas ſue cũ farine ordei auene vel ſpelte ꝯditũ cũ vino de granatis vel agreſta: aut comedat aquã ciceris i q̃ decocta ſint ſemina herbaꝝ dictaꝝ. Bibat vinũ albũ diureticũ odoriferꝝ limphatũ cũ aqua decoctõis acetoſe vel cicoree. Comedat ſepe de tria ſandalo mirto cũ roſata nouella. poſſet ēt bñ purgari ⁊ vtiliter cũ reubarbaro ⁊ turbit mixtis ⁊ diſſolutis cũ aqua decoctõis acetoſe cicoree ⁊ prunoꝝ. Experimētũ qđ ꝓbauimꝰ ꝯ oēm ictericiã de opilatõe ⁊ i quo nõ repieť aliq̃ deſcriptio ſic fit. ℞. praſij viridis ortulani. lľ. j. piſteť bñ ⁊ ꝑfecte ⁊ decoq̃ť i. lľ. vij. vini albi donec. v. remaneat: coleť ⁊ de tali colatura ſumat patiēs i aurora. ℥. iiij. omni die ⁊ añ cenã. ℥. iij. curabiť ictericꝰ i paucꝫ diebꝰ cũ obſeruatõe diete dicte ⁊ dicēde. qdã addũt ꝑꝑ amaritudinē i decoctõe. lľ. ij. mellis ⁊ non nocet: ꝯfortat appetitũ ⁊ aſſellare facit: ſꝫ aqua decoctõis politrici ꝑſe multũ valet i h: ſeu vinũ decoctõis euſdē: vel vinũ aut aqua decoctõis politrici ⁊ adiãti ⁊ epatice ⁊ ſcolopēdrie ⁊ endiuie ⁊ eupatorij.

Si aũt ictericia ex opilatõe abſq; fe. ⁊ caliditate manifeſta fuerit: omni die ſumat añ cenã ⁊ i aurora. ℥. j. s. oximellis cõpoſiti cũ. ℥. iij. aque decoctõis capari vel acori aut aſſari: vel cũ aqua decoctõis ſene epithimi vel polipodij ⁊ mellis. Purgetur ſepe cũ pillulis fetidis diſſolutꝫ ⁊ mixtꝫ cũ melle aut melle ro. colato: aut cũ reubarbaro ⁊ turbit mixtis cũ vino albo ⁊ melle aut melle roſa. colato: aut cũ aqua decoctõis ſene epithimi ſcolopendrie polipodij ⁊ ſqnãti ⁊ aſſari ⁊ reubarbaro. fiãt cliſteria ex aqua ſicle blete oleo melle cologntide. ℥. s. ⁊ aliquãtulo ſalis. Comedat ãnte prandiũ ⁊ añ cenã brodiũ cauliũ vel porroꝝ vel ſicle calidũ actu: ⁊ ſit i quãtitate circa. lľ. s. ⁊ carnes coctas cũ eiſdē ⁊ cũ eis vtať ſinapi: vel ex ſapore facto ex aleis coctꝫ cardamomo ⁊ aceto fortiſſimo. Comedat etiã carnes arietis coctas cũ feniculo ⁊ petroſelino ⁊ porris vľ caulibꝰ: ꝑdices faſianos pullos colũbaꝝ ⁊ pullos galinaꝝ ⁊ gallos coctos i paſtillo vel teſtula aut veru i qbꝰ cocta ſint alea cũ paſſulis ⁊ ſe. feniculi. cõdiať cũ puluere q ſic fit. ℞. cinamomi gariofiloꝝ piꝑis: piꝑis lõgi nucis muſ. galãge folij añ. ʒ. j. croci. ʒ. s. fiat puluis cribelatꝰ. ſemꝑ i oibꝰ iſtis ⁊ cũ ſilibꝰ ꝯdimētis ponať acetũ q: facit multũ penetrare medicinas ⁊ ꝯdimēta ad mēbroꝝ ꝓfunditatē. Bibat vinũ albũ claꝝ odoriferꝝ i quo nõ ponať aliqđ aque aut paꝝ ponať de aq̃ decoctõis feniculi aut capari ſiue acori ſeu ſquinãti. Vtať ſepe añ cenã ⁊ añ prãdiũ electuario de cardamomo vľ diacurcuma maiori. ꝯforteť epar cũ emplaſtro facto i cura ãpatis duri i epate.

Cura ictericie facte ex opilatõe meatuũ qbꝰ colera mãdať ad iteſtina ⁊ ad ſtõm ē vt fiat cũ cliſteribꝰ lenibꝰ i ꝑncipio. ⁊ poſtea cũ acutis ⁊ ſpãliter qñ opilatio i iſtis meatibꝰ fuerit abſq; feb. Cliſteria lenia ⁊ ꝯueniētia ad opilatõez i iſtis meatibus ſiue fuerit cũ febre ſiue abſq; fe. fiũt ex aqua ſicle vľ cauliũ ⁊ ex oleo oliue vel oleo vio. melle vel zucharo ⁊ aliquãtulo ſalis ⁊ medulla caſſie fi. Si võ abſq; fe. fuerit fiũt ex aqua porri vel cauliũ ſeu ſicle ⁊ oleo oliue ⁊ melle ⁊ aliquãtulo ſalis ⁊. ℥. s. agarici ⁊. ℥. s. cologtide. Purgeť ēt ſepe cũ reubarbaro caſſia fi. ⁊ turbit: ⁊ aqua decocotiõis prunoꝝ: ſene ⁊ epithimi. vel aqua decoctõis politrici adiãti pollipodij: radicũ apij: petroſelini aſparagi ⁊ bruſci. In dieta ⁊ potu electuario ⁊ emplaſtris ⁊ saporibus ⁊ puluerībꝰ qñ ē cũ fe. ⁊ qñ ē ſine fe. fiat vt dictũ ē i cura ictericie. fiat ēt flebotomia i omni ictericia de ſaluatella manꝰ dextre q̃ ē inter anularē ⁊ auricularē digitum: ſiue fuerit cum fe. ſiue abſq; fe. poſtq; vrina ĩfirmi viſa ſpiſſa colorata vel colorata multũ quãuis ſpiſſa nõ fuerit: quia vtile erit valde.

Cũ aũt cura ictericie facta fuerit cũ medicinis intrinſecis ⁊ mũdificatõibꝰ ⁊ remanebit tinctura i oculis ⁊ i facie: cureť illa tinctura q̃ remãſit i oculꝭ ⁊ facie cũ balneis decoctiõis camomille ⁊ roſaꝝ ⁊ ablutõe cũ aqua ro. ⁊ aceto.

Cura ictericie q̃ fit i die cretica vel ex expulſione illꝰ colere ad cutē ē vt iuueť natura ad expulſionē illius colere ad exteriora vľ eiꝰ extractõe cũ aqs decoctõis floꝝ camomille ⁊ aneti: ⁊ ſepe ⁊ ꝯtinuo recipiat ſyrupũ acetoſũ cõpoſitũ vel oxizacharã cũ aqua ca. aut oximel cõpoſitũ cũ aqua decoctõis prunoꝝ ⁊ radicũ feniculi ⁊ apij ⁊ purgetur cũ reubarbaro ⁊ aqua decoctionis prunorum: ⁊ obſeruetur dieta cum potu dicto ſuperius quando eſt cũ febre.

Cura ictericie ex morſu venenoſorum eſt ſumere in potu lac aut oleum amigdalinũ: deiñ aquam granatoꝝ aut vinũ de granatis cũ aqua endiuie vel cicoree qđ melior erit. Cliſterizeť cũ cliſteri leni dicto ⁊ mũdificeť cũ reubarbaro: ⁊ regať ſicut ictericus abſq; fe. ſꝫ de cura iſta li. iij. i parte deuenenis largiꝰ ⁊ melius loq̃mur.

Cura ictericie ꝑꝑ debilitatē fellis ab attractione ē eadē cũ illa q̃ ē ꝑꝑ opilatõez meatꝰ adherētꝫ epati. nã oĩa q̃ ꝯfortãt epar ꝯfortãt fel ⁊ ecõuerſo: ⁊ q̃ ꝯferũt epati in h caſu ꝯferũt felli ꝑꝑ alligatione ⁊ affinitatē iſtoꝝ mēbroꝝ ad inuicē. vñ in cura icterici ꝓueniētis ex iſtis cauſis i ſitu: q̃ ꝓſunt vni ꝓſunt alteri ⁊ ecõuerſo ex natura affinitatꝫ ⁊ aligationis ⁊ poſitionis.

Cura ictericie nigre vitio ſplenis ſit ⁊ fieri dꝫ ſꝫm q̃ dictũ ē. c. de magnitudine ⁊ durite ſplenis cũ fe. ⁊ abſq;. fe. fiant tamē ſepe cliſteria que valde vtilia ſunt ex aqua decoctionis porri vel cauliũ vľ ſicle: ſene epithimi: pollipodij cuſcute ⁊ ſqnãti cũ melle ⁊ oleo oliue ⁊ aliquantulo ſalis. Fiat aliquãdo flebotomia de ſaluatella manus ſiniſtre. nã flebotomia huius vene ſanguinem minuit melancolicum: ⁊ ꝑ h alleuiat ictericiã nigrã ⁊ ꝯfert egritudinibus ſplenis ſpãľr cũ fuerit vrina rubea ſpiſſa ſiue ibi fe. fuerit ſiue non.

Capľm. cxx. de idropiſis cum febre ⁊ abſq; fe.

Dropiſis penes medicorũ

i itētõez ē egritudo matialˀ cuiꝰ cã ē materia fri. exuberãs ⁊ ē mēbra igrediēs ⁊ creſcũt ꝑ ipſaꝫ materiã fri. aut membra oĩa manifeſta: aut loca partiũ i qbꝰ ſunt regimē nutrimēti ⁊ humores. Et fit h egritudo ex multis cauſis primitiuis vꝫ ex potu aque fri. poſt laborē aut nimiũ coituꝫ: aut i ieiunio aut poſt balneũ: cauſe aũt ancedētes ſunt cõplexionales vel cõpoſitõales nutritiuoꝝ ⁊ epatis ſpãliter ex qbus inaſcitur debilitas epatis q̃ ē potētiſſima cã ad idropiſim: ⁊ ex debilitate epatis ſit error i mutatiõe humoꝝ ⁊ ſeq̃ſtratõe ſupfluitatũ q̃ cũ nõ ſeparanť neq; ſequeſtranť retineť ꝑter naturã i epate ⁊ vacuitatibꝰ eiꝰ ⁊ mēbroꝝ adiacētiũ eidē: ⁊ replētur vene ⁊ redeũt ad ſummũ cũ natura nõ ē potēs i expulſione ſupfluitatũ ⁊ repleť vacuitates q̃ ſunt i ter mirach ⁊ ſifac ⁊ ſit idropiſis. Apparet manifeſte qũo debilitas epis ē potētiſſima cã ⁊ neceſſaria i generatõez idropiſis quãuis aliq̃ ſpēs idropiſis icipiat fieri vitio digeſtionis ſtõi ⁊ ꝑꝑ debilitatē ꝑmo natã in ſtomacho ⁊ alia vitio digeſtionis mēbroꝝ: ⁊. iij. vitio digeſtionis epis. tñ imediate oꝫ q̃ vnaqueq; cãꝝ dictaꝝ iducat debilitatem ⁊ errorē i epate ⁊ ex parte digeſtionis ⁊ ſequeſtra-

tionis anteq̄ idropiſis ex ea generetur vel fiat: ⁊ ex h̄ erit manifeſtū ꝙ impoſſibile ē ꝙ curet̄ idropiſis abſq̄ epis curatōe: ſunt tñ eiꝰ ſpēs tres. Timpanites aſclites ⁊ ipoſarca.

Cauſe timpanitis añcedētes ſunt mala cōplexio fri. ſtōi vel calida excedēs q̄ debilitat vĩtutē ita ꝙ cibos iconueniētē chilū vel humidū ꝯueniens ad nutrimētū mēbroꝝ mutare nō pōt: ⁊ cibi vētoſi ⁊ idigeſtibiles ⁊ debilitas virtutꝫ ſtomachi reſpectu eiꝰ qḋ ſumit̄: ſiue corruptio digeſtionis ſtomachi ⁊ opilatio viaꝝ qbꝰ cibi ⁊ ſupfluitates mādant̄ ad loca debita vel cōſueuerūt mādari: ⁊ etiā apa calidū i epe: ⁊ colere recluſio i ipo epe ex opilatōe viaꝝ qbus ſupfluitates mādant̄ ad loca ppa.

Cā ꝯiuncta ad timpanitē ē vētoſitas q̄ reſoluitur a cibis cū calor ſtomachi ē debilis ex dominio frigiditatꝫ i ipſo ita ꝙ cibos ſupradictos rectificare nō pōt neq̄ mutare i debitā rē ꝯuenietē ad nutrimētū: aut cū calor accidētal' dñat̄ in ſtomacho ita ꝙ debilitat virtutē digeſtiuā eo ꝙ ex dñio illiꝰ caliditatꝫ fit diſtēperātia i cōplexione ſtomachi vt apparet i febricitātibꝰ ⁊ debilitat̄ virtꝰ digeſtiua ſtomachi ex corruptōe cōplexionis ꝑ exceſſuꝫ caliditatis ſup ꝯueniētē cōplexionē ſtōi ⁊ ſic illa caliditas accidētalis reſoluit i fumū illud qḋ a ſtō nō rectificat̄: ⁊ cū iſta ſint cā quare ꝯueniēs digeſtio nō fit i ſtō ꝯuertit̄ illud qḋ in ſtō recipit̄ vt plurimuꝫ i fumū ⁊ vaporē ꝑ viā indigeſtionis ⁊ remanet ex neceſſitate aliqḋ humoroſuꝫ qḋ nō ꝯuertit̄ in fumum neq̄ vaporem ex via indigeſtionis ⁊ tranſit cū fumo ⁊ vapore illḋ humidū ad loca ad q̄ ſupfluitates natura ſolet mādare: ⁊ ſic qñq̄ expellit̄ extra corpus aut nō mādat̄ ad loca debita neq̄ expellit̄ pp debilitatē virtutis regētis totū corpꝰ ⁊ ſic iplētur vacuitates mēbroꝝ ⁊ loca partiū i qbꝰ ſunt regimē nutrimēti ſiue mēbra nutritiua ⁊ iterponit̄ cū ñ expellit̄ extra hic fumꝰ vel vapor mixtꝰ cū aliquo humido inter mirac ⁊ ſipach iteriꝰ ⁊ iñatur vēter exterior manifeſte: ⁊ fit idropiſis timpanitica q̄ qñ percutit̄ cū manu ſonat vt timpanū huiectatū eo ꝙ nō ſolū ex fumo generato per viā indigeſtionis ꝑ dñiuꝫ calidi vel fri. ſupra ſtōm fit hec paſſio: ſꝫ ex fumo multiplicato mixto cū aliq̄ parte humidi qḋ nō fuit rectificatū neq̄ expulſuꝫ extra a natura ſꝫ remāſit cū fumo dicto: q fumꝰ vincit i cōmixtione ⁊ iplētur ex eo loca partiū nutritiuoꝝ: ⁊ ꝑ iſtā viā fit ſpēs idropiſis.

Cauſe aſclitꝫ añcedētes ſunt mala cōplexio frigida vel ca. q̄ vincit cōplexionē naturalē epis ⁊ vĩtutē debilitat: ⁊ cōpoſitio ſicut opilatio ⁊ ſiſia q̄ impediunt trāſitū humoꝝ ⁊ ſupfluitatū ad ꝓpria loca ſicut pꝫ in ictericia de opilatōe meatuū coler̄ ex qbꝰ expellit̄ ⁊ attrahit̄ colera.

Cura colice q̄ fit ex flegmate groſſo aggregato in inteſtinis ⁊ ſtō eſt vt hora acceſſiōis vel peroxiſmi fiat cliſtere ꝑmo lenitiuū ⁊ ſi non ſufficit fiat ſecūda magis forte. Et ſi ꝑ h̄ dolor nō remoueret cliſterizeṫ cū acuto. Cliſtere lene qḋ fit in febricitantibus ⁊ eſt eis ꝯueniēs ſic fit. ℞. aq̄ decoctionis blete. lī. j. vel. s. ſalis. ʒ. j. vel. ij. olei vio. ℥. iij. ⁊ ſuponaṫ tepidū. ſi aūt infirm⁹ fuerit abſq; fe. ponatur in aq̄ ꝑdicta pugillus furfuris ⁊. ℥. iij. mellis vl' zuchari rubei ⁊. ʒ. ij. ſalis ⁊. ℥. j. olei ď oliua Cliſtere fortius iſto ſic fit. ℞. fic⁹ citrinas numero. xlv. furfuris pugillū vnū ⁊ pugillū vnū altee ſicle. ℳ. j. decoquanṫ in duabus. lī. aq̄ donec ad lī. j. deueniat ⁊ coleṫ ⁊ ꝓiciaṫ ſup eā. ℥. j. ſalis vel. ij. ⁊. ℥. ij. olei vel. iij. ⁊ ſi ipſū forti⁹ facere voluerꝫ ponas cū ipſo aureū. j. vel. ij. de colirio albo qḋ ſic fit. ℞. ſandali duri. ʒ. x. colognitide ſcamōee aā. ʒ. ij. ⁊. s. teranṫ ⁊ puluerizenṫ. hic eſt puluiſ ſuppoſitorij albi cū iſto puluere fiāt ſupoſitoria longa cū aliquo liquore: nā remouēt colicā vētoſaꝫ ⁊ humoralē ex materia viſcoſa fri. Cliſtere forti⁹ et qḋ dr̄ acutū ſic fit. ℞. colognitide. ʒ. x. cētauree minoris. ʒ. v. rute calamēti: origani herbe marie: ſaturegie aā. ℳ. j. decoquāṫ deinde diſſoluanṫ in ea olei vel ſepi arietis ⁊ mellis aā. ʒ. j. caſtorei. ʒ. ij. ſerapini. ʒ. j. oppoponaci. ʒ. s. vel. j. ſuppoſitorij albi auṙ. j. olei de ſpica vel de lilio. ℥. ij. s. fiat ex oībus cliſtere. diſſoluit colicā ⁊ yliacā cū eſt fortis h̄ eſt cliſtere acutū qḋ ſi dolor fuerit fortis vel difficilis nimis ponaṫ in ipſo quātitas ciceris de opio Aliud cliſtere ſpgēs valde vētoſitateꝫ. decoquaṫ ruta in oleo tribuſ vicib⁹: deinde ſumanṫ ex eo. ʒ. xx. diſſoluanṫ in eo caſtorei: oppoponaci: ſerapini a. ʒ. s. vſq; ad. j. ⁊ cliſterizeṫ. ⁊ ſi fuerit dolor fortꝫ ponaṫ in eo quātitas ciceris opij. remouetur per h̄ cliſtere in eadē hora vt plurimū dolor ⁊ fit ſomnus. Et poſt h̄ daṫ ei tyriaca cū vino decoctionis anicos vel amomi vel carui aut ſiſileos vel origani vel piꝑis: ſeu cū vino puro calido. Vtaṫ ſepe electuario de cardamomo aut diacimino vel diamargariton ⁊ ſimilib⁹. Vngat vētreꝫ ⁊ totū corp⁹ cū oleo de ſpica vel de lilio in quibuſ aloes diſſoluaṫ hora doloris intret balneū aq̄ decoctionis melliloti: floꝝ camomille: aneti ⁊ abſinthij ⁊ origani et cū inceperit debilitari exeat ⁊ qeſcat: ⁊ ita cū medicinis ⁊ balneis tā diu faciat ꝙ dolor remoueatur ⁊ ſedeṫ. Bibat vinū vet⁹ ⁊ forte abſq; aq̄ ⁊ hyeme calidum actu: ⁊ comedat alea cocta nuces ⁊ fic⁹ ſiccas ⁊ fiſticos ⁊ penidios: ⁊ dimittat fructus humidos ⁊ recentes ⁊ agreſtam ⁊ ſumac ⁊ omnia q̄ ventrem ſtringunt. Comedat carnes coctas cum caulibus porris ⁊ bleta conditas cum ſinap. ⁊ puluere qui ſic fit. ℞. piperis. ℥. ij. nucꝫ indice. ʒ. ij. pipis longi. ʒ. iij. croci. ʒ. s. fiat puluis.

Cura illius que fit propter paucitatem effuſionis colere ad inteſtina eſt eadem cum illa que fit i ictericia ex opilatione meatus quo colera mandatur ad inteſtina. Et de hac plene dictū eſt ſupra.

Capitulum. cxxv. de colica ex apoſthemate.

Poſthema in inteſtinis ⁊ alijs locis ſemper fit ex materia currente per venas ad loca debilia: ſed hoc apoſthema quod inducit colicam ſemper eſt calidum ad quod ſemper ſequiṫ febris continua ⁊ ē eius cura impoſibilis poſtq; fuerit confirmata: et vocatur nomine proprio h̄ colica yleos. i. domine miſerere: vt plurimum fit in ſubtilibus ⁊ ſuperioribus inteſtinis. curaṫ tamē in ꝑncipio ſi medic⁹ recte conſideraverit: ⁊ h̄ vſq; ad primam periodū que finiṫ in die quarto.

Signa colice propter apoſthema calidum ſunt febre continua ⁊ ſitꝫ ⁊ vomitus colere ⁊ maxima inflatio ⁊ dolor in ſuperioribus ventris ⁊ pulſatio ī ventre. ⁊ ſi fit fortis euomit infirmus fecem: ⁊ fit anhelitus eius fetidus ⁊ eſt eructuatio eius quando fetida ⁊ totum corpus ſimiliter: ⁊ eſt infirmus cum omni inquietudine ⁊ reuolutionibus quaſi continuis.

Cura iſtius eſt vt ſtatim in principio fiat flebotomia baſilice deinde ſaphene: poſtea ſorbeat infirmus de aqua decoctionis endiuie vel de aqua decoctionis foliorum altee ⁊ malue ⁊ cuſcute humidi in q̄ diſſoluta ſit medulla caſſie fiſtule ⁊ fūdatur deſuper oleū de amigdalis dulcibus. Et vngatur locus doloroſus cū oleo anetino vel camomillino. Cibetur cum iuribus herbarum leniū videlicet ex iure malue mercorelle attriplicis ſpinachia ⁊ ſimilium ⁊ ex decoctione ciceris ⁊ aneti: ⁊ confortetur cum aqua pullorum in qua ponatur aliquid croci ⁊ cinamomi: ⁊ bibat ſyrupū violatum cū aqua decoctionis herbarum: vel aquam pſilij ⁊ aquā citrulli. Cliſterizetur ſepe cum aqua ordei ⁊ altee ⁊ rob. ꝙ ſi fortior ſit ſiccitas cliſterizetur cum aqua ordei ⁊ rob tātum. ꝙ ſi fortior fiat inflammatio cliſterizetur cū aqua ordei ⁊ albumine oui ⁊ mucilagine pſilij: aut cum aqua violarum ⁊ mercorelle ⁊ pſilij ⁊ oleo violato vel de nenufare ⁊ zucharo albo ⁊ oleo de papauere. In fine poſt omnia iſta ponantur emplaſtra maturatiua ⁊ molificatiua ſuper locū ſicut emplaſtrum qḋ fit ex mucillagine fenugreci ⁊ ſe. lini ⁊ rob ⁊ altea mixta cum oleo amigdalarum vel de aneto aut de lilio ⁊ ſimilibus.

Fit etiam yleos ex mala materia non apoſthemante inteſtina ſed adherente vilis ſtomachi ⁊ inteſtinorum ſuperiorum. Et fit etiam ex exiccatione ſtercoris in ipſis inteſtinis ſuperioribus.

Signa yleos ex materia adherente vilis ſtomachi ⁊ inteſtinorum ſunt vomitus plurimus abſq; febre plurima vel nauſea ⁊ inquietudo ei⁹ quod eſt in concauitate ventris ⁊ dolor ⁊ punctura: ⁊ aq̄ inuenitur in ſuperioribus ventris eius ⁊ commouetur poſt comeſtionē ⁊ non ſedatur niſi cum vomitu: ⁊ ſunt cū ea triſticia ⁊ frigus extremitatum quandoq;.

Signa eius que fit ex exiccatione ſtercoris in inteſtinis ſuperioribus ſunt torſio dolor ⁊ punctura ⁊ cōmotio in ſuperioribus inteſtinis.

Cura eius que fit ex materia adherēte ē eadē cū ſupiori. Et ꝙ ſepe recipiat troc. ſtelle cū rob.

Cura eiꝰ q̄ fit ex exiccatiōe ſtercoris ī ſupiorībꝰ ē eadē ſilr: ⁊ cū h recipe ſepe ſyrupū vio. cuz ſcamonea aut oleū vio. in eadem. In oībus alijs fiat vt dictū eſt ſuperius in apoſthemate.

Caplm. cxxvj. de colica ex ventoſitate.

Colica aūt vētoſa q̄ fit ex retētione vētoſitatis q̄dā fit ꝑꝑ multitudinē vētoſitatis eiꝰ q̄ multiplicatur: aut ꝑꝑ cibos īflatiuos quoꝝ q̄ntitas ē multa: aut ꝑꝑ ſupfluitatez cibi plurimi: aut ꝑꝑ debilitatē vētris. q̄daz fit ex coartatōe vētoſitatꝫ inter duas tunicas īteſtinoꝝ ⁊ eſt illa quā laici ⁊ mulieres appellant malū matroni in viro ⁊ muliere malū ventoſitatis vl' matricis: q̄daz fit ex flegmate qđ paulatī reſoluit̄ ⁊ inflat: q̄dam fit ex melācolia que effundit̄ ad ventrez ⁊ inflat ipſum.

Signa colice vētoſe ex cibis īflatiuis ſunt ꝙ eſt rugitꝰ vētris ⁊ augmetuz qđ nō ſanat̄ niſi cū deſup vehemēter cōprimit̄ ⁊ dolor difficilis ledēs in vmbilico: ⁊ difficilis euacuatio plurime quātitas ⁊ vētoſitatis retentio: ⁊ ſi egredit̄ cū ea aliqd nō egredit̄ cū quātitate q̄ dolor ē ſedet vehemētez ⁊ q̄nq3 eſt cū h lenitas. Cū ergo ieneris vētrē lenē aut eq̄lē ⁊ dolorē vehemētez tūc colica erit vētoſa fortis: ⁊ ꝙ ipa accidit poſt vſuz fructuū vl' herbaꝝ. Signa eiꝰ q̄ fit ex coartatiōe vētoſitatis iter duas tunicas iteſtinoꝝ ſunt vehemētia doloris: ⁊ ꝙ nō egredit̄ ex ea vētoſitas oīo ⁊ ꝙ nō rugit ꝑ cōpreſſionē deſup factā ⁊ fixat̄ dolor in vno loco tātū et nō mouetur neq3 aliquo tempore quaſ quieſcit.

Signa eiꝰ q̄ fit ex flegmate ꝙ paulatī reſoluit̄ ſunt ꝙ ſedat̄ dolor q̄nq3: ⁊ cōmouet̄ poſt duas horas aut tres ⁊ q̄nq3 cōmouet̄ cā euaporatio: ⁊ dimittere euaporationē confert.

Signa eiꝰ q̄ fit ex melācolia q̄ effundit̄ ad ventrez ſunt acetoſitas eructuatiōis: ⁊ inflatio vētris ſubito cū dolore vehemēti: ⁊ oīa iſta ſentiunt̄ circa ſplen ⁊ os ſtomachi plus q̄3 alijs partibus ventris.

Cura colice vētoſe ex cibis īflatiuis multis eſt q̄ fit poſt multū vſuz fructuum ⁊ herbaꝝ vt ſumat eger de diacimino cum vino: vel aq̄ deoctiōis cimini ⁊ carui vel ſaturegie ⁊ origani: aut ſiſileos ⁊ feniculi. ſi ergo ſufficit bene ē: ⁊ ſi nō tūc det̄ ei cōfectio de bacis lauri. Et ſi fortior ſit dolor ſumat filoniū ⁊ oīa iſta fiant īfine. Si āt oīa iſta n̄ ꝯferēt: purget̄ cū pillul' fetidis aut cū eiſdē tritis ⁊ diſſolutis cū melle ro. colato: aut melle ſimpliciter ⁊ vino calido. Et ſi h recipe non poſſet eger ſumat medicamē qđ ſic fit. ℞. turbit. ʒ. j. hermodactiloꝝ. ʒ. ß. ſcamonee. grana. vj. diazinzibereos. ʒ. j. mell'. ℥. j. miſceāt̄. det̄ cū vino calido. Sumat poſt purgationē tyriacā cū vino decoctionis gariofiloꝝ ⁊ pipis lōgi. fiat cliſtere qđ fecimꝰ ſupiꝰ. c. de colica ex fece ſicca qđ fit ex ruta oleo ⁊ caſtoreo. Bibat vinū forte albuz puꝝ abſq3 aq̄: hyeme calidū eſtate frigidū. Comedat carnes laudabiles animaliū ⁊ auiū de q̄bus multotiēs fecimus mētionē ſupiꝰ coctas cū feniculo petroſelino ⁊ aleis: vel coctas in paſtillo ⁊ teſtula cuz aleis ⁊ ficubꝰ ſiccis ꝯditas cū ſinapi et puluere q ſic fit. ℞. pipis. ℥. ij. pipis longi gariofiloꝝ nucis īdice cinamomi nucis muſ. añ. ʒ. j. croci. ʒ. j. comedat ficus ſiccas nuces ⁊ alea cocta ⁊ oua ſorbilia cū puluere ſupradicto vel ſinapi. Abſtineat ab oībꝰ fructibus humidis ⁊ herbis humidis: ⁊ ſpecialiter a pirris ⁊ perſicis ⁊ ſilibus. poſt purgationē intret balneum ⁊ etiam ante ſi dolor fuerit vehemēs aut intolerabilis. ponat vētoſaz magnā abſq3 īciſione Ungat̄ locꝰ doloroſus cū oleo de ſpica aut de coſto: ⁊ euaporet̄ locus cū milio torrefacto ⁊ furfure ⁊ ſale mixtis ⁊ in ſaculo poſitis.

Cura erit eadem ſi contingerit ex multitudine ciborum.

Cura eius q̄ ꝓuenit ex coartatōe ventoſitatis inter duas tunicaſ inteſtinoꝝ ē eadē in oībus cuz ſupradicta: ⁊ abſtinētia ⁊ poſitio vētoſaꝝ ⁊ euaporatio ſup locū doloris ⁊ vinū puꝝ ⁊ forte ſunt magis ꝓpria in hac q̄3 in ſupiori.

Cura eius q̄ fit ex flegmate qđ paulatī reſoluitur ē vt euaporet̄ locus doloroſus cū milio vl' cuz milio ⁊ ſale ⁊ furfure: ⁊ nō alcuiat̄ ꝑ h dimitte euaporationē: ⁊ purga ipſuz cū pillulis fetidis vl' ſtomaticis Alkindi ꝑ ſe vel diſſolutꝫ cū melle ⁊ vino aut cū medicamine de turbit aut pigra quā fecimꝰ Et poſt purgationē p̄cipe infirmo vt ſomniū ꝓlōget ⁊ a cibo abſtineā ꝑ vnā diez ſi ē poſſibile aut ꝑ magnū tp̄s: ⁊ tūc itez vaporet̄ cum eis q̄ diximus ⁊ ſi nō ꝯferret tūc itez iniungat̄ ieiuniū ⁊ cliſterizetur cū cliſteribꝰ dictis ⁊ purget̄ ⁊ poſtea vaporetur ⁊ fiat vſq3 ad finē cure. In dicta potu ⁊ cōdimentis ciboꝝ ſatis dictum eſt ſuperius.

Cura illius q̄ fit ex melācolia q̄ effundit̄ ad vētrez eſt vt hora poriſmi coquant̄ calamētuz cipi ⁊ ruta ⁊ origanū ⁊ nigella ⁊ ſaturegia ⁊ ſiſeleos cuz aceto forti ⁊ fiat vaporatio ⁊ bibat aquam calidaz decoctionis cimini carui ſiſileos ⁊ cliſterizetur cū cliſteri facto ex ruta ⁊ oleo ⁊ caſtoreo ⁊ alijs rebus dictis ſuperius. naz hoc cliſtere de ꝓprietate eiecat vētoſitatē ⁊ eam carminat et reſoluit flegma ⁊ melancoliā. purget̄ añ poriſmū ⁊ poſt cū decoctōe ex ſene epithimo: polipodio: eleboro nigro et zucharo vel rob. Dieta ⁊ potus in iſto non variātur ab his que ſuperus dicta ſunt in eodem. c.

Caplm. cxxvij. de colica ex vermibus.

Vermes ſemp vt volūt philoſophi generātur ex materia fri. marcida ⁊ putrefacta in inteſtinis ſuperioribꝰ vl' inferioribꝰ: vel in fine lōgatōis: ⁊ geneartōez ipſoꝝ ſemper antecedit ſacietas nauſeatiua. nā vermes dictis locis ſunt triū ſpecierum vz longi qui ſunt in gracilibꝰ et ſupioribus inteſtinis. Et lati ſiue cucurbitini in groſſis ⁊ inferioribꝰ, Minuti ī anno ſiue in fine longationis.

Sgna colice ex vermibꝰ ſunt multiplicatio cibi ⁊ nauſcatiua ſacietas ⁊ mordicatio circa vētrez hora ieiunij: ⁊ accidūt ab eis ſubeth: et cōditio q̄ſi ſincopis ⁊ mortis: ⁊ cōcauitas oculoꝝ ⁊ nariū frigiditas ⁊ pruritus ⁊ odor oris eſt odor vermium.

Cura colice ex vermibus diffuſius dicetur. c. de vermibꝰ. Curat̄ tū cum rebꝰ īterficientibꝰ vermes ⁊ eos extra educētibꝰ ſicut cū ſucco abſīut hij ⁊ ſticados ⁊ polij ⁊ aq̄ lupinoꝝ: aut aq̄ amigdalaꝝ amaꝝ vel aq̄ nucleoꝝ pſicorum: aut aq̄ rute vel vino decoctiōis rerum dictarum. Ungat̄ ſtomachum ⁊ totuz ventrē ⁊ anū cū re q̄ ſic fit. ℞. olei đ amigdalis amarꝫ vl' de nucleis perſicoruz vel olei roſati. ℥. ij. aloes. ℥. ß. aceti boni. ℥. ß. miſceantur ſuper vngentuz ponatur emplaſtrum hoc. ℞. abſinthij: rute. M. j. piſtentur bene ⁊ buliant cum aceto et farina ordei ſimul et ponatur calidum ſuper ventrem. Recipiat aliquando ante diem cum vino calido de medicamine quod ſic fit. ℞. turbit. ʒ. x. zuchari. ʒ. xv. zinziberis. ʒ. v. fiat puluis cribelatus. doſis eius eſt. ʒ. j. vſq3 ad. ij. ſumat alijs diebus de electuario quod ſic fit. Recipe ſticados ſicci: polij ſicci ana. ℥. tres farine lupinorum. ℥. j. fiat electua-

rirum cum fiat ad modū nucis. Bibat poſt illud aliquid vini. Utat̃ aloes coctis ꝑ ſe ⁊ in cibarijs ſuis q: ericcāt materiā vermiū ⁊ reſoluūt: ⁊ ipſam extra corpus expellūt ⁊ remouēt. Bibat bonū vinū ⁊ vtatur bona dieta carniū ⁊ ſimilib⁹ ſꝫ ꝙ dictum eſt ſupra.

Capim. xxxviij. de fluxu ventris.

Fluxus ventris

f fit aliquādo cuꝫ ſanguine ⁊ ſanie: ⁊ fit aut propter apā natū in īteſtinis: aut ꝓpter venaꝫ ſciſaꝫ: aut ꝑꝑ debilitatē epatis: aut ꝓpter excoriationē in ſupiorib⁹ vel inferiorib⁹ īteſtinis aut in ano. Aliquando ſine ſanguine ⁊ ſanie fit: ⁊ h̄ aliquādo fit ꝓpter debilitatē epatis ab attractione: aliqñ ꝓpter debilitatē ad degeſtionem Aliqñ fit ex decurſu colere acute ad inteſtina. Aliquando fit ꝑꝑ velocitatē deſcēſus cibi a ſtō ⁊ īteſtinis: ⁊ h̄ fit aut ꝓpter multitudineꝫ flgmatis in eis aut ꝓpter reſolutionē eoꝝ ⁊ molitiē ipoꝝ aut ꝓpter lubricitatē accidēteꝫ in eis: aut ꝑꝑ puſtulā vel botho: accidentem in ſupficie eoꝝ. Aliqñ fit a multitudine effuſionis colere nigre ad os ſtōi. aliqñ fit ex catarro vl' flegmate deſcendente a capite ad parteꝫ inferioreꝫ vel ad ſtōm. ⁊ h̄ vult Hypo. vij. particula Amphoriſmorum vbi dicit. Quibuſcūqꝫ ſpumoſe egeſtiones fiunt bis a capite flegma defluit. aliqñ fit ꝑꝑ multitudinē cibi aut q: ē ſolutiu⁹ in natura ſua aut q: fit ꝑꝑ errorē ordinis eius aut ꝑꝑ motū poſt ipſum. Aliqñ fit ꝑpt multitudinem potus aq̄ ſup ipſū. aliqñ fit ꝑꝑ paucitatem reſolutionis corporis.

Signa iſta ꝯtrahūtur cōiter ex trib⁹ ꝯditionib⁹ ꝯſeruatꝫ in re que expellit̃: vꝫ ex ſubſtātia ei⁹ ꝙ euacuat̃ ⁊ ꝑ horā euacuatōis vel expulſionis: ⁊ ꝑ diſpoſitionē cōmixtionis ⁊ etiā ꝑ dolorē ⁊ modū dolorꝫ. nā qñ flux⁹ fuerit ꝑꝑ apoſthema natū in īteſtinis erit cuꝫ fe. ꝯtinua ⁊ dolore vētris ⁊ ſiti. ⁊ erūt vomit⁹ ⁊ inflatio in pte ſupiori vel īferiori ſꝫ ꝙ locatū fuerit: ⁊ pulſatio manifeſta in loco et cogit̃ multotiēs infirm⁹ ⁊ ſpecial'r cū apa fuerit i parte ſupiori vomere ſtercus ⁊ nō retinere cibū. Et fit ꝑ h̄ ſtomacho ieiuno anhelitus fetidus ⁊ eructuatio ſpecialiter fetida. Et i ꝓncipio videt̃ emittere egeſtionē ſanguinolētā. ſꝫ cū rūpit̃ emittit ꝑ īferiora ſpecial'r ⁊ aliqñ ꝑ ſupiora ſaniē ⁊ tūc febris ⁊ oīa alia accidētia mitigāt̃ manifeſte vt̄ Hypo. Circa generationē ſaniei dolores ⁊ fe. accidunt magis q̄ꝫ facta ſanie. Erit ēt vel emittit̃ ſanguis vel ſanies in fluxu ventris ꝓpter ſciſurā vene ⁊ excoriationē īteſtinorū. Et ꝑꝑ debilitatē epatꝫ erit ſilr̃ ſanguis ſꝫ nō ſanies q̄ veniat ab epate: differentia tamen inter iſta manifeſta reperitur q: ſanguis q erit cū fluxu ꝓpter excoriationē erit cū pūctura ⁊ eſt cū eo raſura īteſtinoꝝ ⁊ humores ēt veniūt cuꝫ eodē. vn̄ ſanguis in tali fluxu erit pauc⁹ ⁊ non purus. Et ſi hic flux⁹ fuerit ꝑꝑ excoriatōēꝫ īteſtioꝝ ſupioꝝ id qd̄ euacuat̃ ſbtile ē ⁊ paruū. ⁊ ꝑ lōgū tp̄s poſtq̄ꝫ ſētit dolorē ⁊ pūcturā in vmbilico ⁊ ventre exit illud ⁊ euacuat̃ ⁊ eſt valde mixtū totū illud quod euacuatur ſimul ſiue ſit ſanguis aut raſura aut humores ſeu egeſtiones. ⁊ h̄ ꝯtingit ꝑꝑ lōgitudinē trāſitus in quo mixtio meli⁹ fieri poteſt.

Si aūt ꝑꝑ excoriationē īferioꝝ vl' groſſoꝝ īteſtinoꝛuꝫ fuerit: illud qd̄ euacuat̃ cū ſanguine ē groſſuꝫ multū in quātitate: ⁊ īmediate cū ſentit doloreꝫ īfirm⁹ i vmbilico ⁊ vētre emittit̃ illud qd̄ euacuat̃. Et ꝑꝑ h̄ oꝫ vt nō ſit mixtū ſil' multū qd̄ euacuat̃ vl' exit: ſꝫ q̄ſi vnaq̄qꝫ res ſit ſepata a ſanguine q ꝓuenit ab īferiorib⁹ inteſtinis. ſanguis aūt q venit cū fluxu vētris ꝑꝑ venā ſciſaꝫ ē pur⁹ ⁊ ſatis quātitate: ⁊ ipſuꝫ cōmittat̃ dolor vētris aqſqꝫ pūctura aliq̄. Obſuant̃ aūt ꝯdictiōes ſubſtātie ratione mixtiōis ſꝫ ꝙ dictū ē i fluxu vētris ꝑꝑ excoriationeꝫ. Flux⁹ vō vētris q fit ꝑꝑ debilitatē epatis ē cū defectu appetit⁹ ⁊ cū grauedine epatꝫ i latere dextro: ⁊ illud qd̄ emittit̃ ſile eſt loture carnis recentis. ⁊ ſic apparet ꝙ in tali fluxu ſūt multiplicate macule ſanguis. Sanguis aūt ab emoroidibus ꝓuenit ſubito euenit ⁊ ē niger groſſus: ⁊ apparēt eminētie circa anū a qb⁹ euenit ⁊ ē in loco illo grauitas ⁊ dolor ⁊ ſpecialit̃ qñ emoroide ſūt extrinſece. Si vō ītrinſece ſint tūc dolor ⁊ grauitas ē ītra anū ⁊ ſanguis q erit antecedit oēꝫ exitū egeſtiōis

Signa aūt flux⁹ ꝑꝑ debilitatē epatis ab attractione ad digeſtionem ſunt ꝙ fit abſqꝫ ſanguine ⁊ ſanie ⁊ eſt fluxus albus ⁊ viridis ⁊ corp⁹ fit molle cū cor: ⁊ minorat̃ ſanguis in venis ei⁹ ⁊ citrinat̃ color ⁊ albificat̃ ⁊ plumbeſcit ⁊ deficit appetitus ⁊ fit nauſea ⁊ laſſitas vniuerſalis. Signa fluxus ꝓpter effuſioneꝫ colere acute ad īteſtina ſunt qd̄ fit fe. adurētes aut poſt acceptionē medicinaꝝ acutaruꝫ aut vini puri: ⁊ oīuꝫ q̄ calefaciūt epar ⁊ mordicant ipſum: ⁊ faciunt ſeq excoriationem cum ꝓlongantur.

Signa fluxus ex velocitate deſcenſionis cibi a ſtomacho ⁊ inteſtinis ſunt ꝙ fit ꝓpter motū laborioſum poſt cibuꝫ: ⁊ ꝙ cibus in ſeipſo facit illd̄ eſſe neceſſarium quoniā eſt lubricus viſcoſus ſubtilis vel pinguis: aut plurime quātitatis: aut ē in ipſo virtus ſolutiua ⁊ eſt ibi multitudo flegmatis ⁊ fluxus albus videt̃ ⁊ eſt cum multitudine ſputi: ⁊ eſt cum eo paucitas nauſee ⁊ ſitis ⁊ vomitus flegmatis ⁊ exitus eius cum cibo commixti egeſtiōe ⁊ cum eis. Et egeſtio in q̄ nō ē plurima altatio. Et h̄ ſpēs diaria appellat̃ ⁊ lienteria. Quādo vō accidit ꝓpter molitiē ⁊ repletionē ſunt illa eadem ſigna preter ꝙ cū eo nō ē vomitus flegmatis: neqꝫ egeſtio flegmatis etiam. Si aūt ꝓpter bothor vl' puſtula contingentē in ſupficie inteſtinoꝝ euenerit dolor: tūc excitat̃ in ſtomacho poſt cibum inteſtinis in loco in quo nō inueniebat̃ ante cibū. Cūqꝫ cibus deſcenderit ab illo loco ſedat̃ dolor ille et cōmouet̃ in loco inferiore illo: deinde ſedat̃ ⁊ non ceſſat permutari ſm̄ h̄. Et quod eſt in egeſtione ē virtus ſubtile: ⁊ cibi etiā cū ſua diſpoſitiōe nō ſūt alterati omnino aut nō ſunt alterati plurima alteratione: ⁊ ſunt velocis exitus ⁊ deſcēſionis: ⁊ ꝓpe ſi moriet̃ infirmus. Si aūt infirmus nō moriet̃ ſūt tardioris exitus ⁊ ſentit̃ grauitas cibi deſcēdētis ſubito ꝑcipitari ad h̄ inferiora ſicut lapis cadens: ⁊ h̄ ſpecies in veritate liēteria appellat̃.

Signa flux⁹ facti a multitudie effuſionis colere nigre ad os ſtomachi ſunt ꝙ cōmouet̃ cū eo appetitus: mordicatio ⁊ acetoſitas cōmouent̃ in ore ſtōi ⁊ i ore: ⁊ ſedat̃ illud apud comeſtionē aut apd̄ potū paꝝ olei. ſ. alicuius ⁊ non ſedatur cum cibis non vnctuoſis ſedatione quam habet cum vnctuoſis.

Signa flux⁹ ex catarro capitis ſunt ꝙ fit poſt ſomnū ⁊ diuerſitatē egeſtiōis deinde retinet̃ vēter euigilās dū pſeuerat euigilās ⁊ i ſuis egeſtionibus flegma manifeſte apparet.

Signa eius q̄ fit ꝑꝑ multitudinē cibi et maxime ſolutiui ſunt ꝙ virtus appetitiua fortior eſt retentiua: ⁊ ꝙ vehemētia appetitus eſt abſqꝫ mordicatione oris ſtomachi. Cūqꝫ comedit ſm̄ apetituꝫ grauat eum quare natura ſoluit̃.

Signa ei⁹ q̄ fit ꝑꝑ errorē in ordine ſūt ꝙ antecedūt aū cibū res velocis exit⁹ vt ſunt pruna cereſa ⁊ ſimilia: et iſte res quāuis nō ſint ſolutiue ſunt tn̄ lubrice vl' pigues vt ſunt brodia piguia ⁊ molia.

Signa ei⁹ q̄ fit ꝑꝑ multitudiē pot⁹ aq̄ fri. ſu-

per cibuꝫ ex re ipſa ſunt nota.
Signa ciꝰ que fit ꝓpter paucitatē reſolutio-
nis corporis ſunt multitudo carnis ⁊ paruitas ap
petituſ ⁊ longitudo quietis ⁊ dimiſſio motus.

Cura fluxꝰ cuꝫ ſanguine ꝓꝑ apoſthema
qꝺ fit aut factū ē: aut cū ſanie ꝓꝑ
apoſthema ꝙ rūpit̄ aut ruptū ē: ſi habitudo fue-
rit conueniēs ⁊ virtus fuerit ꝯſtans eſt vt fiat fle
botomia de ſaluatella manus dextre inter annu-
larem ⁊ auricularē digitū ⁊ fiat cliſtere conforta-
tiuum quod fit ex oleo ro. ⁊ roſis et mirtis coctis
⁊ bulitis ſimul ⁊ fiat h̄ bis ī die aut ſemel. Empla-
ſtretur locꝰ apoſthemoſus cū emplaſtro qꝺ fit ex
farina ordei roſis mirtis ⁊ balauſtia ⁊ oleo ro. ⁊ ex
ſucco acetoſe ⁊ plātaginis ⁊ ſemꝑuiue. poſt ꝑncipi
uꝫ vō apātis ſup locū doloroſuꝫ ponat̄ emplꝫ qꝺ
fit ex maluauiſco ꝑparato farina ſe. lini fenugreci
⁊ vitellis ouoꝝ duoꝝ ⁊ pinguedine porci vel buti
ro. Et h̄ emplm̄ valde maturatiuum ē ⁊ ponit̄ ad
maturāduꝫ ad h̄ vt natura ſaniē faciat vl̄ generat
⁊ rūpat̄ apā ⁊ aperiat̄. Nutriat̄ vſqꝫ ad tempꝰ in
quo rūpet̄ qꝺ ſcies ꝑ emiſſionē ſaniei ⁊ ꝑ ceſſatio
neꝫ doloris: vel ſucco facto ex farina ordei vel fa-
be fracte rizi ſpelte vel auene: aut comedat micaꝫ
panis ablutā cū aq̄ ⁊ dulcoratā cū ſyrupo roſato.
⁊ agreſta aut cū vino de granatis. Bibat aquā or-
dei coctā cū mirtis vel ſumac aut berberis: aut bi
bibat ſyrupū de agreſta vel de mirtis aut ſumac
vl̄ berberis. Si vō virtus debilis fuerit comedat
carnes edi vel pulloꝝ coctas cum ſumac vl̄ mirtis
aut berberꝫ ꝯditas cū vitellꝭ ouoꝝ ⁊ agreſta vl̄ vio
de granatis aut ſucco citonioꝝ vel pirroꝝ ſeu mi
ua facta ex eis ⁊ poſſꝫ bibere vinū ſtipticū limpha
tū cū aq̄ decoctōis ꝑdictaꝝ reꝝ poſt aptōeꝫ apātis
⁊ rupturā ⁊ emiſſionē ſaniei. Fiat ſepe cliſtere cuꝫ
aq̄ decoctiōis fabaꝝ mirtiloꝝ ordei ⁊ melle ro. et
oleo ro. ⁊ ſumat ꝑ os decoctionē q̄ ſic fit. ℞. reu-
barbari. ʒ. ij. fiat puluis cū quo puluere ponatur
℥. iiij. aq̄ decoctōis mirtiloꝝ vel ſumac ⁊ dimittat̄
ſic ꝑ horas. vj. ⁊ poſtea colet̄ ⁊ dulcoret̄ cuꝫ. ℥. ij.
vel. iij. ſyrupi de mirtꝭ vel de roſis ⁊ det̄ ante diē
omni mane. poſt mundificationē ſumat vnū troc.
de mirtis vel de berberis cū ſyrupo de agreſta vl̄
de mirtis ⁊ vino rubeo ſtiptico. Carnes dictas ⁊
carnes turtuꝝ ⁊ perdicuꝫ coctas in veru in teſtu-
la vel paſtillo conditas vt dictuꝫ eſt comedat ⁊ ri-
zum ⁊ ſuccum fabe fracte: ꝯdiant̄ etiā cū puluere
q̄ ſic fit. ℞. mirtiloꝝ ſpodij añ. ʒ. ij. galange cina
momi cardamomi zuchari añ. ℥. s. croci. ℈. ij. h̄
appetitū confortat ⁊ digeſtionē. Scias hic ꝙ cli-
ſteria magis ꝯferūt in egritudinibꝰ inferioꝝ īte-
ſtinoꝝ q̄ꝫ ſupioꝝ: imo in egritudinibꝰ ſubtiliū in
teſtinoꝝ vl̄ ſupioꝝ paꝝ aut nichil ꝯferūt. Sꝫ me
dicine ſumpte ꝑ os magis ꝯferūt in egritudinibus
ſubtilium inteſtinoꝝ. Factis mūdificationibꝰ fir-
metur locus vbi fuerit apā vel excoriatio vel a quo
emanabat ſanies cum troc. q̄ ſic fit. ℞. māne: boli
armeni: maſticis dragāti añ. ℥. s. terāt̄ ⁊ incorpo
rentur cuꝫ vino decoctionis mirtiloꝝ ⁊ croci. hic
enim troc. cū ore ſumit̄ ⁊ ſanat vlcera inteſtinorū
⁊ excoriationē q̄ eſt in ſupioribuſ inteſtinis. Sꝫ ſi
ſupponant̄ cuꝫ cliſteri dicto ꝯferunt excoriationi
⁊ vlceri inteſtinoꝝ inferioꝝ. dat̄ ꝑ os cū rob aut
miua citonioꝝ: vel ſyrupo de agreſta aut de mir-
tis. Cura fluxus q̄ fit abſqꝫ ſanguine et ſanie ⁊ fit
propter debilitatem epatis ab attractione aut ad
digeſtionē ē vt ꝯfortet̄ epar cū vnctōe q̄ fit ex oleo
de ſpica ⁊ oleo d̄ maſtice mixtꝭ: ⁊ ponere ſup epar
emplaſtra ꝯfortātia ⁊ apientia ſicut eſt emplaſtꝝ
factum ex ſucco abſinthij aut eupatorij mixtis cuꝫ
vino in quo diſſolutum ſit armoniacū cū qbꝰ pul
uis roſaꝝ ⁊ ſandaloꝝ mixtus ſit. ponant̄ ſepe vē

toſe magne ſuper epar abſqꝫ inciſione. mundifice
tur cum reubarbaro ſm̄ ꝙ dictum eſt ſupra. Co-
medat ante prādiū ⁊ ante cenā diatrion pipereon
diacardamomuꝫ: diacalamentum ⁊ diagalanga.
Bibat vinū puꝝ odoriferum clarum vetus vl̄ no
uum. Sumat carnes dictaſ ſuperius conditas cū
puluere q̄ ſic fit. ℞. piperis longi. ℥. s. cinamomi
. ℥. j. cardamomi galange: nuciſmuſ. folij: gariofi
loruꝫ: cubebe añ. ʒ. ij. croci. ʒ. j. Utatur troc. ſtelle
cum rob aut vino dicto ſuperiꝰ ieiuno ſtomacho ⁊
fiat h̄ ſepe.

Cura fluxus ꝓpter multitudinem colere acute
effuſe ad inteſtina eſt vt ſumat ſepe in die ſyrupuꝫ
de agreſta aut ſyrupuꝫ de mirtis vel orizacharā
⁊ comedat ſuccum factum ex farina ordei vel aue-
ne vel rizi. Et ſumat troc. de acetoſa qui ſic fiunt.
℞. roſarum rubearum ſpodij añ. ʒ. v. ſe. acetoſe
vel herbe ſumac: balauſtie gūmi arabici: ſe. portu
lace añ. ʒ. ij. s. opij. granas. ij. formēt̄ur cuꝫ ſucco
citonioꝝ troc. ī pōdere. ʒ. ij. ſumitur in mane vnꝰ
cum. ℥. j. vel. ij. rob citonioruꝫ vel mine ſumat lac
acetoſum decoctum cum lapidibus ⁊ ferro ignitꝭ
purgetur cum decoctione que ſic fit. ℞. miroba-
lanorum citrinorum emblicorum añ. ℥. j. acetoſe ⁊
portulace añ. M. j. piſtentur ⁊ bulliant in. ℥. vj. aq̄
donec medietas ſit conſumpta. colentur ⁊ in cola
tura illa addātur. ℥. iij. zuchari roſatū veteris. bu
liat iterum ⁊ coletur ⁊ detur ante diem. hec enim
decoctio mundificando materiam colericaꝫ ſtrin
git ventrem. Si aūt infirmus eſſet debilis ⁊ egri
tudo ꝓlōgaretur et caderet virtus et medicamina
non viderentur multam conferre: tunc cura eius
eſſet cibare egruꝫ cum micis leuibus pinguibus ī
die multotiens dando coclear paruuꝫ vice: aut cū
brodio galinarum valde pinguium in quo ponat̄
mica panis cum vitellis ouorum abſqꝫ albumine
⁊ aliquid de puluere cardamomi galange: ⁊ nō co
medat pro vice niſi tria vel quatuor coclearia val-
de parua ⁊ nil cum eo bibat. Sepe in die et nocte
comedat. Et ſi a potu abſtinere non poſſet bibat
vinum ſtipticuꝫ rubeum limphatum cuꝫ aqua de
coctionis granorum granatorum vel berberis.

Cura fluxus ex velocitate deſcenſionis cibi a
ſtomacho vel inteſtinis eſt cum talis fluxus fiat a
diuerſis ⁊ multꝭ cauſis ſicut iā apparuit in ſignis
⁊ inferius apparebit in cura vt omnis talis fluxꝰ
curetur ſemper cum ſuo contrario: ⁊ ex parte cibi
⁊ potus ⁊ ex parte medicinarum. conuenit tamen
vt vnamquamqꝫ cauſam particularem ꝓpria cura
ponatur. aliter poſſet error incidere in cura fluxꝰ
Si autem fluxus contingerit ex deſcenſione cibi a
ſtomacho ⁊ inteſtinis ꝓpter motuꝫ laborioſuꝫ cu
ra ꝓpria erit vt fiat ſomnus ⁊ quies poſt comeſtio
nem ⁊ vt cibi eius ſint confortati cum rebus ſtipti
cis que faciunt ipſos cibos in ſtomacho ⁊ inteſti-
nis longi permanere vt ſunt condimenta que fi-
unt ex ſumac vel agreſta ⁊ mirtis ⁊ berberis ⁊ ſi-
milibus. Et vt infirmus bibat bonum vinum ru
beum ſtipticum cum cibo parum tamen: ⁊ vt ci-
baria ſua ſint non elixata ſed in veru ⁊ ſimilibus
cocta: ⁊ ꝙ ſtiptica ⁊ groſſa comedantur ante ſub-
tilia. Confortentur etiam cibaria ſua cum pulue-
re qui fit ex galanga pipere longo ⁊ croco. Si au-
tem fluxꝰ fuerit quia cibuſ in ſeipſo facit illud quo
niam eſt lubricꝰ viſcoſus ſubtilis aut pinguis aut
plurime quantitatis aut in ipſo eſt virtus ſoluti-
ua: ⁊ hoc totum medicus debet ſcire ex inquiſitio
ne ſuper infirmum de natura cibi ꝑteriti. Cure-
tur ſi cibus eſt lubricus viſcoſus cum rebus aſſatꝭ
vel coctis in paſtillo vel teſtula cōditiſ ⁊ ꝯfortatis
cū pipe ⁊ pipere longo galāga cubebis carpobal
ſamo cinamomo nuce indica gariofilis nucemuſ-

cata ⁊ croco ⁊ cũ agreſta vel ſumac mirtis berberis ⁊ vino de granatꝫ ⁊ ſimilibꝰ. Bibat vinũ optimum in quo nõ ponaṫ aq̃. paꝝ tñ bibat ⁊ qeſcat et dormiat poſt comeſtionẽ. Illud idẽ faciat ſi fuerit cibꝰ pinguis vel ſolutiuꝰ. ponaṫ tñ in balneo ille q̃ patiṫ fluxũ ꝑꝑ cibũ ſolutiuũ ⁊ ſit balneũ tepidum aq̃ decoctiõis camomille melliloti roſaꝝ foliorũ ſalicis ⁊ neſpiloꝝ. Sumat poſt exituz balnei. ʒ. s. tyriace electe cũ. ʒ. ij. ſyrupi de mirtis vľ de agreſta aut de berberis vel de ſumac: ⁊ erit bonũ. Illi võ q̃ patiunṫ fluxuz ꝑꝑ multã quãtitatẽ ciborum aſſumptã nõ indigent niſi abſtinẽtia et ꝯfortatiõe ſtomachi cũ diagalanga vel roſata nouella vľ diacitoniten. Bibat vinũ bonũ rubeuz paꝝ tñ calidũ hyeme eſtate võ frigidum. Cibaria eius ſint valde digeſtibilia pauce quãtitatis: vt ſunt carnes ꝑdicum faſianoꝝ turturũ auiuz paruaꝝ galinaꝝ et ſimiliuz. ꝯdianṫ et coquanṫ vt dictuz eſt ſupra. nã brodia pinguia iſtaꝝ carniuz poſſent ſumi in parua quãtitate in iſto caſu ⁊ erunt ſatis vtilia. Si võ fluxus fuerit ꝑꝑ multitudinẽ flegmatis in eis qd̃ ſcieṫ ex albedine fluxus ⁊ multitudinẽ ſputi ⁊ paucitate nauſee ⁊ ſimiliuz: ⁊ ꝙ in egeſtione erit viſcoſitas. curabiṫ cũ vomitu ⁊ cuz purgatiõe ex pigra vľ purgatiõe q̃ fit ex mirobalanis kebulis: ſignãto maſtice: vľ cũ medicamiue deturbit. ⁊ vino rubeo ſtiptico actu calido: ⁊ cuz cibis ⁊ potibꝰ dictis ſupius et ſuis ꝯdimẽtis. Utaṫ hic patiẽs fluxum ex iſta cauſa diatrion pipeon ⁊ diagalãga ⁊ diacitoniten paꝝ comedat ⁊ ſepe ⁊ optima cibaria narrata. Si aũt ꝑꝑ molitiez ſtõi ⁊ eius repletiõez fluxꝰ ꝯtingerit cuiꝰ ſigna dicta ſũt ſupiꝰ eadẽ ſunt ⁊ hic ꝑter ꝙ in illo caſu nõ ẽ vomitꝰ flegmatis neq̃ egeſtio. Curabiṫ cũ electuarijs dictis: ⁊ nõ purgabiṫ neq̃ ꝑ vomitũ neq̃ ꝑ ſolutõez: ⁊ recipiet ſepe tyriacaz cũ miua de citonijs ⁊ vino pontico: ⁊ eiꝰ dieta erit ſicut dieta dicta. Si aũt ꝑꝑ puſtulã q̃ eſt in ſtõ ⁊ inteſtinis ꝓuenerit ꝙ ſcies q: excitaṫ poſt cibum dolor in ſtõ ⁊ inteſtinis in loco in quo nõ inueniebaṫ ante cibũ: ⁊ cũ cibꝰ deſcẽderit ab illo loco ſedaṫ ⁊ nõ ceſſat ꝑmutari ſ; h: ⁊ ꝙ eſt in egeſtione virꝰ ſubtile: ⁊ cibi ẽt cum ſua diſpoſitiõe non ſunt alterati oĩo aut nõ alterati plurima alteratione. Curabiṫ cum cibis acetoſis ⁊ ſtipticis: vt ſunt carnes cocte ⁊ condite cũ agreſta ⁊ ſumac aut rob citonioꝝ ⁊ pirroꝝ ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ aliquãtulo aceti ⁊ ſicut ſunt vinuz de granatis ⁊ ſyrupus eius ⁊ agreſta ⁊ eius ſyrupꝰ: ⁊ rob vľ ſyrupꝰ mirtiloꝝ vinuz eiꝰ ſit ponticũ limphatũ cũ aq̃ ciſterne: aut cũ aq̃ decoctiõis mirtiloꝝ vel citonioꝝ aut pirroruz ſumat ſepe croc. de acetoſa de qbꝰ iaz fecimꝰ mẽtionẽ ⁊ pľuere de granis granatoꝝ vľ granis dactiloꝝ: ⁊ d̃ granis vuaꝝ cũ miua citonioꝝ vľ cum ſyrupo de agreſta vľ d̃ mirtꝫ: ⁊ h̃ añ prãdiũ ⁊ añ cenaz aut cũ ſyrupo d̃ nucibꝰ vel rob q̃ fit li. iiij. c. d̃ robubꝰ. purgeṫ cũ reubarbaro ⁊ miua citonioꝝ: vľ cũ ſyrupo de mirtꝫ: ⁊ ſilibꝰ. Cũ aũt fluxꝰ ꝯtingerit ꝑꝑ lubricitatẽ accidẽtẽ ĩſupficie ſtõi ⁊ inteſtinoruz ꝙ ſcies ꝑ exitũ ciboꝝ nõ alteratoꝝ aut parue alteratiõis ⁊ ꝙ ſũt velocis exitus cibi ⁊ deſcẽſionis. Et ꝓprie ſi moueretṫ infirmꝰ: ⁊ qñ võ infirmus nõ moueṫ ſunt tardioris exitus ⁊ ſentiṫ grauitas cibi deſcẽdentis ſubito ꝑcipitari ad inferiora ſicut lapis cadẽs. Curabiṫ cũ electuario de ſiliqs qd̃ ſic fit. ℞. ſiliquaꝝ. i. balauſtiaꝝ fructus tamariſci añ. ʒ. x. ameos. ʒ. xvj. granoꝝ paſſularuz ꝯtritoꝝ vt alcobol. lľ. j. vel quartã. lľ. j. granoruz mirti contritoꝝ vt alcobol. lľ. s. fiat electuariũ cũ zucharo vľ electuario d̃ thure ⁊ electuario de gallis ⁊ ſumat puluerem de granis granatoꝝ et ſimilium ex dimittat aquam calidam omnino: ⁊ ſumat aliqñ aquam veri frigoris. ⁊ nutriaṫ cum carnibꝰ aſſatis ſup prunas ⁊ in veru conditas vt ſuperius dictum eſt ⁊ bibat vinum ponticuz mixtuz cuz aq̃ frigida. purgeṫ cum decoctione facta ex mirobalanis kebulis ⁊ embilicis ⁊ ameos ⁊ mirtis et deṫ cum miua citonioꝝ ⁊ ſyrupo de agreſta et ſimilibus.

Cura eius qui fit a multitudine effuſionis colere nigre ad os ſtomachi eſt vt fiat flebotomia baſilice ⁊ ſolutio cum decoctione epithimi mirobalanorum indorum ſene roſarum rubearũ ⁊ zuchari roſati veteris. ⁊ poſt illud ponaṫ ventoſa magna abſq̃ inciſione ſuper ſplen. Sumat trociſcos ſtelle ſepe mixtos cum zucharo roſato veteri: aut cuz roſata nouella aut diacitoniten cum zucharo fiãt ſepe cliſteria mundificatiua ex aq̃ epithimi ⁊ melle roſato ad que ſubſequunṫ cliſteria ſtiptica q̃ fiunt ex aqua decoctionis ſiliquaꝝ gallaꝝ et melle roſato. ⁊ vino pontico. Utaṫ ſepe ꝓ mundificatiuo puluere de epithimo cum rob aut cum miua citoniorum. In aurora debet ſumere de ſorbitionibus vnctuoſis: vel ſorbitionibꝰ ſeu brodijs factis ex galinis pinguibus et mica panis. naz tales ſorbitiones confortant naturam ⁊ ĩpinguãt ⁊ incarnant inteſtina ⁊ eadẽ defendunt a corroſione: q: iſta colera nigra ſu a acuitate ⁊ venenoſitate corrodendo inteſtina mortẽ inducit. vñ Hypo. iiij. particula Amphoriſmoꝝ. Diſinteria ſi a felle nigro inchoauerit mortale. Poteṫ ex vino ſtiptico limphato cum aqua decoctionis pirroꝝ vel citoniorum vľ mirtilorũ. Comedat carnes auiũ ⁊ galinarum coctarum ⁊ conditaruz cuz rob vel agreſta ⁊ mirtis vel cuz ſucco berberis ⁊ coquãtur in paſtillo vel veru aut teſtula: ⁊ aliquãdo in lebete cuz pirris ⁊ citonijs ⁊ mirtis. In iſto fluxu requiriṫ ſepiſſima mundificatio materiei cum confortatione ĩteſtinorum ⁊ ſtomachi ⁊ incarnatione ⁊ extinctione acuitatis eiuſdem materie ne incidat corroſionem membri ⁊ fiat vt dixit Hypo.

Cura eius que fit ex catarro vel flegmate deſcendente a capite ad ſtomachum ⁊ inteſtina eſt ꝑmo mundificare ipſum cum pigra aut cum pillulis cochijs ⁊ comedere ſepe de electuario d̃ thure ⁊ comedere carnes arietꝫ ⁊ vituloꝝ non coctas in aq̃ ⁊ auiũ ⁊ pulloꝝ ꝯditas cũ puluere q̃ ſic fit. ℞. bubebe carpobalſami añ. ʒ. ij. pipis lõgi pipis galãge: nuciſmuſ. gariofiloꝝ añ. ʒ. j. croci. ʒ. s. abradaṫ caput ⁊ fricetṫ fortiṫ cũ pãno aſꝑo ⁊ emplaſtretur cũ ſinapi ⁊ aleis ita vt veſiceṫ: vľ euforbio ⁊ fiat ſternutatio cum eleboro albo ⁊ gargariſma cuz melle ro. ⁊ ſinapi ⁊ maſtice ⁊ thure vel cũ oximelle cõpoſito ⁊ electuario de thure. Nõ dormiat ĩ die neq̃ ſup ceruicẽ ⁊ ſpecialiṫ poſt repletionez: ⁊ fiat vomitꝰ cũ aq̃ calida poſt expgefactionẽ. Bibat vinum valde limphatũ ⁊ ſit nõ acutuz: talẽ recipiat dietã vt ſupius dictũ eſt. Scias ꝙ cura iſta rectificaṫ ⁊ fit ꝑ curã catarri ſm ꝙ in. c. de catarro fecimus mẽtionem.

Cura eius qui fit ꝓpter multitudinem cibi eſt vt remenſureṫ comeſtio cũ quãtitate qua non ſoluatur natura: ⁊ leditur ꝓpter vehementiaz appetitꝰ accipiat cũ comedit ex cibo dulci vnctuoſo et ⁊ bucellam ⁊ ex pingui carne ꝓprie vel bucellã panis infuſi in oleo aliquo. ⁊ comedat aliquando rez modicam ex luto aliquo vel luto armeno.

Cura eius qui fit ꝓpter errorem inordine comedẽdi ẽ alteratio illius ordinis et ꝯfortare ſtomachum ⁊ inteſtina cum potibus ⁊ cibis dictis. Cura fluxus q̃ fit ꝓpter multitudinẽ potꝰ aq̃ frigide ſup cibũ ẽ bibere vinũ ꝑmixtũ vt feſtinet ſedatio ſitiſ ⁊ minoratio aq̃ ⁊ cito ad ſomnũ currere ⁊ vti diacitoniten añ comeſtionẽ vel electuario d̃ thure aut de citonijs coctis vel pirris aut caſta-

neis ⁊ tenere aliquid ĩ oꝛe quod ſedet ſitiȝ eſt mul-
tum cõueniens in h.

Cura illius q fit ꝑꝑ paucitatẽ reſolutiõis coꝛ-
poꝛis ẽ exercitiũ foꝛte ⁊ lõguȝ ⁊ fricatio foꝛtꝫ cum
pãno aſpo ⁊ ſudare in balneo ſicco multum: ⁊ paꝝ
comedere: ⁊ comedere res q̃ de facili reſſoluat̃ vt
carnes pulloꝝ ⁊ edoꝝ ⁊ pulloꝝ columbaꝝ ⁊ nõ ge
ſcere in die ſȝ ꝯtinue ꝓ poſſe laborare ⁊ ſe moue-
re. Scire hic ꝯuenit ꝙ cliſteria mũdificatiua ſunt
valde vtilia in oĩ fluxu ventris ad q̃ ſuccedũt cliſte
ria ꝯfoꝛtantia ⁊ ſtiptica ⁊ ſpecialiter qñ ſanies vel
raſura inteſtinoꝝ expellit̃ vt in excoꝛiatiõe ⁊ poſt
rupturã apatꝫ ꝯtingit de qbus cliſterijs ĩ antido-
tario plenã fecim⁹ mẽtionẽ: ⁊ maxime ſi egritudo
fuerit in ĩferioꝛibus inteſtinis hȝ locũ qđ dixim⁹.

Caplm. cxxix. de fluxu vẽtris ꝑꝑ erroꝛẽ in oꝛ-
dine comedendi.

E iſto .c. in .c. de fluxu abſolute
dicto ſupi⁹ facta eſt men-
d tio. vñ in h loco pauciora diceim⁹. Sci-
re tñ hic cõuenit ꝙ erroꝛ ĩduct⁹ ĩ come
ſtione facit indigeſtionẽ ⁊ indigeſtio ẽ
cauſa multiplicatõis ſupfluitatũ in ſtõ ⁊ inteſtinis
⁊ multiplicatio ſupfluitatũ in locꝫ dictis vilos in
teſtinoꝝ ⁊ ſtõi mollificat ⁊ relaxat ⁊ ꝑ h fluxũ idu-
cit. Cõditões q̃ impediũt digeſtiõeȝ ſũt quatuoꝛ.
Pꝛĩa ẽ qñ multa cibaria ⁊ diuerſa ⁊ diuerſaꝝ na-
turaꝝ ſumũt̃ ĩ vna hoꝛa. Scđa ẽ qñ groſſũ ſumit̃
añ ſubtile vl' ecõuerſo. Tertia qñ mĩta cibaria cũ in
re habẽte micas panis ſumunt̃. Quarta ẽ qñ iter
pncipiũ ⁊ finẽ pꝛãdij multa ẽ moꝛa. ⁊ h vlut Almã
foꝛ li. iiij. c. de regimine cibi ⁊ oẽs alij ẽt. Manife
ſte apparet quomõ erroꝛ in modo comedẽdi ven-
tris fluxũ inducit vel inducere poteſt.

Signa flux⁹ ꝑꝑ erroꝛẽ ĩ oꝛdine ſũt ꝙ
res ſubtiles ⁊ molles ⁊ pigues
antecedunt ĩ comeſtiõe: ⁊ ĩ fluxu deberet eſſe ꝯxũ
⁊ ꝙ virt⁹ expulſiua eſt foꝛtis in eo vt ẽ notũ infir-
mo ⁊ virt⁹ retẽtiua debilis: ⁊ ꝙ infirmus ſentit ⁊
ſcit ꝙ cibaria nõ faciũt moꝛã ĩ eo niſi ſint ſtiptica ⁊
dura ſpãit̃ qñ ſubtile comedit̃ ⁊ liqdũ ⁊ pigue an-
te groſſuȝ ⁊ ſtipticũ. Cura ei⁹ ẽ vt infirm⁹ ſit ꝯtẽ
tus in re vna ĩ pꝛãdio ⁊ cena ⁊ ſit ei⁹ cibariũ ſtipti-
cuȝ vel aſſatũ: aut in teſtula vl' paſtillo ꝯditũ cum
agreſta ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ ſpeciebꝰ: vel cuȝ vino de
granatis aut de berberis. Bibat vinũ rubeũ ſti-
pticuȝ abſq; aq̃: ⁊ h in hyeme eſtate vo frigiduȝ ſit
limphatũ cuȝ aq̃ mirtiloꝝ vl' ſumac vl' berberis.
Rectificet̃ ſtomach⁹ cũ diacitoniten facto cuȝ ſpe
cieb⁹ vel diagalãga: ſeu cũ electuario de thure. pa
ruȝ bibat ⁊ paruȝ comedat vice vna: ⁊ ſic perfecte
curabitur.

Caplm. cxxx. de fluxu vẽtris ꝑꝑ apoſthema ĩ-
teſtinorum vel labij quod ruptum eſt.

Oc apoſthema qñq; ge
neratur
b ĩ inteſtinis qñq; in ſtõ qñq; in mẽbꝛis
q̃ affinitatẽ hñt cũ iteſtinis ⁊ ſtõ: ⁊ om
ne apoſthema vt dictuȝ ẽ multotiens
fit ex curſu materie male ꝑ venas ad locũ apoſthe
moſuȝ. ⁊ a pncipio vſq; a tp̃s rupture patit̃ febꝛis
⁊ doloꝛ augumẽtatur ⁊ ſitis ⁊ tumoꝛ: facta ſanie ⁊
rupto apoſthemate omnia accidentia incipiũt de
bilitari ⁊ deſtrui.

Signa flux⁹ ꝑꝑ apoſthema qđ ruptũ
ẽ in inteſtinis vl' alibi ſunt mi
noꝛatio fe. ⁊ ceſſatio doloꝛis ⁊ pulſationis in loco
in quo aderat apa ⁊ remanẽtia aliq̃ grauitatꝫ ĩ eo
dem: ⁊ poſt grauitatẽ accidit ĩfirmo aliqs tremoꝛ
ĩ membꝛis ⁊ alleuiat̃ grauitas ⁊ ſanies expellit̃ ad
ſtõm ⁊ inteſtina ꝑ vias aliq̃s: ⁊ ſic tal' fluxus indu
ctus inducitur in eſſe per iſtud mediuȝ.

Cura fluxus ꝑꝑ apa qđ ruptũ ẽ in iteſti
nis aut ſtõ. ſi fuerit illud qđ emit-
titur de ſanie plurime q̃ntitatis ⁊ ĩfirm⁹ fuerit val
de debilis ẽ vt cibet̃ omni hoꝛa cũ aq̃ carnis ⁊ bꝛo
dio galinaꝝ pinguiũ coctaꝝ cũ pane vſq; ad diſ-
ſolutionẽ carniũ: ⁊ poſt aliquã decoctionẽ mẽbꝛẽ
tur galine ita ꝙ mẽbꝛa galine natẽt ſup aquã vt
panis: nã h aq̃ vel bꝛodiũ ex hac decoctiõe acqrit
magnã virtutẽ ⁊ infirmũ valde ꝯfoꝛtat ⁊ adiuuat
ad mũdificationẽ loci ſanioſi ⁊ inteſtinoꝝ: ⁊ exco-
riationis ⁊ ꝯfert multũ incarnationi loci vlcerati
⁊ excoꝛticati in aq̃ vel bꝛodio ipſo poſſent poni vi-
tella ouoꝝ vel puluis cinamomi cardamomi mir-
tilloꝝ ⁊ croci: ⁊ adderẽt iſta manifeſte in ꝯfoꝛtati
oneȝ virtutis vt nõ caderet. Mũdificet̃ cũ aq̃ mel
lis ſumpta vice vna ⁊ medicamẽ incarnatiuũ vice
alia vt electuariũ de thure ⁊ ſilia: ⁊ h donec ꝯſoli
detur. ⁊ h hȝ locum maxime qñ ſanies euenerit ex
ruptura apatũ inteſtinoꝝ ſubtiliũ vel ſupioꝝ. Si
aũt euenerit h ſanies ex inteſtinis inferioꝛib⁹ ſup
ponat̃ aq̃ mellis calida cũ cliſteri et poſt aquã fiat
cliſtere ĩcarnatiuũ ⁊ ꝯſolidatiuũ. Nutriat̃ ex pul
lis aſſatis ⁊ poſitis in teſtula ⁊ paſtillo nutritꝫ ⁊ cõ
foꝛtatis cũ agreſta ⁊ rob vel ſucco berberis ⁊ mir
tis ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ ſpecieb⁹. Bibat vinũ rubeũ
limphatum cuȝ aqua. Si aũt ſanies q̃ expellit̃ fue
rit pauce q̃ntitatis: ⁊ infirm⁹ fuerit debilis vt di-
ctum eſt: regat̃ etiã vt dictũ eſt. Si aũt ſatis foꝛtꝫ
fuerit ſumat lac in quo extincti fuerit lapides iñã
mati vel ferrũ: ⁊ ſumat ſepe troc. ſtelle cũ niuua vl'
ſyrupo de agreſta. Vngat̃ ſepe locus doloꝛoſus
cũ vngento facto ex oleo de maſtice cera ⁊ oleo de
aneto: in alijs regat̃ vt dictũ eſt. Si võ materia ſa
nioſa q̃ facit fluxum ventris cõtenta fuerit in epa
te ꝑpter apoſthema quod ruptũ eſt ibi: vel parti-
bus q̃ habent affinitatẽ cuȝ vijs vrinalib⁹. Mun
dificetur ꝑ vias vrinales cũ ſe. apij: feniculi et ci-
coree ⁊ endiuie ⁊ ſimiliũ q̃ mundificãt ꝑ vrinã: et
ſic ꝑ deriuationẽ materie ſanioſe ad alterã partẽ
fluxus curabit̃. Et de iſtis medicinis multũ ſcri-
pſimus in egritudinibus renũ veſice. In dieta ⁊
potu cliſteribus ⁊ medicinis ꝯuenientib⁹ ad inte
ſtina fiat ſm qđ ſcriptuȝ eſt. Sed ſi materia apo-
ſthematis rupti eſſet in pectoꝛe vel partibus illis
quãuis ad inteſtina declinet ꝑ vias occultas. mũ-
dificet̃ cũ rebus dictis. c. de ptiſi nõ negligẽdo in
teſtina ⁊ ſtõȝ qn cõfoꝛtẽt̃ cuȝ rebus ſupradictis ꝙ
ſi materia contineat̃ in locis alijs q̃ȝ in ſtomacho ⁊
inteſtinis quod ſcietur ex grauitate ⁊ doloꝛe loci ⁊
ex aleuiatiõe eius tunc fiat cuȝ mundificatiõe ꝓpa
conuenienti ad illum locum non negligẽdo natu-
ram ſtomachi ⁊ inteſtinoꝛum ⁊ ſic curabit̃ ſi deus
voluerit.

Caplm. cxxxj. de fluxu ventris ex catarro.

Atarrus eſt egritudo q̃ fit ex
materia ſubtili viſ-
c coſa deſcẽdẽte a capite ad ſtõȝ vel ĩte-
ſtina. aut ad gulã ⁊ fauces. vñ cũ deſcẽ
dit ad ſtõȝ ⁊ iteſtina mollificat vilos ⁊
ĩpe dit digeſtionem: ⁊ ſic fit fluxus ventris.

Signa fluxus qui fit ex catarro ſũt ꝙ
fit poſt ſomnũ ⁊ diuerſitatem
egeſtionis ⁊ poſt repletioneȝ ciboꝝ ⁊ potuum ad
quã ſequit̃ ſomnus immediate. deinde retinet̃ vẽ
ter cum ꝑſeruat homo vigilãs.

Cura iſti⁹ flux⁹ ẽ vt curet̃ catarrus ſȝ ꝙ
fuerit vt dictum eſt. c. de catarro
ſupi⁹. Abſtineat a diuerſitate ciboꝝ: et ſit ꝯtent⁹
hoꝛa comeſtiõis in re vna tãtuȝ. ſ. vt comedat car
nes arietis annualis: vl' caſtrati: vel ꝑdicũ: aũt fa
ſianoꝝ: vel pulloꝝ: aut galinaꝝ ꝯdictaruȝ cũ ſu-
mac vel mirtis: aut cum berberis ⁊ cũ rob de vi-

no: aut cū mina citonioꝝ q̄ fit ex. lī. j. ſucci citoniorum ⁊. lī. j. zuchari ⁊. ℥. iij. aceti. buliāt ſil' vſq̄ ad ſpiſſitudinem ⁊ colentur. bibat vinum ſtipticum limphatū ſm medietatē: nullomō in die dormiat neq̄ ſup repletionē. Comedat ſepe de electuario de thure qd̄ fiet. c. de fluxu vētris cuꝫ ſanie ꝑ ioda li ⁊ poſt illud bibat minā de citonijs. Comedat vitellos ouoꝝ aliqñ cū ſpeciebꝰ. purgeť cū pilluľ cochijs vel pigra ⁊ ſuffumigeť cū thure ⁊ maſtice. Sepe comedat de cubebis ⁊ vitet coitū ꝓ poſſe q: facit materiā currere ad inferiora. In alijs fiat vt dictum eſt in. c. de catarro.

Caplm. cxxxij. de diaria.

Diaria cōmuni ſermone ē̄ fluxus vētris ſimpliciť cū quo humores: aut vtute nature: aut violētia accidētis emittūť q aliqñ ſūt calidi: aliqñ frigidi: hic modꝰ diarie aliqñ fit corpore īfirmo vel ī fine īfirmitatis ī modū criſis aliqñ fit corpe exiſtēte ſano ⁊ ī vtroq̄ accidit diaria h̄ aut fluxꝰ: aut vtute nature vt dictū ē ⁊ eius intēſio aut violentia accidentis.

Signa diarie corpore exiſtēte infirmo qñ acciderit intenſio naturali ſūt ꝯſtātia vtutꝫ reſpectu īfirmitatꝫ ⁊ bonitatꝫ appetitꝰ ⁊ expulſiōis: ⁊ ꝙ añq̄ accidat diaria viſa ſīt ī vrina ⁊ ſupfluitatibꝰ ſigna digeſtiōis cōplete vel diminute: ⁊ ꝙ ī die idicatiōis ſigna ſatis bona apparuerit et ī ſeq̄nti die cretica ſupuenit diaria: vľ fluxꝰ cū aleuiatiōe īfirmi. corpore vō exiſtēte ſano ſi diaria ſupuenerit itēſione naturali ſufficit ſolū vt aleuiatio manifeſta vel melioratio ſubſeq̄ť ad ipſaꝫ diariā vel fluxū: ⁊ cū h̄ appetit meliꝰ ⁊ magis ſapide ⁊ etiā melius digerit ⁊ cū maiori q̄ete.

Signa diarie q̄ fit violentia accidētis corpore exiſtēte īfirmo vel ſano ſunt qd̄ ī infirmo an̄ eius euentū nō apparuerūt ſigna ꝑfecte digeſtiōis neq̄ diminute in aliqua die īdicatiua vel cretica. Et aduenit talis diaria vel fluxus cuꝫ deſtructiōe appetitꝰ ⁊ digeſtiōis ⁊ ad ipſaꝫ diariā ſeq̄ť grauitas ⁊ laſſitudo ⁊ nō leuitas corporis ⁊ mēbroꝝ nō aliquo: ī corpore vō ſano ſufficit ꝙ ipſaꝫ diariā vľ fluxum ſeq̄ť mēbroꝝ grauitas cū debilitate appetitus ⁊ digeſtiōis ⁊ totiꝰ corporꝫ. ⁊ ꝯfirmāť tales cōfirmatiōes oēs ꝑ Amphoriſmuꝫ Hypo. j. particula vbi dicit. In ꝑturbatōibꝰ vētris ⁊ vomitibꝰ q ſponte fiunt ⁊c̄.

Si aūt humores q emittūt fuerit calidi in ano ſentiť ardor ⁊ punctura ⁊ color humoꝝ erit citrinus ⁊ eoꝝ ſubſtātia fluida nō viſcoſa ⁊ īfirmꝰ patiťur ſitim ⁊ amaritudinē oris: ⁊ ſi habitudo ⁊ cōplexio totiꝰ corporis fuerit ſignificātia caliditateꝫ ⁊ ēt etas: ⁊ cū h̄ vrina fuerit multū tīcta: ſigna magis certa erunt.

Si vō humores frigidi fuerit oīa ſigna q̄ſi ꝯ̄ria apparebūt ꝑter ꝙ in colore humoꝝ poſſet eſſe deceptio: nā poſſent apparere colores humoꝝ citrini vel viridis tñ mat̄ia frigida erit: et iſtis coloribus citrinis vel viridibꝰ quomō apparent ī humoribus ⁊ q̄liter habeāt ſignificare ſup materiā frigidā vel calidā ſatis plenarie diximꝰ. c. de dolore capitis vitio ſtōi ⁊. c. de vomitu ſitis diſputauimꝰ: ſufficiat ꝙ dictum eſt illic ſup iſtam materiam.

Cura diarie q̄ eſt ex mat̄ia calida ꝓpter violentiā accidētiuꝫ ē vt mūdificentur ſtomachus ⁊ ītestina ſi mat̄ia fuerit ibi ſiue ſit cū fe. ſiue abſq̄ fe. cū decoctiōe facta ex mirobalanis citrinis: emblicis ⁊ mirtis ⁊ zucharo ro. veteri: ⁊ deť in matutinis: aut cū decoctiōe facta ex. ʒ. j. reubarbari ⁊. ℥. j. mirobalanoꝝ emblicorum mirtis ⁊ zucharo ro. veteri. q̄liter tales decoctiones fiant ſupiꝰ in multꝫ locis dictum eſt. Vtať ſepe in mane ⁊ ante cenā poſt decoctionem troc. de berberis vel de ſtelle mixtꝫ cū zucharo ro. veteri ⁊ bibat poſt illud vinuꝫ decoctiōis ſumac vel berberis aut mirtiloꝝ. ⁊ ſit vinū rubeū ſtipticū ſi fuerit abſq̄ fe. ſi autem cum fe. fuerit loco vini ſumat aquā decoctionis ſumac vel mirtiloꝝ aut berberis. Vomitꝰ etiaꝫ multum videtur vtilis. vt vult Hipo. particula. vj. Amphoriſmorum. dicit eniꝫ a diaria habito diuturna ſpontaneus vomitꝰ ſupueniēs ſoluit diariā. ⁊ h̄ cura dr̄ fieri ꝑ ꝯtrariuꝫ trāſpoſitionis mat̄ie. inducit medicum Hypo. ad moduꝫ curatiōis quaſi dicat ꝙ ſi natura per ſe nō moueať ad remouenduꝫ materiā de loco infirmo ad locum aliuꝫ vel ꝯtriuꝫ medicꝰ cū inſtrumento cōuenienti h̄. Cibeť ſi fuerit cū fe. cū rizo vel cum faba fracta facta in modū rizi: aut cuꝫ cibario facto ex farina ordei ⁊ aq̄ ciſterne: ⁊ ꝯdiant illa cibaria cū vitellis ouoꝝ ⁊ puluere mirtiloꝝ et ſimiliū vel coquanť oua totaliter cuꝫ cortice ſuo in aceto tādiu ꝙ dureſcāt ⁊ cū cocta fuerit accipianť vitelli eoꝝ ⁊ comedanť cū agreſta vel vino de granatis bibat vinū ſtipticū bene limphatuꝫ cū aq̄ ciſterne vel pluuie decoctiōis mirtiloꝝ vel ſumac aut neſpiloꝝ vel ſorbaꝝ. Si aūt virtus eſſet debilis aut eſſet abſq̄ fe. nutriať cū ꝑdictiꝰ ⁊ turture ⁊ pulliſ ⁊ faſianis ⁊ carnibus edi ⁊ alijs rebꝰ dictis coctꝫ ī veru vel teſtula vel paſtillo conditis cum puluere mirtiloꝝ vel ſumac: aut cū neſpilis vel ſorbis ⁊ cinamomo: galāga ⁊ croco ⁊ agreſta vel vino d̄ granatis vľ ſuco berberꝫ ꝯforteť ſtomachꝰ ⁊ vēter cū oleo de maſtice ⁊ oleo d̄ mirtis mixtꝫ cū cera ī moduꝫ vngēti. ſomnꝰ ītroducať ꝓ poſſe ⁊ q̄es ⁊ dormiat ſup vētreꝫ q: cibus melius ex h̄ digeritur: ⁊ voluntas aſſellandi minus excitať.

Cura diarie q̄ eſt ex materia frigida ꝓpť violentiam accidētiuꝫ eſt vt introducať vomitꝰ leuis ꝓ poſſe q: vt vult Hypo. ſatis conueniēs eſt ī cura iſta vt ſuperius dictum eſt: et melius eſt vt fiat qñ eſt frigida q̄ calida: nam vt pluriuꝫ quod in ſtomacho contineť volunt philoſophi et maxime Auic. li. iij. c. d̄ egritudinibꝰ ſtomachi eſt flegma ⁊ humores frigidi: ⁊ per h̄ multuꝫ bene: ſuauiter expelluntur per vomitū. Mundificentur inteſtina cuꝫ rebus ſtipticātibus ipſa membra videlicet cuꝫ decoctione mirobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ emblicorum mirtilorum ⁊ aniſi ⁊ nutriať cum pullis aſſatis ⁊ turturibus perdicibus ⁊ faſianis ⁊ auibꝰ degentibus in arboribꝰ ⁊ in pratis ⁊ nō in aq̄s ꝯditis cū agreſta ⁊ vitellis ouoꝝ vel cū vino de granatꝫ aut ſucco berberis ⁊ puluere cinamomi cardamomi ⁊ croci. bibat vinū ſtipticū multum limphatū cum aq̄ decoctionis neſpilorum vel ſorbarum aut berberis ⁊ pipe longo ſiue fuerit cū fe. ſiue abſq̄ fe. ⁊ ꝯforteť ſepe cū diacitoniten vľ cuꝫ electuario de. thure. Vngať totꝰ vēter cum oleo de ſpica et oleo de maſtice mixtis. poſſet comedere aliqñ lentes excorticatas coctas cuꝫ ſumac aut rizū cōditū cum ſpeciebus.

Si aūt diaria fuerit ꝓpter iduſtriā nature ſiue ſit ex materia frigida aut calida: ſiue fuerit die cretica aut non nihil fiat niſi debilitas ſuperuenerit ſed nutriatur cibis bonis ⁊ potibꝰ dictꝫ ſuperiꝰ.

Si autem virtus debilitaretur: tunc procedatur ſm naturam ⁊ habundantiam materie contra diariam vt ſupius dictum eſt ⁊ ſpecialiter cū electuarijs cōfortantibꝰ ſtōm ⁊ inteſtina ſicut cū diacitoniten ⁊ troc. ſtelle ⁊ ſilibꝰ aut cū vino quod ſic fit. ℞. fialas duas vini rubei ſtiptici. ℥. iiij. zuchari roſati veteris. ℥. ij. mirtilorum contuſoꝝ et gariofiloruꝫ numero. xl. ⁊ piſteť ⁊ miſceanť omnia iſta ſimul ⁊ buliant ad inuicē ī lebete donec medietas ſit cōſumpta. coletur hoc et reſeruetur. dan-

tur de eo ante cenā ⁊ prandiū. ʒ. iiij. vel. vj. hyeme calidum eſtate frigidum.

Caplm. cxxxiij. de fluxu vētris cuȝ ſanie ꝓiodicali ⁊ cuȝ ſanie cronica ⁊ ꝯtinua.

Circe hic cōuenit qd̄ ſanies īpoſſibile ē vt ꝑueniat niſi a mēbro excoriato vl' vlcerato: ⁊ qñqȝ fit ꝑiodicalis vl' ponit tp̄s breue vl' magnū inter ſuas acceſſiōes vl' apparitiones: tūc ꝑſumat medic⁹ ꝙ venit a loco vel mēbro excoriato vel vlcerato qd̄ liberū trāſitū nō hȝ ad inteſtina vel ſtōȝ ⁊ ex hac cauſa facit ꝑiodū vl' interpollationē. Illa ſanies q̄ ē ꝯtinua ſiue ſit cronica aut nō: venit a ſtō vl' īteſtinis aut mēbris q̄ liberū ⁊ ꝯtinuū trāſitū hȝ ad īteſtina. Fit aūt oīs ſanies ex actiōe caloris naturalis ⁊ innaturalis eq̄liter dominātis ſup ꝯuerſionē humoꝝ q̄ in ſaniē conuertunt̄.

Signa ſaniei ꝑiodicalis ſūt ꝙ fit poſt exituras vel apata q̄ fuerunt manifeſta ī aliq̄ ꝑte corꝑis: ⁊ h̄ totū ſcit̄ ꝑ dolorē loci ⁊ tumorē ⁊ grauitatē ⁊ pūcturā ⁊ afflictionē ī loco ī quo ſanies generabat̄ añ fluxū vētriſ: ⁊ ī quo mēbro generat̄. Signa vō ſaniei q̄ ē cronica aut nō cronica ꝯtinua ſunt ex re ipſa manifeſta ⁊ etiā ex narratione infirmi.

Cura fluxus ex ſanie ꝑiodicali eſt vt ꝯſideret̄ loc⁹ ī quo ſanies fuit vl' exiſtit: ⁊ ſi ē declinās ad ꝑtes vrina aliū mūdificet̄ cū aq̄ decoctōis apij ⁊ feni. li. dauci: cicoree ⁊ endiuie ⁊ mellis vel zuchari: aut cū aq̄ mell' vl' zuchari vbi decocta ſint ligritia iſopus ⁊ yreos ⁊ aliq̄ntulum croci: ⁊ ſic de alijs ꝑtib⁹: ⁊ ꝯfortet̄ ſtomach⁹ ⁊ inteſtina cū troc. ſtelle aut ſpodio aut berberȝ mixtis cū zuc. ro. nouello. In cibis ⁊ potib⁹ fiat vt dictū ē in diaria. Sup locū in quo ꝯtinet̄ fiat vnctio cū vngēto facto ex oleo de camomilla ⁊ oleo d̄ maſtice ⁊ cera: aut fiat emplȝ cū maluauiſco ꝑparato et farina fenugreci: ſe. lini aneti floris camomille mixtis cū farina ordei ⁊ butiro qd̄ ſic ſufficiēs ad incorporādū oīa ſil'. Omni die mūdificet̄ loc⁹ ſaniei ꝑ poſſe in aliq̄ hora ⁊ in alia ꝯfortet̄ ⁊ īcarnet̄ cuȝ reb⁹ ⁊ troc. ⁊ electuarijs dictȝ ⁊ dicta: ⁊ ſic fiat ſucceſſiue donec ſanies fuerit exiccata.

Cura flux⁹ cū ſanie cronica ⁊ ꝯtinua ſiue veniat ab inteſtinis: ſeu a ſtō aut aliūde ē vt fiat mūdificatio īteſtinoꝝ ⁊ ſtōi ꝑ os: aut cū cliſteri cū aqua mellis actu calida vel tepida aut cuȝ aq̄ mellis vbi ſint duo vel tres vitelli ouoꝝ ⁊ aliq̄d pinguedinis ⁊ poſt iſtā ablutionē fiat cliſtere taliter īcarnatiuū ⁊ ꝯſolidatiuū ꝙ ſic fit. ℞. eupatorij barbe yrcine vel ſucci ei⁹ glandiū aut corticū glādiū añ. ʒ. j. riſi abluti. ʒ. ij. coquant̄ ī aq̄ ⁊ accipiat̄ de illa aq̄ .lb. j. ⁊ diſſoluat̄ in illa aqua cū fuerit tepida ⁊ colata de medicamine qd̄ ſic fit. ℞. thuris: ſanguinis dracōis: ceruſe litargirij añ. ʒ. j. opij. ℈. j. terātur ⁊ cribelent̄ iſte medicine ⁊ miſceāt̄ ſimul cū duob⁹ vitellis ouoꝝ vel trib⁹ ⁊ fiat cliſtere: aut p⁹ mūdificatiōes ſumat ꝑ os de electuario qd̄ ſic fit. ℞. granoꝝ paſſulaꝝ ꝯtritoꝝ vt alcohol. lb. s. granorum mirti contritoꝝ vt alcohol: aut in ſumo. ʒ. iij. balauſtie. j. ſiliquaruȝ de ſpinis: ⁊ balauſtie de granatis thuris: fruct⁹ vl' ligni tamariſci añ. ʒ. v. ameos. ʒ. viij. fiat electuariū cū zucharo. ⁊ h̄ ē electuarium de thure ꝯueniēs ad ſtringēdū vētrē ꝓuocās appetitū ⁊ remouēs vētoſitatē ⁊ ꝯſolidās vlcera ⁊ excoriationem: ⁊ fit ex. vij. reb⁹ abſqȝ zucharo cū quo ꝯficit̄. Bibat vinū ſtipticū lipharū cum aq̄ mirtiloꝝ vel ſumat aut berberis. Dieta ⁊ ꝯdimenta ⁊ ſapores ſint vt dictū eſt ſupra.

Caplm. cxxxiiij. de diſinteria.

Diſinteria eſt fluxus vētris cū excoriatione inteſtinoruȝ: ⁊ oīs excoriatio aut ē noua cū q̄ nō ē putrefactio: aut ē antiq̄ cū q̄ ē putrefactio mala. Fit aūt noua ⁊ antiq̄ ſemper aut ex colera pura aut a colera nigra aut ex flegmate ſalſo.

Signa diſinterie ⁊ excoriatōis q̄ fit ex colera ſi fuerit leſio in ſuꝑioribus īteſtinis ⁊ fuerit abſqȝ putrefactōe et nō antiq̄ ſūt pūctura ī vētre ⁊ egeſtio ī q̄ ſūt viſcoſitates et mucillago ⁊ dolor ſup vmbilicū: et ꝙ deſcēdit ſex poſt dolorē ⁊ pūcturā ꝑ horā vnā aut poſt longuȝ tp̄s ⁊ dolor egeſtiōis ē croce⁹ ⁊ ſubſtātia ſubtilis ⁊ ei⁹ dolor ē dolor colere ⁊ ē ſubſtātia coler̄ mixta valde cū fecib⁹ ⁊ mucillaginib⁹ ⁊ ſupfluitatib⁹ ꝓpt̄ lōgū trāſitum cū eiſdē. Si aūt fuerit in ſuꝑiorib⁹ inteſtinis ⁊ fuerit cum putrefactiōe ⁊ fuerit antiq̄ erūt cū mucillagine ſanies ⁊ ſanguis ⁊ erūt iſta mixta multū ad inuicē ⁊ cū fece ⁊ erūt cū ea triſticia ⁊ ſitis. ⁊ ſi cū iſtis ſignis dictis ⁊ dicēdis fuerit vrina ⁊ color ⁊ habitudo et cōplexio ⁊ pulſus ſignificantia colerā tūc ſigna magȝ nota erūt. Si āt materia vel excoriatio fuerit ī inteſtinis īferiorib⁹ nō erit mixtio ſupfluitatū ⁊ fecis ad inuicē ꝓꝑ trāſitū breuē: ⁊ ſeq̄t̄ exituȝ fecis punctura. Si aūt fuerit abſqȝ ſanie ⁊ cū ſanguine videt̄ ꝙ egritudo ſit noua. Si aūt cū ſanie ⁊ ſāguine fuerit magȝ antiq̄ iudicabit̄: Et ſi ad dolorē vmbilici ⁊ pūcturā ſeq̄t̄ fecis exit⁹ ⁊ ſupfluitatuȝ erit abſqȝ dubio egritudo in īferiorib⁹ inteſtinis. In alijs ſignis oīb⁹ eq̄t̄ ſuꝑiori. Signa diſinterie vel excoriatiōis q̄ fit ex colera nigra vl' melācolia ſunt pūctura aſſidua ⁊ egeſtio nigra ex q̄ cū de ea ī terra ꝓijcit̄ bulit ⁊ odorat̄ ex ea odor aceti ⁊ ſi fuerit ī ſuꝑiorib⁹ inteſtinis: mixto ei⁹. ſ. melācolie ē multū cū fecib⁹ et nō emittit̄ ſtatiȝ poſt dolorē ſȝ ꝑ tp̄s aut horā. Si aūt fuerit ī īteſtinis īferiorib⁹ ſtati poſt dolorē emittitur extra ⁊ nō ē ammixtio ei⁹ cū fece neqȝ ſupfluitatib⁹ tūc egritudo erit ī inferioribus īteſtinis: ⁊ ſi color vrine ⁊ cōplexio ⁊ habitudo ⁊ vſus reꝝ generātiū melācoliā ꝯuenit ſup dominiū melācolie veriora ⁊ magis manifeſta erūt ſigna: q̄ egritudo ſi antiq̄ fuerit nūqȝ curabit̄ ſi vō noua curat̄ ſȝ Almā. ẽm Hypo. iiij. particula Amphoriſmoꝝ nō curat̄ ſiue noua fuerit ſiue antiq̄ dicit .n. diſinteria ſi a felle nigro īcohauerit mortale ē: ⁊ alio mō. egritudinibus qbuſcūqȝ īcipiētib⁹ ſi fel nigrū aut ſurſuȝ aut deorſuȝ exierit mortale. ⁊ h̄ ē veꝝ ſi cepit cū vlcere vl' excoriatōe manifeſta: ⁊ illud vult Hipo. ſi aūt incepit nō cuȝ vlcere vel manifeſta excoriatiōe ⁊ cito cū cura diligēti ſubueniat̄ bñ curabit̄. ⁊ h̄ intendit Almā. cū alijs. q̄ curā ei⁹ ponūt.

Signa diſinterie ⁊ excoriatiōis q̄ fit ex flegmate ſalſo ſicut ꝙ accidit poſt corizā ⁊ catarrū ⁊ nō ē cū ea ī egeſtiōe ſanies plurima neqȝ colera neqȝ rubedo neqȝ viriditas: imo flegma ⁊ viſcoſitates: neqȝ multa acuitas in ē q̄ pungat multū ⁊ vētoſitas cū ea ē plurima: ⁊ ſi fuerit īſuꝑiorib⁹ vel īferiorib⁹ īteſtinis accidit d̄ ammixtiōe cū fecib⁹ ⁊ de diuerſione vt dictū ē in alijs ſi hēret pruritū vel ſcabiē vel habuiſſet in preterito eſſet fortius ſignum ſuper hoc.

Cura diſinterie q̄ fit ex colera pura ē vt ꝯfortent̄ īteſtina ⁊ ſtomach⁹ cum puluere de bolo q̄ ſic fit. ℞. pſilij aſſari. ʒ. xx. arnogloſa. ʒ. x. gūmi: boli armeni añ. ʒ. xx. ſe. portulace ſe. mirti añ. ʒ. x. terant̄ et fit doſis. ʒ. iij. ī mane ⁊ ante cenā cū rob de citonijs. Nutriat̄ cū vitellis ouorum rizo aut ſucco ordei aut cum lacte in quo extinctuȝ ſit ferrū aut lapis ignit⁹. ꝯdiant̄ iſta cibaria cū adipe renū capraꝝ vl' edi: bibat rob cito-

riorum vel ſirupum cum aqua decoctionis mirtorum aut ſumac vel berberis. Si autem iſta non conferūt mundificetur ſtomacus ⁊ inteſtina cū decoctione q̄ fit ex mirobolanis ci. emblicis ⁊ berberis: ⁊ nutriatur cū diete dicta paluis aſſatis ⁊ auibus non degentibus in aquis: vel coctis in teſtulla vel paſtillo. nutritis ⁊ cōditis cum vitellis ouorū ⁊ agreſta aut mirtis: ſeu ſucco citoniorum vel cū neſpilis ſorbis: ⁊ his ſimilibus ⁊ cum puluere facto ex cinamomo cardamomo mirtis ⁊ croco ⁊ aliquantulo aceti. Scias ꝙ acetum valde malum eſt per ſe ⁊ cum alijs rebus ſi ibi fuerit excoriatio quia vlcerat ⁊ corodit. ſed ſi non fuerit cū excoriatione non nocet in fluxu colerico ſi miſceatur cum ſuis cōdimentis q: deſtruit coleram. poſſet comederē vitellos ouorꝫ coctos i aceto cū ſuis corticibꝰ ⁊ pſe ⁊ cū ſuis ꝯdimētis dictis. fiāt cliſteria mūdificatiua ⁊ incarnatiuaq̄ fiunt ex aq̄ mellis ⁊ vitellis ouorꝫ ⁊ adipe renum: caprarum vel edi ⁊ ſunt tepida bora ſuppoſitionis ad que cliſteria mundificatiua ⁊ incarnatiua ſuccedant confortatiua ⁊ conſtrictiua que fiunt ex aqua decoctionis mirtorum fabe vel ſumac cum qua aqua miſceantur adeps renum caprarum: vel edi ⁊ puluis boliarmeni dictis ſuperius in eodem. c. poſſet etiam bibere vinum ſtipticum limphatum cuꝫ aquis dictis ita ꝙ aqua ſit dupla ad vinum: ⁊ hec regula curatiōis hꝫ locum in febre ⁊ abſqꝫ febre.

Cura deſinterie que fit ex melancolia eſt vt vitet acetum omnino ⁊ condimentum ꝙ fit ex eo: ⁊ cōedat vitellos ouorum ⁊ cibum de rizo conditūꝫ cū adipe renum caprarum ⁊ edi ⁊ amigdalis frixis ⁊ cū papauere ⁊ portulacis ⁊ eius ſeminibus ⁊ cum ſemine ameos ⁊ aniſi. Bibat ſirupum de pirris vel de citonis cū aqua pluuialis vel de ciſterna: aut aqua mirtorum vel de ſumac. comedat ſuccum ordei vel auene bibat aliquādo vinum ſtipticum cum aquis dictis ſumat ſirupum de nenuſare vel de roſiſ cum puluere boliarmeni. poſtea ſi fuerit neceſſarium q: non curatur mundificetur cuꝫ. ʒ. j. reubarbari ⁊ aqua decoctionis ſene ⁊ epitimi ⁊ miro. indorꝫ aniſi ⁊ ameos mundificetur ſepe cum cliſteribus mundiſicatiuis factis ex aqua mellis ⁊ adipe pinguedinis renū capre. vel edi ⁊ fiat hoc in die bis aut ter poſtea fiant cliſteria cōſtrictiua cum aqua decoctionis eupatorij ſucci barbe incine ⁊ glandium ⁊ rizi abluti in aqua ponatur de puluere qui ſic fit. ℞. turis ſan. dra. ceruſe litargirij añ. ʒ. j. opij. ℈. j. ⁊ addantur cum iſto puluere duo vitelli ouorum vel tres: ⁊ fiat cliſtere mundificatiuum vna vice ⁊ conſtrictiuum alia: ⁊ ita in omni fluxus ventris fiāt cliſteria prius mundificatiua vice vna ⁊ conſtrictiua vice alia. Confortentur cum cibis dictis ſuperius in quibus nullo modo ponatur acetum: alia omnia ſic.

Cura deſinterie que fit ex flegmate ſalſo eſt vt bibat aquam decoctionis ſumac ⁊ ordei cum ſirupo de citonijs vel aquā decoctionis mirtorum ⁊ ameos et aniſi cum eiſdem ſirupis: ⁊ comedat rizum conditū cū adipe renum caprarum vel edi: ⁊ vitellis ouorꝫ ⁊ lac in quo extincta ſint lapides igniti ⁊ ferrum: carnes cōditas ⁊ conditas vt dictū eſt. c. illo ſupra cliſtericetur bis vel ter in die cum cliſteri facto ex aqua decoctionis ſicle polipodij ſumiterre mellis ⁊ ordei ⁊ cum oleo d̄ maſtice. vel oleo de camomilla aut aq̄ mellis ⁊ ſicle poſt illa ſucceſſiue fiant cliſteria cum aqua decoctionis ſumac mirtilorꝫ ⁊ boliarmeni i qua diſſoluāt troc. ſtelle: vel troc. de ſpodio aut pulſus de bolo. ſumat ſepe i auro duos troc. ſtelle cū ſirupo de citonijs vel de mirto: ⁊ aqua decoctionis mirtilorꝫ vel neſpilorum ⁊ ſimilium: ⁊ ponat medicus in iſtis cliſteribus ſi pticis et conſtrictiuis ſemper vitellos ouorum ⁊ pinguedine renum capre ⁊ edi ⁊ aliquātulum vini ſtiptici. Sciendū eſt hic ꝙ cliſteria mundificatiua ⁊ incarnatiua fiāt cōſtrictiua in omni fluxu ventris ⁊ diſinteria que fit vitio inferiorum inteſtinorum plus valent ⁊ conferunt ꝙ quando fit vitio ſuperiorum inteſtinorum. Medicine vero que ſumuntur per os magis valent quando fluxus vel deſinteria aut excoriatio fit vitio ſuperiorum ꝙ econuerſo. regula iſta eſt vtilis cum ſe. etiā in iſto caſu maltotiens curauimus de iſto fluxu ventris ⁊ diſinteria facta mundificatione cum cliſteri lenitiuo ⁊ mundificatiuo ſolum cum cliſteri facto cuꝫ vino rubeo ſtiptico decoctionis mirtilorum ⁊ cum rubeis ouorum: ⁊ hoc vltime valet in tenaſmone.

Capitulum. cxxxv. de excoriatione ⁊ teneſmone.

Enaſinone eſt difficultas aſſellandum cum conamine ⁊ pondere ſemper fit ex dominio flegmatis viſcoſi aderentis inteſtino cui admixtum ē aliqd colere mordicātis ⁊ voluntatem aſſellandi excitātis ⁊ huic volūtati viſcoſitas humoralis obedit: ⁊ ſic inaſcitur diuerſitatas motus illo caſu ex diuerſitate cauſarū dictarꝫ ⁊ fit dolor in loco ⁊ grauitas. Excoriatio fit ex cauſis dictis ſuperius

Signa Tenaſmonis ſunt frequentia aſſellationis pauce vt ſputum ⁊ dolor ledens proprie anum: ⁊ illud cum quo egreditur egeſtio non eſt pmixtū cū fece: ⁊ iuuatur habētes ſuperpoſitione colirij pluſqꝫ reliquis curationibꝰ: ⁊ ſi eſt ibi excoriatio noua emittitur ſanguis manifeſte. Si vero vetus fuerit ſanies cum ſanguine vel per ſe nō mixta cum fece. firmandum eſt hic quod in oī fluxu ventris ad quē ſequitur aleuiatio ſiue cū fe. ſiue abſqꝫ febre ſiue ſit accidens ſiue egritudo p ſe aut medicinaliſ eſt ſignificatio ſuper bonū in futuro. Si vero ad ipſuꝫ non ſequitur aleuiatio in parte neqꝫ in toto: eſt mali ſignificatio ſuper futurum ⁊ timenda: ⁊ ſi conſtringeretē in augmento debilitatis virtutis mors i proximo expectabitur abſqꝫ dubio. nam talis cōſtrictio ſignificat ꝙ natura in ſuis operationibus eſt deſtructa: ⁊ ꝙ nullum poſſe hꝫ cōtra accidēs vel infirmitateꝫ vel corpꝰ natura: ⁊ per hoc nihil expelliſ vel expelli poteſt extra eo ꝙ accidens vel īfirmitas principia naturalia itrinſeca intenat deſtruere ⁊ poteſt.

Cura Tenaſmonis eſt vt ſedeat infirmuſ ter vel quater in die in aqua calida decoctionis lentiū: ameos: floris camomille melliloti aneti ⁊ ſupponatur poſtqꝫ exierit ab aqua licinū quod ſic fit ℞. croci thuris mirre licij. añ. ʒ. j. opij. ʒ. ß. fiāt licinia paruar in pondere. ℈. j. ⁊ ſupponatur. hoc enim licinium dolorem ſedat ⁊ ſomnū inducit. Et ſciaſ ꝙ ſōnus in fluxu ⁊ tenaſmone eſt de melioribus rebꝰ ſumat etiam in mane vnum de troc. qui ſic fiunt. ℞. ſe. iuſqami. ʒ. ij. ſe. an. ti. ſe. fenicli añ. ʒ. v. ameos. ʒ. ii. ß. opij ʒ. j. ſe. apij. ʒ. x. fiant trociſ. cuꝫ vino ponderis. ʒ. j. vel aurei. ⁊ adminiſtratur cum rob vel ſyrupo de citonijs Mundificetur cum cliſteribus mundificatiuis dictis in diſinteria ex flegmate ſalſo ⁊ cum conſtrictiuis. ſumat per os decoctionem que ſic fit. ℞. mirabolanorū citrinorum ⁊ emblicorūꝫ añ. ʒ. vi. aneti feniculi: ameos añ. ʒ. j. piſtentur ⁊ bulliant in. ℥. viij. aque donec cōſumpte ſint partes due: coletur ⁊ colatura illa addatur ʒ. ij. rob vel ſirupi de citonijs ⁊ detur ante diem purgando cauſam conſtringēte tenaſmonem. Regatur cum dieta ⁊ potu dictis in cura diſinterie ex flegmate ſalſo.

Capitulum. cxxxvj. de vermibus in inteſtinis et ano.

Ermes quidam Sunt parui ⁊ quidā lati ⁊ alij longi. longi naſcuntur in ſubtilibus ⁊ ſuperioribus inteſtinis lati naſcuntur in inferioribus ⁊ groſſis inteſtinis: parui in ano ⁊ longatione. Ubicūqꝫ fiant vel naſcantur cauſa vel materia omnium eſt flegma viſcoſum ⁊ humiditates male que generātur e:

fructibus ⁊ malis ⁊ groſſis cibarijs per viam indigeſtionis ⁊ guloſitas ⁊ multiplicatio ciborum in quantitate impediendo digeſtionem. dant cauſam ad hoc.

Signa Vermium paruorum qui ſunt i ano ⁊ longationis fine ſunt pruritū in ano ⁊ commotio: ⁊ apparent aliquando extra in modum vermium caſei.

Signa latorum ⁊ longorum qui in īteſtinis groſſis lōgis naſcunt̄ ſunt citrinitas coloris vel palliditas ⁊ velocitas cōmotionis famis ⁊ ipſius tolerantie paruitas ⁊ vehementia mordicationis ⁊ ſincopis ⁊ dolor in ventre tempore famis ⁊ ſenſibilitas eleuationis eorum ⁊ inuolutionis ipſorum in illa hora ⁊ aqua currens ex ore ⁊ egreſſio eorum ex inferiorum regiōe aut ſuperiore cum labor adeſt aut fe. acuta: ⁊ cum accidit dolor in ventre vehemens facit incurrere remiſſionem epilenſie ⁊ ſincopi ⁊ ſpaſmo ⁊ mortaliſſimo multotiens interficiunt ꝓp ſuam vehementiam ⁊ prurit⁹ naſi ⁊ fricatio inordinata ipſius ⁊ oculorum concauitas ⁊ ſentitur odor vermium in anelitu manifeſte.

Cura Vermium qui in fine longatiōis ⁊ ano naſcuntur ⁊ apparent eſt vt abluat̄ locus cum aqua ſalſa vel marina cal. actu: ⁊ ſupponere oleum ablutū quouſq; fiat album aut vngere locū cū oleo de perſicis vel de amigdalis amaris cōfert etiā multū: lauare locū cū aqua rute vel abſinthij aut calamenti vel lupinorum ſeu perſicarie vel matricarie cōfert multum: ⁊ eſt conueniens tangere extra ⁊ intra cū felle vacino ⁊ ſimilibus aut cū oleo ro. in quo ſit aliquid de aloes aut cū aloe mixto cū oleo de amigdalis amaris aut nucleis perſicorū. mundificetur ſi eſt poſſibile cū cliſteri facto ex aqua abſinthij ⁊ oleo aliquo ex dictis ⁊ aloe vel pigra ⁊ aliquantulo ſalis. Bibat vinum album limphatum ⁊ comedat res aſſatas ⁊ aues bone carnis ⁊ alea cocta.

Cura vermium longorum ⁊ latorum q̄ īteſtinis naſcuntur eſt q: oportet in primis vt non cibetur ante tertiā ⁊ toleret famem donec laboret labore conuenienti ſuper famē deinde ſorbeat aliquid lactiſſima vt cum fecerit illud duobus aut tribus diebus diſſoluat̄ medicamē in lacte cum aliquantulo aceti quod ſic fit. ℞. corticis citri ⁊ ſe. git ⁊ nigelle turbit añ. ʒ. ij. farine lupinorum. ʒ. j. ſticados arabici. ʒ. ß. conficiātur oia illa cum aceto ſimul ⁊ dātur. ʒ. iiij. cū lacte quando fames eſt valida. Aliud quod eſt melius ⁊ leuius. ℞. farine lupinorum. ℥. ij. centonici. ℥. iiij. fiat puluis cribelatus ⁊ conficiantur cum melle et dantur. ℥. iiij. añ diem cum aqua vel vino. Abſtineat ab vnctuoſis ⁊ dulcibus ⁊ viſcoſis ⁊ groſſis generantibus materiā dictam ſicut a paſta ⁊ cibarijs que fiunt ex ea piſcibus ⁊ faſeolis ⁊ fructibus humidis. Bibat vinum album limphatum odoriferum ⁊ bñ limphatū ſi eſt cū fe. īfirmus. Vngatur venter quotidie cum oleo quod ſic fit. ℞. olei ro. vel de ruta aut de amig. ama. vel de nucleis perſicorū. ℥. iij. aceti. ℥. ß. pulpe coloquintide rute fellis vacini aloes añ. ʒ. iij. fit aūt hoc vnguentum ſolum ex aliquo oleorum vel oleo ro. mixto cū aleo et aliquantulo aceti: ⁊ ſuper vnctionē ponat̄ emplaſtrum quod ſic fit. ℞. abſinthij rute añ. m. j. piſtētur ⁊ coquātur cum aceto ⁊ cū eis miſceat̄ de farina lupinorū ⁊ ponat̄ calidū ſup vētrē. purgant̄ ēt pueri ⁊ maiores cum aqua que ſic fit. ℞. medulle caſſie fiſtule. ℥. j. diſſoluatur cum. ℥. iij. aque decoctionis turbit in maioribus ⁊ colentur ⁊ datur ante diē. In infantibus ⁊ lactātibus diſſoluatur cū. ℥. ij. aque decoctionis nucleorum perſici vel amig. ama. ſola aqua decoctionis amigd. ama. vel nucleorum pſicorū poſtq̄ bene piſtata fuerint expellit vermes lactantiū vel puerorum ⁊ inunctio dicta. Comedat res aſſatas vel conditas cū agreſta aut aceto ⁊ ſale ⁊ bibat vt dictū eſt: vel bibat aquā decoctiōis nucleorum pſici in qua aliquid aceti ponatur.

Capitulm. cxxxvij. de debilitate renum.

Ebilitas renum fit aliquando ex alteratione cōplexionis aliquando ab extenuatione eorum: aliquādo ꝓp dilatationem viarum ita q̄ ſuperfluitates decurrunt pluſq̄ debeāt ad ipſos: ⁊ ſūt groſſe albe mixte cum rubedine.

Signa Debilitatis renum ex cōplexione ſunt ſigna ſignificantia caliditatem aut frigiditatem renum vt loci caliditas vel frigi. cū dolore: ⁊ quod vſus rerum calidarū aut fri. nocet aut cōfert: ⁊ coloratio aut diſcoloratio vrine cū multitudine vel paucitate: nā multa vrina ⁊ ſitis continua caliditatem renum ſignificant: ⁊ ſi cum hoc non humectatur os per potum aque: ⁊ ſemper mingit poſt potū aque: ⁊ vrina fuerit alba ſubtil' quaſi aq̄ ⁊ caro minuit̄ ⁊ tunc verius caliditatē renū ſignificabūt: ⁊ eſt timendum ne iſte ad eticham conuertatur contraria ſigna frigiditatem.

Singa debilitatis ꝓp extenuationē ſūt ſigna ſignificantia extenuationem corporis ſicut ſitis ē extenuatio mēbrorum ⁊ q̄ vſus rerum impinguantium corpus confert: ⁊ q̄ vrina ē multa limpida ⁊ alba ⁊ abſq; ſuperfluitatibus cōtentis in ipſa.

Signa debilitatis renum ꝓp dilatationem viarū p quas humores ⁊ ſuperfluitates mādant̄ ad renes ſunt q̄ vrina apparet cū ſuperfluitatibus albis vel rubeis in modū loture carnis: ⁊ abſq; dolore ſenſibili q̄ſ: ſ; ſentit in dorſo aliquē dolorē non intenſum: ⁊ paucitas appetitus coitus ⁊ q̄ mingit ſepe ſuperfluitates dictas cū vrina pauca vt plurimū.

In cura debilitatis renum ex cōplexione ſciendū eſt q̄ debilitas ex iſta cā magis māſiua ⁊ ꝑſeuerās eſt q̄ ex cauſis alijs: ⁊ deterius curatur. Si autē debilitas fuerit ex ꝯplexiōe fri. ꝯfortētur renes cū oleo de ſpica ⁊ oleo d̄ maſtice mixtis cū cera i modū vnguēti ⁊ nutriatur cum carnibus caſtrati arietis ⁊ edi cocti cum feniculo petroſelino ⁊ boragine: ⁊ carnibus auiū coctis in paſtillo ⁊ teſtula aut veru conditis cum inēta petroſelino ⁊ ſinapi factis cum rob aut puluere ſpērū qui ſic fit. ℞. piperis longi. ʒ. ij. cinamomi. ʒ. j. ameos amomi añ. ℈. j. cardamomi garioſilorum nucis mus. añ. ʒ. j. ß. croci. ʒ. ß. fiat puluis cribelatus. Bibat vinum album clarum odoriferum medie rubedinis limphatum cum aqua decoctionis melis ⁊ galange. cōedat ēt vitellos ouorū ꝯditos cū ſpēbus dictis ⁊ de herbis feniculū petroſilinū boraginē ⁊ mētā ⁊ ſclareā.

Si materia fuerit ibi frigida apparens vel ſecans mundificetur cum aqua decoctionis turbit ⁊ reubarbari ſcolopendrie ſe. apij ⁊ ameos ⁊ dulcoretur cū melle aut melle ro. Super renes fiat emplaſtrum cū cera ⁊ laudano: maſtice mirra vernice ⁊ ture ⁊ oleo de maſtice. Si aūt non curaretur per hoc fiat cauterium ſuper locū vbi ſentitur dolor ⁊ non imprimatur multū ⁊ dimittat̄ aptū lōgo tpe. nā de ꝓprietate tale cauteriū alterat̄ cōplexionē frigidā cū hūore ⁊ abſq; hūore. Si vero debilitas fuerit ex cōplexione calida confortētur renes cum vnctione que fit ex oleo ro. ⁊ cera vel oleo de papauere aut oleo de mirtis ⁊ cera ponat̄ emplaſtrum factū ex ſandalis roſis camphora ⁊ farina ordei ⁊ oleo. ro. ⁊ aliquātulo aceti ſuper ipſos.

Si autem materia fuerit preſens calida mūdificetur corpus cū aqua decoctionis reubarbari lacticarum ⁊ endiuie ro. ⁊ cicoree: vel ſe. cucurbitarum melo. ⁊ citrulli ⁊ dulcoretur illa aqua cum zucaro vel rob. Nutriatur cum carnibus dictis conditis ⁊ coctis cū agreſta ⁊ ſucco berberis vel de gra. uel cucurbitis lactucis endiuijs ⁊ rapis. nā rape valde vtiles ſūt in hoc caſu. Bibat vinum ſtipticum limphatū cum aqua fri. aut cū aqua decoctionis endiuie lactucarum roſarū mirtilorum cucurbitarum ⁊ ſimilium. Comedat etiā rapas ⁊ cucurbitas farrum rizum ⁊ vitellos ouorū cō

ditos cũ lacte amigd. ⁊ agreſta ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ vino de gra. vel ſucco berberis ſeu mirtiloꝝ. ⁊ de berberis comedat poꝛtulacas lactucas ⁊ endiuiã ⁊ cõdiãtur cũ eiſdẽ reb⁹: ⁊ coꝛpoꝛe ſupino iaceat ſup terrã frigidã ita ꝙ renes tangãt terrã: ⁊ ſuper lectos frigidos de roſis ⁊ pſilio.

Cura Debilitatis ꝑꝑ extenuationẽ eſt eadẽ cum cura debilitatis ſtomaci ex domi nio ſiccitatis: preter ꝙ vnctiones que fiunt circa ſtõm in cura iſta fiunt circa renes ⁊ ſpinã in iſta: ⁊ ꝑꝑ hec cu ra illius requiraꝫ illic. Vngat̃ ſepe renes ⁊ ſpina tota cuꝫ populeone ⁊ oleo. ro. mixtis ⁊ comedat bꝛodia gal linarum pinguũ ⁊ ſimiliũ ſumat ſepe reſtauratiuũ mix tum cũ diadraganto. ⁊ abſtineat a coitu tãꝗ̃ a re moꝛ tali ⁊ deſtruente.

Curã debilitati ⁊ renũ propter dilatationẽ mea tuũ eſt vt vngat̃ renes cũ oleo de mirtis ⁊ oleo de ma ſtice mirtis cũ cera: ⁊ ſuper renes ponatur emplaſtrũ factũ ex ſandal' mumia bolo armeno ⁊ ſandal' ⁊ roſis ⁊ oleo ro. ⁊ dragantis gummi arabico ⁊ farina oꝛdei ⁊ aliquantulo aceti. Comedat carnes auium vel aialiuꝫ conditas cum agreſta aut vino de gra. vel ſumac ber beris aut de mirtis ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ puluere de mir tis ⁊ cinamomo. Bibat vinum ſtipticum limphatuꝫ cum aqua veri frigoꝛis: aut cum aqua mirtiloꝛum vł berberis. Fiat flobotomia de pede ex eadeꝫ parte do loꝛis ſi coꝛpus non fuerit plectoꝛicum: ſi vero coꝛpus plectoꝛicum fuerit fiat de contrario pede. Vtat̃ ſepe trociſcis ſtelle vel de ſpodio aut de berbere cum aquis dictis ⁊ vino. Comedat rizum farrum ⁊ farinaꝫ oꝛdei ⁊ paucum de faba conditum cum agreſta vel vino de granatis: ⁊ puluere ſupꝛadicto. Abſtineat a ꝓuocanti bus vrinã ⁊ coitu oĩo.

Capitulum: cxxxviij. de lapide in renibus.

Lapis in renibus et vbi

cunqꝫ fiat ſemper fit ex materia viſco ſa in qua caloꝛ agit foꝛtiter ⁊ eam mu tat in lapidem ſicut apparet in lapide qui fit in foꝛnace.

Signa lapis in renibus ſunt doloꝛ ſimul co lice: ⁊ illud eſt quoniã natura cum eo conſtringitur ⁊ commouetur nauſea vel ſincopiſ: ⁊ ſentitur doloꝛ in ylijs ⁊ oꝫ vt diſtinguat̃ inter doloꝛẽ yliorum ꝑꝑ lapidem renũ ⁊ doloꝛem yliorum q fit ex ipſa yliaca per vrinam: cũ enĩ eſt in vrina ſicut are na: aut ꝺ ꝯſuetudine egri eſt vt mingat poſt talem do loꝛem harenã vel lapides: aut minxit añ illã per ali quos mẽſes vrinã nigram cum qua fuit doloꝛ in reni bus vel turbulentia tũc eſt lapis in veritate. Si vero non fuerit aliquod iſtoꝛum ſignoꝛum tunc doloꝛ poſt ſa cietatem nauſeatiuã eſt ſignificatio colice ⁊ etiam nau ſea quãuis antecedat lapidem: plus eſt cum colica ꝙ̃ cum lapide: ⁊ locus doloꝛis vẽtris in colica eſt ampli oꝛ ⁊ ad anterioꝛa decliuioꝛ: ſed in lapide q eſt i renib⁹ eſt locus eius minoꝛ ⁊ ad poſterioꝛa decliuioꝛ ⁊ iterũ doloꝛ colice permutatur doloꝛ vero renũ nõ permuta tur. Similiter ſignificatio lapidiſ renũ eſt doloꝛ in re nibus ⁊ circa ⁊ ylijs ⁊ emũctoꝛijs cum grauitate ⁊ opi latione ita vt quaſi aliquid ſit ſuſpẽſum in eis.

Cura lapidis in renibus vel vijs venienti bus ad veſicam eſt vt fiat cliſtere lenti uum de quo fecimus metioneꝫ tractatu de colica: ⁊ ſit hoc cliſtere multũ vntuoſuꝫ ⁊ pingue pluſquã aquꝫ quia quãuis non vadat ꝑ loca aut ad loca in quib⁹ la pis continetur: vel per q̃ tranſit in aleuiando inteſtina a ſuperfluitatibus que loca illa cõpꝛimũt: melius di latantur emunctoꝛia ⁊ vie vrine ⁊ ſic liberius ⁊ ſuaui us deſcendente põt lapis ad veſicam ⁊ non eſt incon ueniens iterare talia vſqꝫ ad doloꝛis ceſſationem ⁊ la pidis deſcenſionem. Ingrediatur eger balneum aq̃ decoctiõis aneti: floꝛũ camomille melliloti apij ⁊ mal uaruꝫ ⁊ mercoꝛelle: dauci ⁊ ciceris ſacerdotalis. Fiãt vnctiones circa renes ⁊ ventrem ⁊ loca doloꝛoſa cuꝫ oleo de ſpica vel de lilio ⁊ oleo anetino ⁊ de camomil la ⁊ oleo de ſcoꝛpionum: equitet equũ q nõ ſuauiter a cedat ⁊ deſcendat de gradu in gradũ ſuper ſcalam foꝛ titer aut ſaltet foꝛtiter ſup vnũ ſuoꝝ pedũ. ſumat ſepe caſſiã fi. cũ aq̃ decoctionis cauliũ ⁊ ſe. apij lactucarũ ſcariole ⁊ cicoꝛe ⁊ petroſelini ⁊ ciceris ſacerdotalis. ⁊ ſaxifragie quia facit lubꝛicare lapidem ad veſicaꝫ. po nat emplaſtruꝫ ſuper ylia quod fit ex maluauiſco pre parato ſe. lini farina fenugreci ⁊ aneti mixtis ⁊ icoꝛpo ratis cum oleis de aneto ⁊ camomilla ⁊ mucillagine malue ⁊ mercoꝛelle: ſumat etiaꝫ aqua decoctiõis apij petroſelini ameos amomi carui dauci milij ſolis ſaxi fragie ciceris ſacerdotalis lactucarum endiuie capari ciperi ⁊ cicoꝛee: vel per ſe aut cũ aliqua de medicinis que frangunt lapidem quas inferius dicem⁹. Bibat vi nũ album limphatũ cũ aqua dicta aut cũ aqua decoc tionis apij milij ſol' endiuie ⁊ ciceris ſacerdotalis: ⁊ ci coꝛee ⁊ mellis. Comedat carnes arietis annalis vel caſtrati aut edi vel auium decoctas cuꝫ feniculo ⁊ pe troſelino: ſpinachijs vel boꝛagine. Comedat cuꝫ eis ſinapim cõditũ cũ rob. moueatur pedibus continue ⁊ currat ſecundũ ꝙ eſt poſſibile: nã iſta faciunt deſcen dere lapidẽ ad veſicam cũ alijs dictis. Cuꝫ ergo egre ditur lapis in vrina ⁊ non ſequitur ipſum mictus ſan guinis bonũ ẽ quia ſignificat ꝙ lapis eſt leuis ⁊ par uus ſed quando ſequitur ipſum mict⁹ ſanguinis tũc curetur cum medicamine quod faciemus in excoꝛia tione emunctoꝛioꝛum ⁊ veſice: ⁊ cuꝫ flebotomia ſaphe ne vel ſaluatelle.

Et ſi lapis peruenerit in meatib⁹ virge ⁊ eſt ma gnus ita ꝙ non exit aut eſt conuerſus ſecũdũ latitudi nẽ. ponatur tunc virga in aqua calida decoctionis vio larum ⁊ maluarum ⁊ olei violati ⁊ ponat̃ in foꝛamie virge oleum violatum vel de aneto cum mucillagine altee vel ſe. lini: ⁊ fricetur locus in quo ſentitur lapis vel contineretur ⁊ expellat̃ ad iterioꝛa vice vna poſt aliam donec egrediatur: ꝙ ſi nõ egreditur per viam iſtam ⁊ ſentiatur in virga ⁊ doloꝛ augmẽtatur ⁊ fit foꝛ tio ⁊ apoſtematur locus tunc ſcindatur locus i quo cõ tinetur lapis ⁊ extrahatur ⁊ poſtea conglutinetur loc⁹ inciſus cum maſtice ⁊ bolo ⁊ albumine oui ⁊ conſolide tur.

Capitulum. cxxxix. de apoſtematibus renum.

Apoſtema in renibus et

alijs locis ſemper fit ex materia curren te per venas ad locum apoſtemoſum.

Signa apoſtematis in renibus ſunt ꝙ in principio ſui ſentitur fe. permixta ñ habens paroxiſmum cũ oꝛipilatione vel rigoꝛe mani feſtum ⁊ ſentit infirmus grauitatem cum iacet ſupin⁹ in renibus ſiue doꝛſo ⁊ impeditur vrine tranſit⁹ ⁊ vi detur poſt tẽpus ꝙ circa epar fiat aliqua eminentia.

Cura eius eſt vt in principio fiat flobotomia de vena pedis eiuſdem lateris ad qđ doloꝛ magis inclinare videtur que eſt inter auricularẽ ⁊ anularem digitũ ⁊ ſumat in potu aquã ſe. poꝛtulace endi. lactucaruꝫ ⁊ cucurbite dulcoꝛatã cũ zucharo vio. aut cũ ſirupo de nenufare ⁊ aqua citruloꝛum ⁊ melo nũ ⁊ cucumaris ⁊ vngatur loc⁹ cũ oleo vio. vel de ne nufare. Comedat poꝛtulacas lactucas endiuias cucur bitas ⁊ melones ſpinachias ⁊ attriplices ⁊ condiant̃ cũ oleo vio. vel de nenufare: aut cũ lacte amig. dulciũ aut aquã oꝛdei vel cibarium factũ ex farina eius vel auene cum oleis dictis vel lacte amigdalarum dulci um. Cuꝫ ergo feceris illũd vſqꝫ ad dies vij. vel. viij. ⁊ febꝛis minuitur ⁊ non ſanatur infirmus: aut etiã ſi a principio febꝛis non fuerit multum inteñſa da ei in po tu aqua decoctionis oꝛdei ⁊ ſe. altee ⁊ malue ⁊ ſcario le vel cicoꝛee ⁊ vnge locũ cũ oleo de camomilla ⁊ ane-

ro vel de ſemine lini. ⁊ pone: ⁊ emplaſtrum matura-
tiuum quod fit ex maluauiſco ⁊ farina fenugreci ⁊ ſe.
lini: ⁊ pinguedine porci vel butiro: vel fiat emplaſtrū
cum farina fenugreci ſe. lini. ⁊ ordei: ⁊ frumenti mix-
tis ⁊ ꝯditis ⁊ coctis cum oleo camomellio ⁊ anetino ⁊
de ſemine lini. Mundificetur ſepe cum aqua decoctō
nis manne caſie fiſtule: ⁊ reubarbari ⁊ ſe. lactucarum
⁊ cicoree ⁊ ſimilium. Cumqȝ ſedatur dolor totius ⁊ re-
manet grauitas tunc precipe infirmo vt ſaltet ſuper
pedes ⁊ deſcendat per gradus ſcalarum ⁊ moue dorſū
renum vbi eſt grauitas leuiter cōprimendo etiam for
titer ſi ſaniem non inceperit mingere.
Si autem ſaniem mingere inceperit: eris excuſatus
a fricationibus ⁊ compreſſionibus fortibus ⁊ leuibus
⁊ tunc cum minxerit ſaniem da ei in potu mundifica
tiuū vice vna: ⁊ cōſolidatiuū vice alia ⁊ fiat ſic conti-
nue donec facta ſit conſolidatio ⁊ mundificatio: ſicut
mundificatiuum quod fit ex aqua mellis in quo po-
nitur ſemē apij ⁊ lactucarum ⁊ ciceris ſacerdotalis ⁊ gū-
mi arabicū qd datur cū trociſ. alkekengi ⁊ cōſolidati
uum ſicut electuariū de thure vel trociſcos de bolo q
dantur poſt mūdificationem cā conſolidationis ⁊ etiā
alia mundificatiua ⁊ cōſolidatiua que faciemus. c. de
vlcere renum ⁊ veſice. Bibat vinū limphatum albuȝ
cū aqua decoctionis mellis ro. ⁊ gūmi ara. ⁊ milij ſolis
⁊ ameos ⁊ ciperi ⁊ ciceris ſacerdotalis. Comedat car
nes animalium ⁊ auium coctas ⁊ conditas cū cucurbi
tis lactucis portulacis: aut cū feniculo petroſelino ⁊ bo
ragine vel ſpinachijs: ⁊ condiantur: ⁊ cum puluere ſpe
cierum ⁊ rob. vel cū ſinapi melle ⁊ rob. Utatur ſepe
lacte ſtomaco ieiunio in quo ponatur mel vel zucharū
Utatur rizo ⁊ rara ⁊ farina ordei cōditis cū lacte ami
gda. vel lacte caprino ſuper renes in extrinſeco pona
tur emplaſtruȝ quod ſic fit. ℞. boli armeni: mirre mu
mie: thuris maſticis. pulueris nucis cipreſſi ⁊ mirti-
lorum añ. ℥. ſ. draganti gūmi arabici ſang. dra. añ. ℥.
iij. miſceantur cum oleo de maſtice ⁊ cera ⁊ extendā
tur ſuper corium ⁊ poſtea coopperiantur ex panno ſub
tili valde ⁊ ſirmatur cū corio bene ⁊ firmiter.

Capitulum. cxl. de duritie in renibus.

Urices in renibus fit

aut poſt apoſtema a quo reſoluitur ſub
tile aut ꝙ incipit ex ſe: ⁊ fit ex materia
g. ꝑſea: vel melancolica vel compoſita
ex his: ⁊ hec egritudo eſt deterior alijs
quia aut male curatur. aut nullo modo curatur.

Signa duritiei in renibus ſunt ꝙ minora-
tur quantitas vrine: ⁊ ꝙ ē grauitas
renum ⁊ ſpine cum aliquo dolore: ⁊ incipit venter in-
flari poſt tempus ⁊ fit idropicus ſecundum dies: ⁊ vt
plurimum fit talis duricies poſt apoſtema calidū in re
nibus ⁊ poſt febrem eius.

Cura duritiei in renibus eſt vt fiat emplaſtrꝫ
de maluauiſco dicto in. c. anteriori ſu-
per renes ⁊ dorſum ⁊ fiat inunctio cum vnguento fa
cto ex adipe anſeris anatis ⁊ gallinarum ⁊ adipe renū
yrci vel edi arietis li. uefactis ⁊ mixtis cū cera ⁊ oleo
de camomilla: aut fiat inunctio ſuper renes ⁊ dorſum
cum medulla oſſis cruris tauri vel vitulli aut cerui.
Bibat bis in die ante prandium ⁊ ante cenaȝ oximel
compoſitū cum aqua decoctionis ordei ⁊ mellis vel
ſe. maluauiſci ⁊ mellis. ⁊ hoc eſt melior. Mundificeť
ſemel in ebdemoda cū aqua decoctionis reubarbari
ſe. malue ⁊ altee ⁊ apij ⁊ dulcoretur cum ſirupo de ne
nufare vel ſirupo vio. Regatur cū dieta vt dictū eſt in
c. ſuperiori in cura apoſtematiſ calidi tempore quo ſe.
minuitur. vel remouetur.

Capitulum. cxlj. de vlceribus in inſtrumētis. ſ. in
ra virgam renes ⁊ minctoria.

Ulcera veſice et renuȝ

fiunt poſt apoſtemata cū conuertuntur
ad ſaniem: aut ex materia acuta vlcerā
te: aut percuſſione ⁊ caſu et fiunt in ve
ſica ⁊ emunctorijs in renibus.

Signa Ulcerum in locis dictis ſunt emiſ-
ſione ſanguinis vel ſaniei. ſed diſti-
guitur. Si aūt vlcus fuerit i veſica ſanies egreditur
ante vrinam ⁊ ſentitur dolor circa veſicam ⁊ femur ⁊
vrina cū difficultate emittitur. Si aūt vlcus fuerit i
emunctorijs vel renibus ſanies emittitur mixta cuȝ
vrina: ſed ſi venerit a renibus ſentitur dolor in q̄rto
modo ſpine verſus caudā ⁊ i dorſo. Si aūt fuerit in
emunctorijs erit dolor circa partem in qua ē vlcus.
Eſt ⁊ aliqua diſtictio vel differentia vlcerū renū ⁊ ve
ſice: quia quod egreditur ex vlceribus renū eſt fruſtruȝ
carnis paruū: ſed ex vlcere veſice egrediuntur corti-
ces vel ſquame ⁊ dolor veſice eſt fortior ꝙ̄ que eſt in
renibus ⁊ in ambobus lateribus renum eſt grauitas
Quando vero vlcus eſt in meatu medio inter veſicā
⁊ renes diſtinguetur per dolorem loci vel punctionem
vel ꝯpoſitionē ſignorū dictorum in vlcerum veſice.

Cura Ulcerum renum ⁊ viarum vrinalium
⁊ veſice eſt eadem ⁊ cū eiſdem fit me-
dicinis Mundificetur locus ſanioſus aut excoriatus
cū aqua mellis: aut cū aqua mellis decoctionis ſe. en-
diuie lactucarum ⁊ cicoree: ciperi ⁊ ciceris ſacerdota-
lis ⁊ ſe. altee vel malue in qua diſſoluantur trociſci al
kekēgi vice vna: ⁊ vice alia ſumat trociſcos cōſolida
tiuos de bolo que ſic fiunt. ℞. boli armeni carabe añ.
℥. v. acatie balauſtie: gūmi arabici ipoquiſtidos añ. ℥.
j. ſ. ſe. apij. iuſquiami añ. ℥. j. fiant trociſci cū ſucco ber
beris vel mirtilorum: ⁊ ſit pondus vniuſcuiuſqȝ. ℥. ij.
datur cum aqua decoctionis mirtilorum vel berberis.
aut ſumat: ⁊ ſcias ꝙ trociſci alkechengi ꝯſolidant ⁊ in
carnāt cū iſtis aqs quos inuenies bono mō i antidotario.
Si aūt vlcus fuerit i veſica vel ſanies iniciatur cū
lacte p ſiringā colliriū albū ꝙ ſic fit. ℞. ceruſe ſarcoco-
le thuris gūmi: amili opij ſanguinis draconis añ. ℥. j.
fiant colliria cū mucilagine altee: ⁊ facta primo mundi
ficatione cum aqua mellis intromiſſa in veſicam cum
ſiringa: ⁊ iniciatur et cū ſiringa intra veſicā ſepe cau-
ſa mūdificationis aqua ficuum vel mellis. Scias hic
ꝙ ea q̄ iniciuntur cū ſiringa i veſicā magis valet in vl
ceribus veſice ꝙ̄ ea q̄ ſumūtur p os: ⁊ ea q̄ ſumūtur p
os magis valēt in vlceribus renū ꝙ̄ meatuū. Ungat
loca extrinſeca q̄ ſūt ſuper vulnera cū vnguētis diſſo
lutiuis q: multū adiuuāt ſicut vnguētū de ceruſa aut
vnguentū fuſcū ⁊ emplaſtra et multū cōferunt. Bibat
vinum ſtipticū rubeū cū aqua mell limphatū vel cū aq
ficuū. Comedat lac cū mele vel rizum coctuȝ cū lacte
aut farrum cū lacte aut fabā vel panicū. Comedat et
carnes arietis vel caſtrati aut edi. perdicū ⁊ ſimilium
conditas cū lacte ⁊ puluere mirtilorum ⁊ cardamomi
⁊ cum rob aut vitellis ouorum. Comedat feſticos aue
lanas ⁊ pineas mundatas ⁊ ſimilia.

Capitulum. cxlij. de minctu ſaniei ⁊ ſanguinis.

Ec egritudo fit aut pꝰ

caſum ⁊ percuſſionē aut ex commixtiōe
cibi acuti ſicut alei ſinapis naſturcij ⁊
ſimilium aut ex humore acuto vel ſali-
ſo currente ad renes vel vias vrinalium. ꝓuenit ali
quando a veſica: aliqn̄ a renibus ⁊ partibꝰ illis. Et ſci
as ꝙ mictus ſaniei ſequiť ad minctum ſanguis ⁊ apa
ta rupta ⁊ vlcera: ⁊ ad excoriatōȝ viarum vrie vt dictū ē

Signa minctus ſanguinis ⁊ ſaniei manife
ſta ſunt ex viſu: ſed refert in diſtinc-
tione per ſigna vtrum a renibus vel veſica: nam ſan-
guis qui venit a renibus vel chili ſubito venit: ⁊ mul

tus in quantitate ⁊ fluidus ⁊ non trūboſus ⁊ infirmus ſentit grauitatem vel dolorē in renibus vel in dorſo ille qui a veſica deſcendit venit trūboſus ⁊ nō mult⁹ in quantitate: ⁊ circa femur ⁊ veſicam ſentit alterationem ⁊ grauitatem.

Cura minctus ſanguinis ſiue veniat a renibus vel veſica aut aliunde eſt vt fiat flobotomia de baſilica aut de vena manus q̄ eſt inter ānularem ⁊ auricularem ſumat omni die vnum troc. de carabe cum aqua ſumat vel mirtilorum aut berberis troc. ſic fiunt. ℞. carabe gūmi arabici licij añ. ʒ. ij. ſ. olibani. ʒ. ij. ſe. apij. opij. amborum. añ. ℈. ſ. formētur troc. pondere aurei: vnius vel. ʒ. j. ꝙ eſt melius cū ſucco berberis aut mirtilorum: aut cū vino rubeo ſtiptico: aut ſumat troc. de ſpodio vel bolo cum aqua portulace vel cum ſucco citoniorum ⁊ ſimilium. Comedat carnes coctas ⁊ cōditas cū agreſta ⁊ vitellis ouorum aut cū ſucco berberis ⁊ mirtilorum aut citoniorum ⁊ ſimilium. Bibat vinum ponticum limphatū cum aqua ſumac vel aqua citoniorum aut pirrorum neſpilorum aut ſorbarum ſuper locum percuſum vel attritum ponatur emplaſtrum quod fit ex bolo ar. acatia ⁊ aloe ⁊ licio confectis cum aceto ⁊ aqua.

Si autē minctus ſanguinis fuerit ex materia acuta vel ſalſa curetur eodem mō ⁊ mūdificetur corp⁹ aliquādo cū aqua decoctionis reubarbari ⁊ māne ⁊ mirtilorum dulcorata cum miua citoniorum vl' ſirupo. ro. Et dieta ⁊ potus ſunt vt dictum eſt.

Si aūt ſanies poſt minctū ſanguinis mingeretur ſumat patiens de troc. qui ſic fiunt. ℞. ſe. mellonis citruli cucurbite excorticatorum añ. ʒ. x. boli ar. gummi arabici thuris ſanguis dra.. añ. ʒ. v. opij. ʒ. iij. ſe. apij. ʒ. ij. formentur troc. pondere. ʒ. ij. vel. ʒ. j. ex q̄bus vn⁹ cum. ℥. j. ſirupi de papauere ſumatur oī die. Intra virgam iniciatur cum ſiringa de coliris quod ſic fit. ℞. ceruſe ſarcocolle thuris gūmi arabici opij ſanguiſ draconis añ. ʒ. ij. fiant coliria cum lacte aſine ⁊ cum lacte aſine diſſoluantur hora iniectiōis. Modus iniectiōe talis eſt primo fiat iniectum cum ydromelle ⁊ mingat eger ⁊ poſtea iniciatur colirium diſſolutum cū lacte aſine. Dieta ⁊ regimen fit ꝑut dictum eſt. c. de vlceribus in renibus ⁊ vijs vrine.

Capitulū. cxliij. de retentiōe vrine ⁊ difficultate.

Vrine retētio ſeu difficultas fit aut ꝑꝑ egritudinē in emunctorijs: aut ꝑpter egritudinē in meatu virge: ⁊ hec egritudo que fit i predictis locis ambobus: aut eſt lapis aut caro nata in modū veruce: aut eſt opilatio ſanguinis vl' ſaniei aut apa fit ēt ex alia cauſa difficultaſ vrine propter molitiem lacerti veſice ſeu paleſim: ⁊ fit ꝑpter vehemētem retentionem vrine.

Signa ꝙ iſte egritudines ſunt in emūctorijs ſunt grauitas in dorſo ⁊ repletō veſice ex vrina.

Si autem ibi fuerit opilatio paruz aut nihil minget infirmu: ⁊ tunc dolor ⁊ grauitas augmentantur circa dorſum ⁊ epar.

Si autem lapis ibi fuerit erit cū nuaſea ⁊ cū dolore yliorum ⁊ conſtringetur venter. Et ſi in vrina fuerit viſa harenoſa ante vel eodem tempore erit certi⁹ ſignum ad lapidem.

Si fiat ex carne nata in moduz veruce ſemꝑ fiet minctus ſaniei aut ſanguis ⁊ dolor ⁊ grauitas loci ⁊ īpedimentum vrine non remouetur ſed poti⁹ augumētantur. Sed ſi fiat propter ſaniem vel ſanguinem q̄ mingitur hoc manifeſtum erit ſenſibus.

Si autem propter apa contingerit erunt doloreſ ⁊ tenſio ⁊ grauitas augmentata in dorſo cum fe. continua forti. Quando eedē infirmitates erunt in meatu veſica: verbi gratia. ſi opilatio fuerit in meatu virge erit ſꝫ repletione veſice ⁊ inflatione tendente i modū corde ⁊ grauitate in pectine ⁊ ancha ⁊ dolore vehementi.

Si autem fuerit propter lapidem in veſica inferius. c. de lapide in veſica dicemus ſigna ⁊ curaz eius

Si autē retentio vrine fuerit ꝑꝑ ſanguinē vel ſaniem: aut propter carnem natam in modū veruce antecedet ꝑ tp̄s minctus ſanguinis ⁊ ſaniei: ⁊ erit in loco ardor fortiſſimus ⁊ ſpecialiter poſt expulſionē vrīe ⁊ etiam hora expulſionis.

Si autem propter apa i veſica euenerit erit fe. valida ⁊ vehemētia doloris in pectine circa femur ⁊ alienatio. Quando vero difficultas cōtigerit ꝑꝑ mollitiem lacerti veſice ſignum eſt ꝙ patiens mingit leuiter quando ſuper veſicam ⁊ femur fit cōpreſſio.

Signa difficultatis vrine propter vehementeꝫ retentiōem vrine ſunt ꝙ ſi compreſſio fit ſuper veſicaꝫ egreditur vrina ⁊ ꝙ vrina fuit retenta vltra voluntatem per tempus.

Cura difficultatis vrine ꝑꝑ egritudines q̄ ſunt in emunctorijs ꝑꝑ ſicut opilationē aut ꝑꝑ lapidē eſt ſumere in potu ea q̄ prouocāt vrinā ⁊ frangunt lapidē in renibus ⁊ veſica ſicut medicamē quod ſic fit. ℞. ſe. apij vitis rubee tinctorum ſeminis petroſilini macedonici: iuniperi: ſemi. ameos ſemi. feniculi: ſpice amigdala. ama. añ. ʒ. x. aſſari ſe. mellonis añ. ʒ iv. cantaridarū capita quarum ⁊ ille abſciſce fuerint. ʒ. ſ. armoniaci. ʒ. j. ſ. diſſoluatur armoniacuꝫ in vino ⁊ alie ſpecies conficiantur ex illo: ex quibus fiāt forme ſimiles auelanis de quibus ſumatur. a. ʒ. j. vſq ad. ij. cum vino albo vel aqua decoctionis apij ⁊ cicoree vel ſcariolē. hoc medicamen valde confert difficultati vrine que fit propter opilationem aut lapidē in emunctorijs vel veſica. Aliud medicamen quod frangit lapidem ⁊ aperit opilationem ponemus: c. de lapide inferius ⁊ eſt fortius iſto ⁊ cum eo de alijs vtilibus ⁊ bonis in tali caſu ⁊ ſimilibus.

Si autem difficultas vrine fuerit propter opilationem inductam ex ſanguine vel ſanie quod ſcietur q: hoc accidit poſt minctum ſanguinis aut ſaniei: aut propter opilationē factā ex carne orta i modū veruce Si talis caro fuerit in emunctorijs non hꝫ curationeꝫ Iuuatur tamē q̄n fuerit in emunctorijs: quando fuerit in virga cū vnctionibus factis extra ſuper locum doloroſum vel grauē ⁊ cū balneis ⁊ rebus dictis. c. de duritie renum fiat ergo balneuꝫ cū maluauiſco ſe. fenugreci ⁊ lini melliloto ⁊ flore camomille: ⁊ vngatur cuꝫ vnguēto de pinguedinib⁹ facto ſuperius. Si autē opilatio fuerit propter ſanguinē vel ſaniem contingenteꝫ in virga vel vijs vrinalibus curet̄ cū ꝓuocantib⁹ vrinam vt dictū eſt. c. de lapide in renib⁹. Et cōedat aq̄ cicerum in qua decocte ſint radices feniculi petroſilini: ⁊ ſemē ameos ⁊ amomi vl' cimini. ⁊ comedat herbam feniculi petroſelini ⁊ boraginis: aut comedat brodium caulium ⁊ blete ⁊ herbas non poſſet comedere carnes coctas cū eiſdē ꝯditas cū ſirupo cōfecto cū rob ⁊ carnes auium etiam. Bibat vinum limphatum album cum aqua colata decoctionis graminis capari ⁊ mellis ſumat cū eadē aqua oī mane. ʒ. j. de puluere q̄ ſic fit. ℞. ſaxifragie. ℥. j. ſe. apij ⁊ ſcariole añ. ℥. ſ. zuchari. ʒ. iij. miſceantur ⁊ puluerizentur ⁊ cribelentur Si autem retentio vrine fiat propter apa in renibus vel veſica curetur vt dictum eſt. c. de apoſtemate i renibus ⁊ vt dicetur. c. de apate in veſica: Si autem retentio vrine vel difficultas fuerit ꝑꝑ mollitiē lacerti veſice curetur cum in vnctione facta circa virgam vl' femur cū oleo de ſpica aut oleo de coſto aut oleo de ſcorpionibus ⁊ cōfortetur locus cū emplaſtro facto ex caſtoreo oppoponaco calamo aromatico ⁊ oleo de ſpica: ⁊ ſumat ſepe tiriacam cum vino decoctionis caſtorei ⁊ ſe. apij aut diatrion pipereon. Quando vero difficultas vrine fuerit poſt vehementem retentionē vrine tunc curetur cū balneo aque decoctiōis apij fenicu

li melliloti: fenugreci caulium rubee tinctorum ⁊ cro ci ortulani ⁊ fiat emplaſtrum ſuper pectinem vel ſe mur cũ eiſdem herbis ⁊ oleo de camomilla ⁊ oleo de aneto ſumat puluerem de ſaxifragia ⁊ ſe. apij ⁊ ſcario le dicto ſuperius cũ aqua dicta illic. cõprimat fortiter femur ⁊ veſica manibus ⁊ expelletur vrina per violen tiam. Utatur dieta dicta ſuperius. Scire hic cõuenit ꝙ introitus in balneũ dictũ ſuperius aq̃ decoctionis herbarum multũ vȝ in retentione oĩ vrine: ſed vti re bus prouocantibus vrinaȝ veſica exiſtente plena ē in cõueniens ⁊ iutile q: multiplicando vrina ad veſicã addit in difficultatem vrine vehementiã retentionis ⁊ dolorem tũc cõpreſſio cũ manibus eſt magis vtilis ⁊ bona Auic. li. iij. dicit ꝙ ſi intromittatur ĩ capite vir ge pediculus vel cimex prouocatur vrinam.

Capitulum. cxliiij. de fluxu inſenſibile vrĩe ⁊ mi gentibus in lecto ⁊ diabetica vel diaria.

Fiant ex multitudĩe caliditatis cũ humiditate: aut ex mollifica tione lacerti veſice aut ex nimio potu aque multiplicante vrinam in renibus ⁊ veſica ſicut potus aq̃ vel potus diureticus: ſed dia- ria proprie. i. diabetes fit ex caliditate renum excedẽ te cum materia: vel abſq; materia que attrahit vehe mentem humiditatem ⁊ humidũ a nutritiuis: ⁊ per hoc debilitatur retentiua ex grauedine illius ꝙ attractũ eſt ⁊ cõfortatur expulſiua ⁊ multiplicatur per hoc vo- luntas migẽdi ꝯtinue ex natura i ꝯtinentie ⁊ ſitis ⁊ exi- catur corpus infirmi ita ꝙ q̃nq; conuertitur per viaȝ illam ad ethicam.

Signa in ſenſibilibus fluxus vrine ⁊ migẽ tibus in lecto ſatis nota ſũt ex narra tione infirmi. Si aũt cõtigerit hoc propter caliditateȝ cũ humiditate: tũc erit ſitis aliqua ⁊ ſenſibilis caliditas in renibus non multũ intenſa: ⁊ aliqua mordicatio in vrina: ⁊ profunditas ſomni cum reuolutione in loco: ⁊ iſtud contingit multum in pueris. cũ. n. profundantur in ſomno hora reuolutionis excitatur virtus expulſi- ua propter ꝙ excitetur ex grauedine vrine ⁊ expellitur ⁊ ex iſta cauſa contingit in eiſdem ſuperfluitas prime digeſtionis in lecto aliq̃n ſe emittere ſtercus.

Si aũt propter frigiditatem euenerit. tũc apparebũt ſenſibilis frigiditas renum ⁊ totius corporis ⁊ priua- tio ſitis: ⁊ erit in vigilijs vrina abſq; mordicatione ⁊ profunditas ſomni cũ reuolutionibus in lecto ⁊ erit vri na ſpiſſa turbida. Si aũt pp mollificationẽ lacerti ve ſice vel paralyſim euenerit cũ mollificatio aliq̃n ledit expulſiuam vt diximus ſuperius. c. de difficultate vri ne: q̃nq; ledat retentiuam vt in iſto caſu tũc in vigilijs emittet vrinã inſenſibiliter: ſȝ ſi per nimium potum aut diurectica ſatis notum erit hoc q: abſtinere a tali- bus erit ſufficiens ſignificatio ſuper cauſam.

Signa diabetis vel diarie vrine ſunt ſitis inten ſa ⁊ exiccatio corporis: ⁊ ꝙ per potũ aque non remo- uetur ſitis: ⁊ ſecundũ ꝙ bibit ſtatim migit preter ꝙ q̃ſi aliq̃ imutatio ĩ vrina in colore ⁊ ſuſtantia ſit facta.

Cura inſenſibilis fluxus vrine ⁊ migẽtiũ in lecto q̃n fuerit ex mollificatione lacerti veſice aut pp nimiũ potũ aut per vſuȝ diureticoꝝ eſt abſtinere a rebus diureticis ⁊ nimio potu ⁊ vti potibus ⁊ cibarijs ſtipticis vt eſt vinum rubeum limphatuȝ cũ aqua decoctionis mirtorum aut ſumac: ſeu balauſti arum aut ipoquiſtidos: ⁊ comedere carnes conditas ⁊ coctas cum agreſta vel cũ citonijs: neſpilis ⁊ ſorbis ⁊ ſimilibus. Ungantur loca femoralia ⁊ virga ⁊ par- tes adiacentes illis cum oleo de coſto aut de lilio in quo diſſoluantur caſtoreum bolum armenuȝ ⁊ muſtix munia ⁊ mira. ſumat aliq̃n de tiriaca cum vino ſtipti co limphato cũ aquis dictis ſuperius.

Si autem migere in lecto in ſomno cõtingeret propter caliditatem habundantem cum humiditate fiat tale remedium quod ſic fit. ℞. ſe. coriandri aſſati infuſi in aceto vini in die ⁊ nocte emblicorum ſtica- dos boli armeni. glandiũ ſiccarum: carabe lentiuȝ ex corticatarum aã. ʒ. ij. fiat puluis cribellatus de quo pa tiens ſumat omni mane. ʒ. ij. vel. iij. vel. j. cũ miua ci toniorum aut ſirupo de agreſta vel aqua ſumat ⁊ ſimi- lium: obſeruet potum ⁊ dietam ſecũdum ꝙ ſuperius dictuȝ eſt. comedat tamẽ ſepe carnes ericij coctas cũ ſumac vel mirtis: conditas cum puluere dicto ⁊ miua citoniorum vel pirorum aut mirtorum.

Si vero in lecto migere contingerit pp frigidita- tem dominantem cum humiditate curetur cũ medica mine quod ſic fit. ℞. glandium ſiccarum. ʒ. xx. thuris. ʒ. xv. mirre. ʒ. iij. coriandri: aſſati: acori ciperi aã. ʒ. v. terantur ⁊ cribellentur: ⁊ ſumantur de iſto puluere mãe ſtomaco ieiuno. ʒ. ij. vel. iij. vel. j. ſ. cũ vino rubeo ſtipti co limphato cum aqua decoctionis piperis longe galã ge cardamomi ⁊ croci: ⁊ cum iſto eodem puluere con diantur cibaria ſua et cum aqua decotionis iſtaꝝ reꝝ eius vinum limphetur comendat carnes ericijs coctas cũ ſumac ꝯditas cum iſto puluere ⁊ rob vel miua cito morum. ſumat ſepe tyriacam cum vino decoctionis pulueris pipi longi dicti: aut cum vino decotiõis mu mie aut coriandri. ſcias hic quod carnes ericij quod ꝓprietate curant migentẽ in lecto vt volunt phici et ſpecialiter. Auic. li. ij. c. de ericio Et maxime ſi condi- antur vt dictum eſt.

Cura diabetis vel diare vrine eſt quando fuerit ex caliditate abſque materia vt ſumat patiens de troc. que ſic fiunt. ℞. ſpodij ſucci liquiritie aã. ʒ. xv. ſe. lac tucaꝝ. ⁊. ʒ. x. ſe. põtulace. ʒ. vij. ſ. roſaꝝ coriãdri ſicci aã. ʒ. vij. ſ. acatie: gũmi arabici ſandali: lentium excorti cataruȝ balauſtie boli ar. aã. ʒ. j. cãphore. ℈. j. fiat troc. pondere. ʒ. iij. cum aqua ro. detur vnus in potu in au rora cũ aqua granatorum ſeu miua citoniorum ⁊ ſimi lium. Eplaſtrum quod ponitur ſupra renes cõtra dia betem vel diariam que cõperatur circulo qui incipit ab vno puncto ⁊ redit ad idem quod ſic fit. ℞. ſe. por- tulace ſolatrij ⁊ pinguedinis porci ſe. mellonis citruli aut raſure cucurbite ꝙ cũq; preſto fuerit ⁊ permiſceat q̃n ſit tepido. troc. ad idem ⁊ ſpecialiter quãdo fuerit inflãmatio ⁊ caliditas cũ materia. ℞. ſpodij. ʒ. ij. car nis berberis. ʒ. v. boli armeni. ʒ. iij. thuris. ʒ. ij. ſe. por tulace. ʒ. vj. ſandali. ʒ. ij. ypoquiſtidos. ʒ. v. camphore. ʒ. i. lace. ʒ. iij. terantur ⁊ fiant trocis. cum aqua ro. pon dere. iij. ⁊ detur vnus in potu cuȝ ſirupo de papauere Comedat lentes excorticatas vel coctas vel prima aqua electa conditas cum aceto vel agreſta Bibat vi num limphatum vt dictum eſt ſupra. Utatur dieta narrata in cura inſenſibilis fluxus vrina.

Si aũt materia cuȝ caliditate ibi viſa fuerit ha- bundare mundificetur cum aqua decoctionis embli- corum reubarbari ⁊ mirtorum. nã talis decoctio mũ dificando materiam conſtringit vrinam ⁊ fluxum vẽ tris.

Capitulum. cxlv. de maci renum.

Macies renum ⁊ exiccatio vel extẽuatio fit aut pp ſiccitatem vincentem in renibus: aut ex priuatione nutrimenti.

Signa extenuationis vel maciei renuȝ ſũt dolor in dorſo non fortis ⁊ extenua- tio corporis ⁊ paucitas deſiderij coitus: ⁊ multitudo vri ne ⁊ albedo eius.

Cura eius eſt vt impinguetur corpus vt dice mus li. iij. c. de his que impinguãt ⁊ i- ferius in iſto primo li. c. de his que augent ſperma.

Comedat pultes de farina frumenti ⁊ rixum coc- tum in lacte vel in aqua pingui. abſtineat ab acetoſis ⁊ ſalſis ⁊ agreſtis vel cicutis oĩo niſi pro confortatione appetitus vel melioratione: quia talia deſtruunt ſa-

ſtidium inductũ a pinguibus. Comedat ēt micam panis cũ brodijs pinguibus. ⁊ bibat vinum dulce nouũ ⁊ vetus. Abſtineat a coitu tãꝗ ab inimico interficiēte. Utatur in cibarijs ſuis puluere q ſic fit. ℞. cinamomi. ℥.j. liquiritie. ℥.ſ. cardamomi. ʒ.ij. croci. ʒ.ſ. Comedat ſepe lactũ zucharo: pineas ſiſticos vuas virides ⁊ paſſas: ⁊ ficꝰ virides ⁊ paſſas: ⁊ amigdalas dulces ⁊ auelanas. Comedat etiam cibariuʒ quod fit ex farina frumenti vel riſi, cuʒ zucaro ⁊ lacte. Utatur aliquando balneo dulci tepido aque decoctionis roſaruʒ ⁊ florum camomille ⁊ maluarum poſt prandium ⁊ cenam ⁊ paruam in eo faciat moram. Utatur gete ⁊ ſõno tēporibus longis. Ungantur renes cum vnguento quod ſic fit. ℞. olei ro. ℥.j. butiri. ℥.ij. pinguedinis anſeris anatis ⁊ gallinarũ añ. ℥.j. cere. ℥.j. pinguedinis renuʒ edi ⁊ arieti ꝫ añ. ℥.ij. diſſoluantur omnia i cazola: colentur ⁊ reſeruentur. Abſtineat a flobotomia ſolutione ventris niſi ꝑ neceſſitate. oua ſorbilia ⁊ nuces virides ⁊ caro arietina ⁊ gallinarum pinguium ⁊ caſtrati ⁊ ſimilium rene impinguant ⁊ totum corpus. Scias ꝙ hec egritudo niſi curetur ducit hominem ad ethicam.

Capitulum. cxlvj. de diſtillatione vrine.

Q**uandoque** contigit ꝙ homo emittit vrinã paulatim ſtillando ⁊ inuoluntarie ⁊ vocatur ſtranguria ⁊ aliquando nihil quaſi emittit: ⁊ tũc vocat ſuria: ⁊ qñqꝫ tēporaliter inoluntarie ea emittit ſtillando: ⁊ vocatur tũc diſuria. Et eſt ſciendum ꝙ de talibus nominibus ſapiens curare nõ dʒ dũmodo cãm ⁊ infirmitatē i veritate cognoſcat: qꝛ tunc cõtra cauſa recte ⁊ naturaliter ꝓcedere poterit. Et hec infirmitas qñ hora emittit vrinam inolũtarie ſtillãdo eſt qñqꝫ cũ aduſtione vrine: ⁊ aliqñ abſqꝫ aduſtione: ⁊ illa q̄ eſt abſqꝫ aduſtione aut fit pp humiditateʒ cõplexionalem ⁊ cum materia aut a debilitate veſice.

Signa diſtillationis vrine inuolũtarie qñ fuerit cum aduſtiõe ſunt dolor i virga ⁊ circa femur: ⁊ ardor ⁊ vrine paucitas cum diſtillatione inuoluntaria.

Signa diſtillationis pp humiditatem qꝛ vrina emittitur inuoluntarie ſecũdũ tēpus aut paulatĩ ſtillãdo abſqꝫ ardore ⁊ punctura ⁊ apparēt in ipſa vrina ſuperfluitates albe longe vel rotunde.

Signa diſtillationis vrine pp debilitatem veſice ſunt ꝙ patiens nihil emittit de vrina quaſi: ⁊ illud quod emittitur inoluntarie emittit ⁊ cũ premitur veſica vl' femur exit vrina violenter.

Cura diſtillationis vrine inuoluntarie cum aduſtione eſt vt ſumat patiens de trociſ. q ſic fiunt. ℞. glandium. ʒ.v. mirtilorum roſarum añ. ʒ.j.ſ. acatie. ʒ.j. amilli gũmi arabici boli ar. añ. ʒ. lētium excorticatarum. ʒ.v. fiant trociſci. pondere. ʒ.ij. cũ ſucco prunorum imaturatorum aut cũ aqua ro. dat vnꝰ mane ⁊ ſecundo cũ ſucco citoniorum aut cuʒ ſucco neſpillorꝝ vel ſorbarum. Bibat vinum rubeũ ſtipticũ limphatum cum aqua mirtilorum vel glandium aut ſumac vel neſpilorum ſimiliũ. Comedat lētes excorticatas vel biſcoctas abiecta prima aqua conditas cũ agreſta vel ſumac aut cũ ſorbis: ⁊ carnes auium vel animaliũ coctas ⁊ cõditas cũ agreſta vel vino de granatis ſeu cũ neſpilis vel ſorbis ſeu mirtis ⁊ citonijs pirris ⁊ miuis eorꝝ. Ungatur renes ⁊ virga ⁊ femur cũ vnguēto quod ſic fit. ℞. gumi arabici opij añ. ʒ.j. mirtilorum ceruſe boli ar. añ. ʒ.ij. aceti. ℥.ſ. olei roſa. ℥.iij. cere. ℥.ſ. terantur ⁊ incorporētur ſimul ad igneʒ. Comedat ēt rizũ farrũ ⁊ farinam ordei conditam cuʒ puluere mirtilorũ vl' agreſta aut ſucco berberis vl' granatorũ ⁊ fabã fractã ſi voluerit ⁊ pirra cocta ſub igne.

Cura diſtillationis vrine abſqꝫ ardore pp complexionem humidam eſt vt ſumat troc. qui ſic fiunt. ℞. glandium thuris añ. ʒ.ſ. granorum coriandri ciperi iuniperi mirre galange cinamomi enule acori añ. ʒ.ij.ſ. terantur ⁊ fiant troc. cũ vino rubeo pondere. ʒ.ij. vel. iij. datur vnus cum vino decoctionis ciperi ⁊ iuniperi in aurora ⁊ ante cenã. Ungantur renes ⁊ virga ⁊ femur cũ oleo de ma. ⁊ olo. lilio ⁊ de camo. Ad idē. ℞. maſticiſ. mirre mũie añ. ʒ.ij. fiãt troc. põdere. ʒ.j. vl'. ij. cum ſucco plantaginis. dat vnus ante cenam ⁊ in aurora cum miua citoniorum vel ſorborum ⁊ neſpilorum ⁊ ſimilibus. Bibat vinum rubeum odoriferum limphatum cũ aqua ciperi vel iuniperi vel piperis lõgi. Comedat carnes animalium aſſatas ⁊ auiũ aut coctas in paſtillo vel teſtula conditas cũ mēta ⁊ mirtis ⁊ agreſta: vitelis ouorum ⁊ ſucco berberis vel mirtilorum: ⁊ puluere q ſic fit. ℞. galange piperis longi añ ℥.ſ. cinamomi. ℥.i. cardamomi. ʒ.ij. croci. ʒ.j. fiat puluis cribellatus. comedat vitellos ouorum ⁊ rizum cõditum cum lacte vel brodio carnium butiro ⁊ puluere ſpecierum.

Cura diſtillationis vrine pp debilitatem veſice eſt vt comedat diatrion piperion vel diagalanga ſeu diacardamomum ⁊ ſimilia: ⁊ vngat pectinē ⁊ virgã cũ oleo de ſpica aut de coſto: ⁊ faciat ſuper pectinem emplaſtrum de caſtoreo: cera: ſpica cinamomo ⁊ ciperis ⁊ galia diſſoluta ⁊ incorporata cum oleo de ſpica vel de lilio. Utatur dieta dicta in cura diſtillatiõis abſqꝫ ardore ⁊ bibat vt dictum eſt illic.

Capitulum. cxlvij. de aduſtione vrine.

Inctus vrine qñqꝫ fit ſine diſtillatione ⁊ egreditur volũtarie ⁊ cum ardore vehementi in fine ⁊ hora exitus ⁊ eſt duarum ſpecierum aut cum ſanie aut ſine ſanie.

Signa aduſtionis vrine ſiue cũ ſanie ſiue ſine ſanie manifeſta ſunt ex ipſa narratione infirmi ⁊ ex eo ꝙ ſanies in vrina apparet vel videtur in foramine virge ante exitum vrine vel poſt.

Cura aduſtionis vrine cum ſanie ſatis ſufficienter dictum eſt in curatione. vlcerum renum ⁊ virge ⁊ dicetur adhuc de ea i cura ſcabiei veſice: fiunt tamen troc. tales. ℞. ſe. mellonis excorticatorum. ʒ.x. ſe. citruli. ʒ.v. ſe. cucurbite. ſe. portulace ſe. iuſquiami albi ſe. altee amigdalarum excor. draganti amilli ſucci liquiritie papaueris albi boli armēi ſe. adij añ. ʒ.ij. incorporentur cum mucilagine pſilij. Et fiant troc. pondere. ʒ.ij. vel. iij. datur vnus in aurora ⁊ ante cenam cum. ℥.j. ſirupi vio. ⁊ aqua frigida vel vino albo limphato cum aqua decoctionis ſe. mellonis vel cucurbite: tales remouent ardorem ⁊ mundificant ſaniem ⁊ conſolidant vlcus finaliter ſi ē poſſibile. In dieta ⁊ potu regatur vt dictum eſt. c. de vlceribus renuʒ ⁊ viarum vrine ⁊ veſice.

Cura ardoris vel aduſtionis abſqꝫ ſanie eſt vt comedat portulacas: lactucas: endiuias: cucurbitas cõditas cum vitellis ouorum ⁊ oleo amig. dulcium vel violato. Comedat oua ſorbilia ⁊ ius gallinarum pinguium ⁊ pullorū: ⁊ pruna matura valde ⁊ perſica cereſa dulcia: ⁊ mellones ⁊ ficus humidas ⁊ ius carnium porcorum ⁊ ipſas carnes ⁊ edorum ⁊ agni. Et bibat vinum multum limphatum cum aqua frigida vl' cum aqua decoctionis endiuie ⁊ prunorũ aut ſe. citruli ⁊ ſimilium. ſepe intret balneum tepidum aque decoctionis maluarum ⁊ altee ⁊ pſilij. Comedat etiã ſuccum ordei vel farinam ordei ⁊ bibat aliqñ ptiſanam vel aqꝫ ordei cũ iure gallinarũ piguiũ vl' caniũ porcorꝝ piguiũ ſuato i mãe vnũ de troc. q dictis ſunt ſuplꝰ immediate facti ex ſeminibus frigidis cum ſirupo violato ⁊ aqua frigida aut aqua decoctionis prunorum ⁊ ſimilium. Abſtineat a rebus ſalſis acutis acetoſis ⁊ coitu ⁊ labore ⁊ forti motu ⁊ itinere. De his que dantur in potu contra aduſtionē vrine ⁊ excoriationē veſice ē aqua

que ſic fit. ℞. epatice. ꝉꝉ. ß. adianti politrici: capilli veneris ſcolopendrie: foliorum lactucarum: endiuie lingue bouine borraginis. an. ℥. iiij. mirtillorum liquiritie an. ℥. j. piſtentur omnia groſſo modo ⁊ bulliant in. ꝉꝉ. iij. aque ⁊ durazo[illegible] vini a. bi tādiu ꝙ due. ꝉꝉ. reſoluantur ⁊ tres remaneant: tunc colentur ⁊ addantur in illa aqua. ℥. vi. zuchari: ⁊ iterum bulliat aliquantulum ⁊ coletur ⁊ reſeruetur. de hac aqua mane ⁊ ſero ante cenam ſumat patiens omni die. ℥. iiij. De his que iniiciuntur cū ſiringa in veſicam cōtra ardorē vrine ⁊ adustionē. ℞. ſe. papaueris albi. ℥. iij. piſtent̄ pfecte ita ꝙ humidū fiat in modū olei ⁊ addatur cū eo. ʒ. j. oui boni: ⁊ miſceantur cū eis. ℥. iij. olei vio. ⁊ ponant oīa illa ad ignē ⁊ calefiant bene ⁊ miſceantur cōtinue cū ſpatula ⁊ ponant̄ in ſaculo ⁊ fortiter exprimātur cū torculari ⁊ reſeruetur: vel accipiātur grana viridia aut recentia papaueris albi ⁊ fiat ex eis oleū vt fit cū torculari oleum de lino ⁊ erit vtile. vt ſuperius ad operandū cum ſiringa. ad idem valet ℞. ſe. papaueris albi. ℥. iij. ſe. mundatorum cucurbite melonis cucumeris an. ℥. j. piſtentur perfecte in mortario ⁊ fiat ex eis lac cū aqua frigida ⁊ coletur ⁊ reſeruetur in vaſe: omni mane ⁊ ante cenam ſumat. ℥. ß. de electuario quod ſic fit. ℞. zuchari vio. diapapaueris an. ℥. ß. miſceantur ⁊ poſt electuarium ſumat. ℥. iij. de aqua ſupradicta. melius alijs rebus deſtruit ardorem vrine ⁊ renum ſcabiem ⁊ veſice.

Capitulum. cxlviij. de cautela ⁊ generatione lapidis ⁊ de cuſtodia ne fiat.

Summa preuiſionis ne lapis in veſica vel renibus generetur eſt abſtinere a rebus groſſis ⁊ viſcoſis ⁊ dulcibus ſicut a vino nouo dulci nō claro ⁊ aquis turbidis ⁊ aluminis et arenoſis ⁊ que malū habent colorem ⁊ ſaporem: ⁊ a caſeo ſpecialiter ⁊ a lacte ⁊ azimis rebus que fiunt ex eis carnibus ſiccis piſcibus. carnibus bouinis ⁊ porcinis non aſſatis ⁊ leguminibus ⁊ fungis ⁊ ſimilibus nam omnia talia ⁊ ſimilia generant materiam ⁊ humorem q immediate a calore in lapidem conuertitur ſecundum naturam loci ⁊ quantitatem materie q: impoſſibile videtur ⁊ eſt quod aliqua materia vel humor cōdenſetur vel induretur in termino lapidis niſi ab agente calido vel frigido: ſed impoſſibile eſt ꝙ in corpore viuo agens frigidū in tantum intendatur in actu frigiditatis vita remanente ꝙ poſſit ex materia groſſa lapidē generare: nā frigidum intenſum actu in corpore ita ꝙ agere poſſit talem actionem imo virtutes naturales deſtruit ⁊ finaliter vitam: relinquitur ex neceſſitate ꝙ tale agens in viuo actu ſit calidum ⁊ non frigidum ⁊ materia in qua agit ſit frigida groſſa viſcoſa q: materia ſi eſſet calida colerica reſolueretur ab agente calido. Similiter ſi eſſet ſicca quāuis frigida deſiccaret a calido ⁊ diſſolueretur preter ꝙ in ſubſtantiā lapideam conuerteretur niſi admiſceretur cum humido viſcoſo. Et ſignum huius eſt ſabulum quod nūꝙ a caliditate fornacis in lapidem conuerteretur niſi cum aqua ⁊ terra habente viſcoſitatem commiſceretur: ⁊ per hoc patet ꝙ lateres nunꝙ fiunt niſi cum terra viſcoſa que admiſcetur cum aqua in qua calor ſolis ⁊ fornacis inducit duritiem ⁊ finaliter lapideitatem: nam viſcoſitas retinet partes ſiccas ne ſeparentur a calido agente donec totum ⁊ partes in ſubſtantiam lapideam mutentur: apparet manifeſte ꝙ lapis non generatur in viuo nec pōt generari ⁊ fieri niſi ab agēte calido ⁊ a materia viſcoſa: ergo ſumma preuiſionis ne lapis fiat in renibus veſica hominis eſt cuſtodia a rebus viſcoſis ⁊ calidis acutis vt dictum eſt: ⁊ per iſtam cauſā ⁊ cauſis que contrahuntur ex cibis ⁊ potibus voluerūt medici ⁊ ſpecialiter Serapio. ꝙ cuſtodia a generatiōe lapidis vt plurimum conſiſtit in regimine cibi ⁊ potus dicit enim. c. de cautella generatione lapidis cibi autē ⁊ potus groſſi tarde digeſtionis: quoniam ſecūdū plurimum ſunt ſemper cauſa generationis lapidis tunc ſi non abſcindimus eos: ⁊ non ponimus reginē in eis ſanum: ⁊ ſecūdum ꝙ conuenit malitie cōplexionis ipſius ⁊ diſcernimus virtutem ciborum ⁊ potuum eſt corruptio ex eis maior ꝙ iuuamentum cum medicinis cōuenientibus: quod ē quia comeſta ⁊ bibita ſumūtur omni die neceſſario: ⁊ non eſt de proprietate hominis vt accipiat eas ſemper: quod ſi poſſibile eſt illud quibuſdam hominibus non eſt tamen in medicinis de virtute iuuatiua que ſit cum opoſitione regiminis nociui. Ita ergo oportet vt caueatur a generatione lapidis donec nō generetur omnino aut nō moretur quādo generatur: neqꝫ magnificetur penitus. Preter hoc ſcire cōuenit ꝙ de rebus nociblioribus in generatiōe lapidis eſt gulloſitas ⁊ faſtidiū ⁊ multiplicatio ciborum in vna hora: ⁊ imediate dormire poſt repletiōem ⁊ coitus ēt poſt repletiōem nocet multū ⁊ dat cāꝫ ad lapidis generatōnem impediendo digeſtionem. Abſtinere a ſomno lōgo ſuper collum ⁊ a longitudine ſtricture cinguli ⁊ multitudine equitationis ⁊ labore dorſi eſt vtile ⁊ conueniens valde. Uti vomitu ſepe poſt repletionē deſtruit materiam ⁊ exiccat illam ex qua lapis ſolet generari bonum eſt ad defenſionem ſepe recipere ſirupum aceſoſum de ſemine diureticis ⁊ frigidis ⁊ calidis ⁊ radicibus ⁊ bibere vinum album odoriferum diureticum limphatum cū aqua decoctionis radicum ſeniculi petroſilini vel apij: melōis cucurbite: citruli coquere carnes ſuas ⁊ ſua cibaria cum petroſilino ⁊ feniculo ⁊ cucurbitis ⁊ ſimilibus. bonū eſt recipere. ʒ. ß. tiriace bone clarete ſemel in ebdomoda cum vino diuretico albo cum aqua decoctionis radicum vel ſe. calidorum ⁊ frigidorum: valde cōueniens ē ſumere bis in mēſe de puluere qui ſic fit. ʒ. j. cū vino vel aqua dicta in aurora defendit ne lapis in renibus vel veſica nullomodo generetur. ℞. ſaxifragie ſe. apij: milij ſolis an ℥. ß. zucari. ℥. j. ß. terantur ⁊ cribellentur ⁊ miſceantur. Commēdat melones ⁊ cucurbitas ⁊ citrulos ⁊ eorum ſe. ē laudabile ad defenſionem lapidis ⁊ maxime ſi renes fuerint calidi: ⁊ in eſtate complexio hominis calida per naturam.

Capitulum. cxlviiij. de lapide in veſica.

Satis ſufficienter de materia lapidis ⁊ cauſis eius ſuperius determinatum eſt hic vero ponemus ſigna lapidis in veſica ⁊ eius curam. Sed ſciendum eſt cū lapis generetur ſemper ſecundū plurimū ex materia groſſa viſcoſa ⁊ ex agente calido forti: quomodo potuit eſſe ꝙ in iuuenis lapis generetur in veſica ſecundū plurimū vel ſēper ⁊ in ſenibus in renibus: in puellis ⁊ mulieribus raro nūꝙ in veſica: ſatis nota eſt ex re ipſa qōnio hoc reſpiciēdo ſubtiliter in cauſis neceſſarijs ad generationem lapidis in locis dictis ⁊ etatibus nominatis: ſed conueniēs eſt propter nouitatē tui in ſcientia hac breuiter in ſcriptis hoc determinabo: Scire conuenit ꝙ ad generatione lapidis requirūtur tria de neceſſitate vt iam ſuperius probatum: ē videlicet preſenti. materie groſſe viſcoſe ⁊ agens calidum forte: ⁊ ſtrictura viarum loci per quas ſuperfluitates expelluntur vt materia poſſit colligi in loco ⁊ ſtare tamdiu ꝙ calor fortis ipſam materiam dictam in lapidem mutet. cum ergo in pueris calor naturalis multus ſit ⁊ virtutes naturales fortes facientes bonas et optimas operationes quamuis guloſitas in eis det viam ad generationem materie viſcoſe et groſſe ipſe calor naturalis epatis: ⁊ renum ipſam materiam gene

ritam in pueris propter guloſitatem liquefacit et facit eam currere per vias vrinales vſq; ad veſicam quam inuenit ſpacioſam ⁊ frigidam per naturam ſue compoſitionis ⁊ neruoſitatis ⁊ inuenit cum hoc mate ria collecta in ſpacioſitate veſice vias ſtrictas in pueris ⁊ longas a ſpacioſitate veſice ad exitum exteriorē in qua tales ſuperfluitates colliguntur. vnde tum propter frigiditatem veſice que eas ſuperfluitates congregat que liquefacte erant a calore epatis ⁊ renum: tum propter ſpacioſitatem veſice que eas colligit ⁊ conſeruat per tempus: tum propter vias ſtrictas ⁊ lōgas virge in pueris que impediunt eorū expulſionē calor naturalis multus ⁊ ſatis fortis ipſas materias cōgregatas in loco. ex cauſis narratis in lapidem magnū mutare poteſt in eis: ſed in ſenibus cum calor naturalis ſit debilis ⁊ virtutes naturales diminute multum cum generatur materia viſcoſa in epate calor ipſius epatis ⁊ renum ipſam materiam liquefacere nō poteſt neq; facere ꝙ currat per vias vrinales a renibus ad veſicam ⁊ ſic remanet in concauitate renū que parue ſunt. Vnde calor ille q̄uis ſit debilis propter habilitatem quā inuenit in materia ⁊ paucitate propter ſuam paruam ſpacioſitatem concauitatis renum ipſam materiā collectā ib. in paruos lapides ſatis rationabiliter mutare poteſt: ſed cum puelle mulieres q̄uis recipiant eas raro ſuperfluitates miſſas a renib⁹ ⁊ epate ad ſuas veſicas: q: veſice earum habent collum curtum imo breue valde ⁊ viam exteriorem amplam valde ⁊ ſpatioſitas veſice ante q̄ pereant eſt parua comparatione ad pueros: ⁊ hoc probatum eſt ex ſenſu per anothomiam ⁊ medici omnes conueniunt. natura enim eam diſpoſitione tali reperta in veſica ſuperfluitates ad exterio. a ante q̄ congregentur ad generationem lapidis expellit ⁊ ſignum huius eſt quia puelle plus ⁊ ſepius mingūt in lecto q̄ pueri: ⁊ mulieres ſepius ⁊ plus q̄ viri. ⁊ per has cauſas volunt medici ꝙ lapis i veſica mulieris nō generatur aut raro generatur: ⁊ tunc cum generatur nū q̄ſit ita magnus quemadmodum in pueris aut in viris patet ex dictis cauſa generationis lapidis in renibus ſenum ⁊ veſicis puerorum ⁊ non puellarum.

Signa lapidis in veſica ſunt albedo vrine ⁊ eius ſubtilitas: ⁊ fex arenoſa poſt conturbationem eius ⁊ erectio virge: ⁊ ꝙ puer pl'imū ſcalpit ipſā ⁊ laborat cum ea: ⁊ retentio vrine ⁊ difficultas exitus eius cum dolore vehementis ⁊ exitus anni.

Cura eius fiet per ordinē prout dicem⁹ h. Scias ꝙ lapis veſice eſt diuerſe ſubſtantie ſecundū ſpeciem: nam quedā ſpecies eius eſt que frangitur cū medicinis ⁊ quedam non: nam quando medicat⁹ fueris lapidem per menſem aut circa cū medicinis quas dicem⁹ hoc ⁊ i antidotario ſpecialiter ⁊ nō videris vrinam prouocari ⁊ accidentia minori: ſed contrarium: et cum hoc infirmus non inuenit alleuiationem aut non egreditur harena in vrina tunc ſcias ꝙ lapis eſt durus planus non obediens ad frangendum cum dolor huiꝰ eſt minor: tunc oportet vt curetur cum ferro ⁊ nō eſt cōueniens vt dimittatur poſt eius experientiam per mēſem. vel circa illud: nam extrahatur lapis cum inciſiōe quia ex continua ⁊ nimia afflictione ducit poſt tempus dictum egrum ad ethicam. Comodo īciſiōis extractionis ſecundum veritatem qui eſt abſq; errore in cyrugia noſtra plane diximus ſufficiat quod dictū eſt illic cum medicinis ſecundum ordinem hoc modo curat. primo ordinentur cibi ⁊ potus ⁊ aque potabiles ſecundum ꝙ dictum eſt capitulo ō lapide in renibus ⁊ cap. de difficultate vrine ⁊ retentione eius. ⁊ medicine dicte in antidotario que valent in expellendo ⁊ frangendo lapidem. hora vero vehementis doloris ponatur in balneo quod ſic fit. Re. florum camomille: aneti meliloti ante faſciculum vnū: caules ad q̄ntitatē omniū farine fenugreci ⁊ ſeminis lini an̄. ℥. iiij. olei de aneto olei de camomilla anne. ℥. quattuor bulliant herbe in aqua balnei ⁊ farine cum oleis proiciantur in balneo abſq; ꝙ ferueant cum herbis ad ignē. Vngantur ylia ⁊ renes ⁊ femur ⁊ virga ⁊ partes genitales anq̄ intret balneum ⁊ poſtq̄ balneum exierit ⁊ cum exierit balneū fuerit temperatus: anteq̄ intret balneum per horam ſumat de ſimplicibus que remouent lapidem ⁊ expellunt aut frangūt: ſicut ſunt oliue immature ⁊ caparis humida ⁊ ficus ⁊ cicer nigrum vel aqua decoctionis eius ⁊ radicū apij feniculi petroſillini: aut aquam decoctionis ⁊ radicum apij ⁊ feniculi ⁊ petroſillini. Sed nota ꝙ ſi intra quamlibet ficum ponatur ℈. j. tyriace vſq; ad ℈. iij. ꝙ multum confert ⁊ in vrine prouocatione ⁊ fractura lapidis. Similiter cibariū factum ex amigdalis amaris ⁊ etiam dulcibus confert in hoc: ⁊ ſpecialiter ſi cū oleo de amigdalis amaris condiantur. ⁊ etiā ipſe amigdale amare per ſe valent hec que narrata ſunt ſumuntur in vitio lapidis in modum cibi. Ea autem que ſumuntur in modum medicine ſunt coſtus: caſſia lignea ⁊ ſpica: pipe ciperi cortices radices caparis ⁊ cinis ſcorpionum adultorum ⁊ oleum de ſcorpionibus. ⁊ ſanguis yrci ſiccus ⁊ vitrum aduſtū ⁊ lapis ſpongie ⁊ vitrum tritū ſicut alcohol ⁊ ſaxifragia ⁊ ſtafiſagria ⁊ ſimilia. ⁊ cinis ſcorpionis qui ſic fit. ſumant ſcorpiones ⁊ poſiti in ollam nouam habentem os oppilatum ſuper latercculum in furno mittant in quo non ſit vehemens calor ⁊ ſtent in furno per horas ſex deinde extracti puluerizentur ⁊ reponantur. Oleum de ſcorpionis fiet in antidotario: ⁊ medicina de ſanguine yrci. Medicamen conueniens ad frangendum lapidē infra dies xl. penes ſenrectiani. Alman. ſic fit. Re. carpobalſami ſeminis raſſani vel radicis dulci: ſeminis petroſillini macedonici corticū radicis oppoponaci: corticum radicis caparum amigdalarum amarum. ſaxifragie: ſquinanti: ciperi: ſpice: rute: caſſie lignee ſcolopendrie ſeminis cicute gēciane ariſtologie rotūde: aſſari carni agreſtis: armoniaci ſerapini bdeli. piperis acori ante pres equales: gumme ſufficienti balſamo malaſſentur ⁊ ex eis alie ſpecies conficiantur ex quibus informent pillule ad modum ciceris. Doſis earum eſt. ʒ. j. apozimate de ſeminibus. ⁊ datur cum eis quandoq; ſexta. ʒ. j. de cinere ſcorpionum. Aliud ad idem ſed nō eſt ita nobile vt plurimum. Re. cineris ſcorpionum aduſtorū lapis iudaici: lapis ſpongie an̄. ʒ. iij. terantur ⁊ cribellētur. Doſis eius eſt. ʒ. j. cum vino albo ſubtili aut cum aqua mellis: diſtilletur in foramine virge oleū de ſcorpionibus cum ſiringa aut abſq; ea. Vngantur ylia cū oleo de lilio ⁊ oleo de ſpica ⁊ femur ⁊ genitalia. Vtatur ſepe his que minuūt dolorem ſicut diximus. Sumat ſepe de tyriaca cum cinere ſcorpionis ⁊ aqua mellis. et ſepe cliſterizetur cum oleo anetino ⁊ herba aneti flor. camomille: meliloti ⁊ melle. Non multum comedat cibaria ⁊ abſtineat a ſomno diei pro poſſe.

Capitulum. cl. de illis in quibus generatur lapis et magnificatur.

Qui enim vult conſeruari ne lapis in renibus aut in veſica generetur vel augmentetur abſtineat a rebus viſcoſis ⁊ ſalſis ⁊ melancolicis videlicet a paſta azima ⁊ omnibus que fiunt ex ipſa ⁊ a leguminib⁹ ſpecialiter fabijs robilijs faſeolis ⁊ ſimilibus ⁊ caſeo ſalito ⁊ lacte niſi preparatum fuerit vt inferius dicetur ⁊ a carnibus ſalitis ⁊ vino groſſo ⁊ dulci ⁊ ab omnibus interioribus animalium ⁊ a carnibus porcellorum recentibus elixatas ⁊ carnibus bouinis ⁊ reb⁹ facientib⁹ ſa.

ſtidium ⁊ a ſomno ſuper repletionem ⁊ a retentiõe vri
ne poſtq̄ voluntas mingendi affuerit: quia iſta ſunt de
potentioribus ad generandum lapidem in omni loco i
quo poteſt generari: ⁊ ex illa cā ⁊ ſup̄dictis habes ꝙ
lapis in pueris generatur magis q̄ in alijs etatibus.
de cauſis lapidis ⁊ modis generationis eius in ſupiori
capitulo ſatis quo ad veritatem determinatum eſt de
dieta ⁊ omnibus que ſunt neceſſaria ne lapis augmen
tetur: vel fiat in cap. ſuperiori de cautela ⁊ cuſtodia ne
fiat perfecte determinatum eſt. Lac preparatur cum ē
calidum vt extrahitur de mãmilla. extinguitur i eo fer-
rum vel lapis ignitus ⁊ ponitur in eo aliq̄d mellis vel
zuchari quod melius eſt ⁊ daē ſic p ſe ſtomacho ieiuno.

Capitulum. cli. de frangendo lapidem ⁊ adminiſtra
tione inſtrumenti quo migit ille cui retinetur pp lapi-
dem ⁊ vocatur alkazenati id eſt ſiringa vel cathatir.

Omnmunis conditio et bo

na conueniens ad iſtud capitulū ⁊ ad om
nem operationem quam intendit medic⁹
i homine viuo eſt adminiſtrare omni in
genio eo que ſunt contraria infirmitatib⁹
⁊ earum cauſis ex quibus timetur perditio viuorum vl'
indebitū ſeu nō tolerabile augmentū infirmitatis pre
ſentis vel future: ⁊ preter hoc ſatis videtur rationabi
le bonum ⁊ conueniens vt eligatur ꝙ hō viuat in qua-
libet parte mali: ⁊ ꝙ non moriatur ſtatim ſi eſt poſſ bile
vt fiat per medicum cognoſcentem veritatem: ⁊ hoc
vult Serapio li. iiij. cap. xxxij. vbi dicit ꝙ iuuamento
ſiringe que vocatur cathatir vel alkazanati: nam de p
prietate boni medici ⁊ rationabilis eſt vt vult Hypo.
prologo pronoſticorum in fine vt omnino omni pericu
lum cum inſtrumentis ⁊ modus prohibeat quod poſ-
ſet contingere: aut faciat ipſum tolerabilius: aut vt ad
datur ad vnam horam vel dicit vel partē temporis.
Et ſcias ꝙ ſiringa eſt inſtrumentum quod fit de ere vl'
argento aut auro longū plus q̄ virga hominis cū eri-
gitur ſubtile vt foramen virge rotundum carnoſum vl'
foratum: in cuius foramine intromittitur ſtilus vel fi-
lum lane hor. operationis ⁊ hoc inſtrumentum debet
ab vna eius extremitate habere maiorem amplitudi
nem: ⁊ latitudinē q̄ in altera: ⁊ illa pars ampla hora
operationis debet remanere extra virgam ⁊ ſtrictior
⁊ ſubtilior debet poni intra foramen virge ⁊ inungi cū
aliquo oleorum tempore operationis. Sapiens medi
cus non vtitur hoc inſtrumento niſi hora qua lapis de
ſcendit ad collum veſice ⁊ opilat viam vrine ita ꝙ ho
mo mingere non poteſt ⁊ patitur intolerabilē dolorē:
⁊ cum hoc neq̄ balneum neq̄ aliqua medicinarum di
ctarum ſuperius confert: aut tempore opilationis col
liquefiat aut per carnem natam aut per materiam cur
rentem ad illum locum que in ipſo figitur ⁊ firmat: aut
hora qua ſanguis qui exiuit venam aliquam coagulat
in collo veſice ⁊ impedit exitum vrine omnino ⁊ fit tūc
dolor intolerabilis ⁊ multotiens fedi. Modus opera-
tionis cum ſiringa talis erit. primo cliſterizetur infir-
mus p poſſe: ſi eſt homo ad hoc ⁊ fieri cōmode poterit
⁊ euacuentur inteſtina ſi poſſibile fuerit: nam talis eua
cuatio inteſtinorum ⁊ ſpecialiter cum cliſteri multum
alleuiat veſicam ⁊ collum eius ab omnibus ſuis infir
mitatibus ⁊ doloribus: euacuatis inteſtinis cum cliſte
ri leni vel forti reſupinetur infirmus ⁊ eleuetur virga.
⁊ in foramine eius intromittatur ſiringa in cuius fora
mine ſiringe ſit filum de lana vel ſtilus: ⁊ cum deſcen
derit ſiringa ad ſpaciū veſice per foramen virge tunc
extrahatur violenter filum lane vel ſtilus ⁊ minget in
firmus ſi deus voluerit: vel poſt extractionem fili lane
vel ſtili ponatur per foramen ſiringe in veſicam aliq̄d
de aqua decoctionis mellis ſeminis apij: cicorce ⁊ ſca-
riole vel ſimilium: nam talis aqua veſicam a ſuperflui
tatibus mundificat ⁊ vrinam prouocat ⁊ opilationem
factam a materia humorali leuiter remouet abſq̄ do

lore. Cum vero iſta operatio multotiens poſt balnea ⁊
cliſtere vl' cliſteria iterata fuerit ⁊ non contulerit neq̄
alleuiauerit ymo medicus timuerit de apoſtemate na
to duro in collo veſice tunc audacter ſi infirmus nō fue
rit in vltimo debilis fiat perforatio in loco qui ē inter
teſticulos ⁊ anum deſcendendo vſq̄ ad collum veſice
cum eadē perforatione: ⁊ tunc in eodem foramine in
tromittatur canula ita ꝙ infirmus poſſit per partem il
lam vrinam emittere: aut vſq̄ ad finē vite: aut vſq̄
ad finem curationis egritudinis impedientis vrine
tranſitum per virgam. Et non miretur aliquis de hu-
iuſmodi operatione quia philoſophica eſt: ⁊ ratio hu-
ius opationis ⁊ ſiliū eſt dicta in pncipio iſti⁹ cap. per
verba Hypo. ⁊ Serapiōis ⁊ omnes in ea cōueniunt.

Capitulum. clij. de ſcabie in veſica.

Ec egritudo ſemp fit cum

vlcere vel excoriatione viarum vrine: ⁊ fit a
materia aduſta vel ſalſa ſemper.

Signa ſcabiei in veſica vel collo eiuſdem ſunt
aduſtio vrine: ⁊ ꝙ in vrina apparet ſuper-
fluitates in modum furfuris ⁊ ſquamarum ⁊ ſentitur
fetor ex ea ⁊ dolor cum pruritu: ⁊ in vrina aliquando
apparent humiditates in modum faniei ⁊ ſanguinis.

Cura eius eſt vt omni mane ſtomacho ieiuno bibat
℥. iij. vl'. iiij. aque dcoctionis hordei ⁊ liqui
ricia. ⁊ poſt potum per horam intret balneum aque de
coctiōis maluarū violarū ⁊ maluauiſci ⁊ ſiliq: ⁊ pōe itra
veſicam cum ſiringa ſi eſt poſſibile oleum roſatum mi
xtum cum lacte mulieris vel capre aut aſine ⁊ aqua d
coctionis granorum granatorū vel aqua pſilij vl' vio
larum. Utatur trociſcos de ſemine dictis capitulo de
aduſtione vrine cum ſyrupo violato ⁊ aqua hordei.
Bibat vinum dulce rubeum clarum limphatum cū
aqua hordei dicta. Comedat frumentum coctum ⁊ ri-
zum ⁊ farrum cum iure carnium pinguium ⁊ cū lacte
ouium vel caprarum vel vaccarum aut aſinarum. con
diat etiam ſua cibaria cum oleo roſato ⁊ oleo amigda-
larum. Comedat aliquando carnes porcellorum ⁊ pe
des ⁊ extrema animalium ⁊ carnes auium ⁊ gallinarū
quando coquuntur in aqua cum maluis vel hordeo et
liquiricia: aut cucurbitis ⁊ portulacis: ⁊ tunc condiant
cum aliquo ex lactis dictis. Comedat ſepe ſtomacho
ieiuno lac aſine vel vace vel capre aut ouis in quo fer
rum vel lapis ignitus extinguatur ⁊ ponatur poſt extin
ctionem ferri vel lapis aliquid zuchari vel mellis in
ipſo ꝙ melius ē. Abſtineat a coytu ſalſis acetoſis ⁊ acu
tis ſcilicet aleis ⁊ ſimilibus. Utatur aliquādo ſucco fa
cto ex farina frumenti vel ſiliginis vel hordei ⁊ ſimiliū
cocto ⁊ condito cum lacte amigdalarum vel ouium ca
pre aſine ⁊ vaccarum. Utatur puluere facto ex liquiri
cia cardamomo cinamomo ⁊ croco. Mundificet ali
quando raro tamen cum ſyrupo facto ex fumoterre: ſe
mine epithimo: mirobolanis: indis: violis iniubis et
ſeminis cucurbite mellonis ⁊ cucumeris ⁊ ſimilium ⁊
dulcoretur cum zucharo: vel mundificetur cū aqua ca
lida in qua diſſoluta ſit medula caſſie fiſtule.

Cap. cliij. de apate eſt veſica ⁊ virga ⁊ ei⁹ iflatione.

Oc apoſtema ſecundū plurimum eſt ca
lidum ⁊ fit cum febre inſeparabili: in
terficit ex nimio dolore i primo periodo hoc
eſt in die quarto vel ante vt vult Hypocra-
tes ſecunda particula pronoſticorum i fine ⁊ fit aliq̄n
do durum ſed durum in loco veſice fit ſemper poſt re-
ſolutionem calidi cum extenſione fe. reſoluitur eni ſub-
tile de calido ⁊ quod eſt i eo d duro tereſtri ⁊ mlicore-
manet: ⁊ fit ēt p⁹ percuſſionē ⁊ caſum: ſ; inflatō eius et
virge abſq̄ rubedine ⁊ fe. ſemp fit ex decurſu ventoſi
tatis mixte cum humiditate ad locum veſice ⁊ virge.

Signa apoſtēatis calidi in veſica ſunt fe. calida
adurens ⁊ nigredo ligue ⁊ alienatio ⁊ ve
hemens dolor cum punctura in veſica ⁊ retentio vrīe.

Signa vero duri ſunt ꝙ fit poſt apoſtemam calidū:
⁊ poſt caſum ⁊ percuſſionem: ⁊ apparet tactui apud cō
miſſuram vel locum qui eſt inter teſticulos ⁊ anuꝫ cū
eſt apoſtema magnuꝫ vel eminenſ: ⁊ fit exitus ſtercoris
vel vrine difficilis propter compreſſionem prouenien
tem ex duritie ⁊ magnitudine apoſtematis duri in lo-
cis illis: nam cum loca illa contiguerunt: ⁊ affinie ſint
valde ad inuicem in talibus infirmitatibus compatiū
tur ⁊ in ſuis operationibus debilitantur: ⁊ ſentitur du-
rities ex tactu in loco dicto manifeſto.

Signa inflationis virge ſunt inflatio manifeſta cuꝫ
eleuatione cutis eius ⁊ extione abſqꝫ dolore ⁊ lucidi-
tas abſqꝫ coruscatiōe: ⁊ loci mollicies ita ꝙ cedit tactui
⁊ redit poſt tactum ⁊ compreſſionem ad figuram pri-
mam.

Cura apoſtematis calidi in veſica eſt vt fiat fleboto
mia de baſilica manus ſiniſtre que eſt inter annulareꝫ
⁊ auricularem ⁊ hec eſt ſtatim in principio. Vngatur
continue locus qui eſt circa veſicam ⁊ virgam cuꝫ oleo
violato vel oleo roſato ſeu cū oleo de neufare aut oleo
de papauere ſeu d̄ mandragora. Emplaſtretur locus
etiam omni die cum herba violarum ⁊ maluarum ⁊
de bletis decoctis ⁊ conditis cum oleo violato ⁊ popu
leon aut oleo de neufare ⁊ papauere: ſeu oleo de cucur-
bitis: ⁊ fiat hec continue vſqꝫ ad dies tres: die vero ter
tio vel quarto fiat flebotomia de ſaphena ſiniſtra que
eſt intus in talo: ⁊ tunc fiat emplaſtruꝫ ſuper locuꝫ do
loroſum ⁊ circa cum farina ſeminis lini ⁊ fenugreci et
ſeminis aneti: flore camomille ⁊ mucillagine malua-
uiſci: ⁊ condiantur omnes iſte res ⁊ miſceantur cum bu
tiro ⁊ oleo de aneto vel de camomilla: nam hoc ēpla-
ſtrum doloreꝫ ſedat ⁊ remolit ⁊ apoſtema maturat ca
lidum ⁊ reſoluit. Fit etiaꝫ emplaſtrum cuꝫ farina faba
rum ⁊ rob ⁊ oleo de ſemine lini ⁊ farina ſeminis lini ⁊
mucillagine maluauiſci. apoſtema enim per iſtud aut
conuertitur ad ſanitatem aut ſaniem aut duritieꝫ. Si
autem conuertitur ad ſaniem curetur cum medicinis
dictis in vlceribus veſice ⁊ viarum vrine ⁊ virge ⁊ re
num. Bibat vſqꝫ ad generationem ſaniei aquam de-
coctionis hordei ⁊ liquiricie: vel aquam decoctionis
hordei ſcariole ⁊ cicoree lactucarum ſeu cucurbitarum
in aqua qua ſemper ponatur aliquid zuchari. Come-
dat illis diebus aquam cicerum ⁊ ſuccum hordei ami
gdalas ⁊ cucurbitas coctas cum lacte amigdalaruꝫ aut
lactucas conditas cum eodem lacte hic. Cum vero
ſanies fuerit generata quod ſcies per mitigationeꝫ do
loris ⁊ diminutionem febris tunc regatur cum carni-
bus pullinis edinis ⁊ caſtratinis coctis ⁊ conditis cuꝫ
folijs petroſillini feniculi ⁊ amigdalis cucurbitis ⁊ la-
ctucis: ⁊ vtatur rob in ſuis ſaporibus ⁊ zucharo cum pul
uere facto ex liquiricia cinamomo ⁊ cardamomo ⁊ cro
co. Vtatur ſepe balneo aque decoctionis fumiterre ⁊
floris camomille ⁊ roſarum ⁊ vnctionibus que ex oleo
de lilio ⁊ oleo de camomilla vel aneto. ⁊ tūc bibere po
teſt vinum album limphatum cum aliqua ex aquis di
ctis. Si vero ad duritiem conuerteretur comedat car
nes predictas ⁊ auium coctas cum ciceribus aut feni-
culo ⁊ cucurbitis mixtis. ⁊ bibat vinuꝫ album limpha
tum cum aqua decoctionis prunorum feniculi ⁊ cucur-
bitarum vel lactucarum. Sepe mundificetur corpus
cum aqua decoctionis caſſie fiſtule ⁊ mane ⁊ ſeminis
mellonis cucurbite ⁊ cucumeris ⁊ feniculi ⁊ ſimilium.
Comedat aquam caulium ſiue ſit per ſe ſiue in ea elixa
te fuerint carnes animalium ⁊ auium. Emplaſtretur
femur ⁊ locus qui eſt inter anum ⁊ teſticulos ſiue appa
reat durities in loco vel non cum emplaſtris mollificā
tibus dictis ſuperius: ⁊ inungatur etiam cum vnctio-
nibus lenibus ⁊ oleis dictis illic. Cum autem inflatio
apparuerit in virga ⁊ locis illis abſqꝫ rubedine ⁊ cum
dolore: fiat euaporatio cum aqua decoctionis cimini
carui ameos abſinthij: aut cuꝫ aceto in quo bulita ſint
abſinthium ſauina ⁊ origanum colatum ⁊ ſimilia. Vn-
gatur totus locus inflatus cum oleo coſtino vel de ſpi-
ca aut de lilio. Mundificetur infirmus cum turbit: zin
zibere hermodactilo zucharo ana. ʒ. ij. Vtatur diacimi
no ⁊ diagalanga. ⁊ continue bibat vinum albuꝫ limpha
tum. Comedat alea cocta ⁊ non cocta nuces fic⁹ ⁊ ami
gdalis: ⁊ carnes aſſatas conditas cum pipere ⁊ croco
⁊ carnes elixatas cum porris ⁊ caulibus balnea alumi
noſa ⁊ ſulfurea ſalſa ſunt vtilia valde. Vtatur ſinapi i
ſuis cibarijs. Abſtineat a ventoſis ⁊ ſpecialiter a paſta
azima ⁊ a rebus que ſiunt: purgetur aliquando cum pil
lulis fetidis quia erit vtile valde. Si ꝯtingeret ꝙ illa
inflatio eſſet cum rubedine ⁊ dolore intolerabili vel for
ti curetur ⁊ regatur infirmus vt dictuꝫ eſt vſqꝫ ad dies
vij. in apoſtemate calido in veſica ſuperius ⁊ mundifi
cetur locus ſi eſt putridus cum melle roſato ⁊ vino ca-
lido ſecundum quod diximus in cyrugia noſtra capitu
lo de puſtulis albis vt milium ⁊ rubeis ⁊ cetera. illic ve
re determinauimus de omnibus vtilibus ⁊ neceſſarijs
illius loci.

Capitulum. cliiij. de his que ingroſſant virile mem
brum ⁊ augmentant.

Stud capitulum quamuiſ ō
i honeſtate humida non contingat: ſpectat tamē
ad medicum ſecundum conſiderationem artis
⁊ per naturam ſubiecti eiuſdem vt philoſophi volunt
⁊ voluerunt vt apparet per eorum dicta ⁊ narratiōes:
tamen aliquid conueniens ⁊ vtile ſecundum artem i
eo dicatur penes intentionem propoſitam. modus p-
cedendi vt addatur in longitudinem ⁊ groſſitudinem
virge vltra menſuraꝫ naturalem talis erat. primo opor
tet vt abluatur ⁊ lauetur omni die virga bis cuꝫ aqua
calida decoctionis piperis vel aqua decoctionis liti-
ma li fricando fortiter tādiu ꝙ locus rubeat aut inflari
⁊ tumefieri incipiat. poſt ruborem apparentem mani-
feſte ⁊ tumorem aliquem inductum ex fricatione forti
cuꝫ aquis dictis bene calidis: vngatur locus. ſ. tota vir
ga vſqꝫ ad femur ex omni parte cum oleo de coſto vel
de ſpica vel aliquo alio oleo ex ſimilibus. poſt vnctio-
nem ponatur ſuper virgam circunquaqꝫ ⁊ vndiqꝫ em
plaſtrum factuꝫ ex pice liquida alba armōiaco mixtis
equaliter extenſis ſuper corium ⁊ fiat vl' omni die bis
vel ter vſqꝫ ad menſem vel dies. lx. vſus frequens co
ytus multum confert in hoc ⁊ maxime cū muliere mol
li cuius os vulue calidu ꝫ inueniatur ⁊ aſperum quodā
modo.

Capitulum. clv. de his que augēt ſperma ⁊ que va
lent ad erectionem virge.

A que conferunt in hoc quedaꝫ ſunt ciba-
ria: quedam ſunt vnctiones: ⁊ que
dam ſunt electuaria ſeu grana vel fructus. Ci-
baria vtilia ad hoc ſunt carnes arietis cocte cum cice-
ribus factis vel cepis quando condiuntur cuꝫ puluere
qui ſic fit. ℞. cinamomi. ℥. j. galange. ʒ. ij. cardamomi
ʒ. j. croci. ℈. i. fiat puluis cribellat⁹. carnes paſſerum ⁊
pullorum columbarum: pullorum gallinarum ⁊ teſticu
li gallorum ⁊ arietis ⁊ porcoꝝ cū coquūtur i veru ⁊ cō-
diunt cū puluere ſupradicto: vel in aqua cum cicerib⁹
aut cepis multum valent. paſtinace coquātur cū pulue
dicto ⁊ fiſticis ⁊ granis pineaꝝ ⁊ cuꝫ puluere ſunt bone
valde. vinum dulce ⁊ nouum multum valet cum his
cicera per ſe ⁊ faſeoli in hoc multum operantur ⁊ ſpe-
cialiter cum vino nouo: ⁊ debent legumina iſta condiri
cum carnibus arietis ⁊ puluere dicto. Electuarium
ad hoc conueniens ⁊ valde bonum ſic fit. Recipe ſe-
minis bancie ſe. naponū cepaꝝ raffani aſpagi eruce ſe. pi
neaꝝ mūdataꝝ cardamōi pipis lōgi fiſtici ligue auis:
yrigi: beē al. ⁊ ru. ſatiriō coſti dulcis pipis lōgi ziziberis

naſturcij an̄.ʒ.ſ.terantur ⁊ cribellentur ⁊ cum melle conficiātur datur de eo.ʒ.j.cū.℥.j.lactis calidi ⁊ cū.℥.ſ.penidij.que ſint de melle ⁊ zucharo māe ⁊ ſero: hoc eniꝫ auget ſperma ⁊ erectionem multiplicat. Aliud ad idē Re.auelanaꝝ amigd.nucis indice piperis fiſtici an̄.ʒ.j.piperis longi zinziberis ſe.peonie an̄.ʒ.iij.conficiantur cum penidijs de zucharo.omni mane ⁊ ſero ſumatur de eo.℥.j.ſ.cū vino nouo dulci. Ad idem. Re.lactis vacini lib.ij.in quo ponantur.ʒ.ij.vini granati dulcis ⁊ coquatur vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinē ⁊ de eo omni mane ſtomacho ieiuno ſumanꝫ quaſi ſorbendo.ʒ.ij.ſ.vel.iij.poſt cuius comeſtionē comedanꝫ piſces recētes aſſati in veru vel ſuper patinas:⁊ calidi condianꝫ cum cepis:⁊ cū eis bibatur vinum nouū vel groſſum ī quo aliquid aque ponatur. Iſtud medicamen in corporibus extenuatis operatur illud quod ſuperiora in repletis ⁊ pinguibus. Equitatio ſuper equos valet ī hoc multum ⁊ facit erectionem ⁊ conſortat virgam mirabiliter. Ad idem ⁊ eſt valde forte. Re.aſſe dulcis.ʒ.ij.⁊ miſceaꝫ cum melle ⁊ ſit mel.℥.j.⁊ bibatur cum vino dulci per horam an̄qꝫ coeat erit vtile ⁊ bonum. Aliud ad idem forte quaſi in vltimo. Re.ſtincorum recentiū ſanoꝝ non corrupto.ʒ.ij.vel.iij.vel.iiij.cubebe pipis longi ⁊ lingue auis:ſatirion an̄.ʒ.j.piſtētur optīe oīa ſimul ⁊ miſceātur cū melle bene diſpumato cocto ⁊ mūdato:⁊ comedantur per horā ante qꝫ coeat totum ſimul. Ungentum. Re.olei de ſpica.℥.iij.cere.℥.ij.euforbij pips cubebe ſinapis coſti dulcꝫ an̄.ʒ.j.ſ.muſci gra.viij diſſoluatur cera cum oleo ⁊ fiat vngentū in quo puluis aliarum reꝝ incorporetur de hoc vngento vngātur renes ⁊ ſumen:ſemur virga ⁊ inferiora teſticuloꝝ multū conſortat virgā ⁊ inducit erectioneꝫ.poſſunt etiām iniungi loca illa cum oleo de coſto ⁊ erit bonū ⁊ laudabile

Capitulum.clvj.de diminutione coytus.

Paſſio iſta fit quandoqꝫ propter diminutionem virtutis ⁊ debilitatē inſtrumēti ⁊ conſumptionem humiditatis ſpermatice:⁊ propter deſtructionem digeſtiue membroꝝ vt accidit ſenibus decrepitis:⁊ tunc hec paſſio cū ꝯtingat ex iſtis cauſis nullo modo curationem recipit. Fit etiam ex debilitate deſiderij coytus.⁊ fit ex paucitate ſpermatis. Et fit propter frigiditatē toti⁹ corporis. Quandoqꝫ fit propter quietem ſpermatis non mordicantis quādoqꝫ propter extenuationem ⁊ ſolicitudinē:quādoqꝫ ꝑpt mollificationē inſtrumēti:quandoqꝫ propter paruitatem inflationis in interioribus ventris: quandoqꝫ ꝑp frigus virge in neruis virge ⁊ paraleſim. Omnes iſte cauſe enumerate hic ſunt nouē q̄rum.viij.recipiūt vtilitatem per medicinas ⁊ opatiōes:nona vero neqꝫ per medicinas neqꝫ per opationē curationē r̄cipit:neqꝫ diminutionem:ſed omni die eius malitia ⁊ cauſa augmentum recipit vſqꝫ ad finem vite.

Signa diminutionis coytus quando fit ex debilitate deſiderij coytus ſunt attritio corporis ⁊ extenuatio ⁊ debilitas ipſius ⁊ citrinitas coloris ⁊ paucitas cibi.

Cura eius eſt confortare corp⁹ videlicet cor ⁊ opar ⁊ omnia membra cum gaudio tribudio ⁊ excitatio temperato ⁊ ſimilibus.⁊ cum rebus que impinguant:⁊ bene digeruntur in prima ſecunda tertia digeſtione: ſicut ſunt iura gallinarum ⁊ pulloꝝ ⁊ carnes eorum ⁊ carnes arietum ⁊ edorum ⁊ auium pinguium.que omnia condiantur cuꝫ puluē qui ſic fit. Re.cardamomi pipis longi gallange zinziberis cubebe an̄.ʒ.ij.croci.ʒ.ſ.cinamomi electi.℥.ij.fiat puluis cribellatus. Comedat ſepe pultes de farina frumenti ⁊ riti coctoſ cū lacte ouino vel caprino vel vacino ⁊ ſuper ipſos aſpergaꝫ multum de puluere dicto. Utatur ſepe loquelis varijs ⁊ diuerſis cum mulieribus ⁊ tactibus ⁊ conuerſationibus cum eis:⁊ ſint loquelle tales que faciant ad coytum. Utatur vino dulci limphato ⁊ bonis electuarijs calidis de quibus in antidotario fecimus mentionem:⁊ raro vtatur coytu ⁊ ſepe prouocet ſomnum. Utatur aliquando fabis ciceribus faſeolis conditis cum puluere piſcibus aſſatis in oleo ⁊ vero paruis ⁊ conditis cū lacte ⁊ puluere.

Signa eius que fit ex diminutiōe ſpermatis in ſubſtantia ⁊ quiete ⁊ mordicatione ſunt paucitas exit⁹ ſpmatis ⁊ in numero ⁊ in quantitate apud coytuꝫ.⁊ tarditas aliquando ⁊ raritas aliquando frigus ſenſibile in inſtrumentis genitalium.

Cura eius eſt vt vtatur omni re impinguante ⁊ multiplicante humiditatem vt ſunt piſces recentes aſſati cum comeduntur cepe crude cum eis ⁊ ēt cocte qꝫuis non ſic bone ſint in hoc: napi cocti in igne ⁊ cum carnibus ⁊ conditi cum ſpeciebus ⁊ rape cocte in igne etiā ſunt valde bone:⁊ ſicut ſunt iura gallinarum pinguiuꝫ ⁊ carnes eaꝝ ⁊ caponum pullorum edorum ⁊ pulloꝝ columbarum ⁊ paſſerum ⁊ teſticuli omnium animaliū que comeduntur ſunt boni valde:dactili infuſi in lacte calido:⁊ auelane fiſtici ⁊ pinee mūdate ⁊ caſtanee cocte in eodem multum operantur in hoc. Uinum dulce rubeum ſpiſſum aquatum medio modo multum videlicet cum ſupradictis.oua ſorbilia ⁊ ſpecialiter vitelli faciunt optime quod intenditur. Medicamen de tereniabin quod facit ad hoc ſic fit. Re.lactis vacini vl' ouini lib.ij.vini granati dulcis.℥.ij.coquantur h vſqꝫ ad ſpiſſitudinem ⁊ comedantur de eo in ieiuno.℥.iij.vel iiij.poſt cuius ſorbitionem comedantur piſces recentes cum cepis vt dictum eſt.⁊ ſint conditi cuꝫ puluere ſupradicto:poſtea poſt vnam horam vel duas itret balneum aque dulcis tepidum in quo aliquam faciat moram nō multū:⁊ cuꝫ exierit de balneo dormiat ſomno longo ⁊ bene erit ei in hoc caſu.

Signa eius que fit propter frigus ſunt multitudo ſpmatis apud coytum in digeſti fluidi ⁊ non coagulati ꝑ ſeneqꝫ coagulatur in aqua frigida cum in ea ſpargitur ⁊ eſt ipſum ſpma ſubtile in ſubſtantia ⁊ difficilis exit⁹ ⁊ paulatim cum continuatione partis poſt partem hora coytus. Si autem cum frigiditate ſiccitas aggregaretur ſigna erunt paucitas carnis totius corporis ⁊ ſanguinis:⁊ paucitas ſpermatis ⁊ difficultas exitus eius.

Cura quando fuerit propter frigiditatem abſqꝫ ſiccitate eſt vt ſepe ter in die vel quater ſumat de lectuario diatrion piperon:⁊ poſt illud bibat vinum dulce limphatum mediocriter ſeu diagalange aut diaſpermatō quod faciemus. Utatur etiam pipere cubebis ⁊ zinziberis ſepe in die:⁊ comedat carneſ aſſatas cōditas cū pipere longo ⁊ zinziberis cubebis cardamomo ⁊ croco multotiens immo vt plurimum. Bibat vinuꝫ rubeū non dulce acutum in ſapore non limphatuꝫ. Comedat mel auellanas ⁊ ficcus ſiccas ⁊ alea cocta ⁊ cruda etiā. Sepe vtatur carnibus anſerū anatum ⁊ ſimilium:⁊ condiantur tales carnes cum aleis ⁊ pipere ⁊ croco ⁊ cubebis. vngantur renes ⁊ virga cum oleis calidis de coſto.

Si autem cum frigiditate aggregata fuerit ſiccitas cura erit cum cibis calefacientibus ⁊ ingroſſantibus ⁊ inflammantibus vt ſunt cicera mes ⁊ omnes carnes non pingues animalium ⁊ volatilium pinguium maxime ſi condiantur cum ſpeciebus melle ⁊ zucharo. Bibat vinum dulce limphatuꝫ quodammodo. Utatur balneo ⁊ piſcibus conditis vt dictum eſt ſupra. Utatur omni die medicamine de tereniabin dicto:poſt cuius aſſumptionem recipiat diatrion ⁊ vinum album dulce limphatuꝫ ſecundum aliquid:eruce paſtinace cōdite cū pipere ⁊ ſpeciebus melle ⁊ zucharo multum valent.

Signa vero quando diminutio coytus fuerit propter paucitatem mordicationis ſpermatis ⁊ propter quietem ⁊ congelationem eius ſunt paucitas deſiderij hora exitus ⁊ qꝫ egreditur plurimum ſperma hora coitus ⁊ illud eſt congellatum groſſum ⁊ pingue.

Cura eius eſt vt confortetur totum corpus cū nutri

mento calido dicto ſuperius ⁊ cum electuarijs calidis videlicet cum diaſatirion diatrion pipereon ⁊ ſimilibus. ⁊ fiant vnctiones cum oleis calidis circa renes ⁊ virgam ⁊ teſticulos ⁊ ſumen. nam impinguantia oīa cum caliditate vt ſunt carnes ⁊ iura carnium auium ⁊ animalium pinguium condita cum ſpeciebus dictis: ⁊ fiſticis pineis dactilis auelanis ⁊ ficubus ſiccis ⁊ nocibus. multum valent ſolatia ⁊ motus cum gaudio ⁊ cōuerſationes in lecto ſpecialiter cū mulieribus ludendo addunt in deſiderio tali vinum dulce bonum nutribile valet ſi in eo aliquid aque fuerit.

Signa eius cum fuerit propter ſolicitudinem ſunt elongatio longa a coytu ⁊ anguſtia de preterita ⁊ ſpes in qua eſt cogitatio de re habenda vel non habenda ī futuro ⁊ timor de re ⁊ caſtitas: ⁊ cum aproximat ad mulierem vt coeat ſi eſt erectus remouetur erectio.

Cura eius eſt elongare patientem talem a caſtitate ⁊ a conſilijs caſtitatis ⁊ mouere ipſum in contrarium eorum que ſignificant hec ⁊ nutrire eum cum omnibus facientibus ſperma ⁊ ventoſitatem ⁊ erectionem de quibus dictum eſt ſatis ſuperius ⁊ ſpecialiter cum napis coctis cum carnibus conditis cum ſpeciebus ⁊ in igne coctis ⁊ cum rapis coctis in igne: ſimiliter ⁊ prouocare ipſum ad ſolatia delectationes corporis ⁊ coit⁹

Signa mollificationis inſtrumenti cum exiccatiōe totius corporis ſunt debilitas totius corporis ⁊ impotentia erectiōis. ⁊ debilitas virge in hoc ⁊ ſenſibilis ſtupor in ea.

Cura eius eſt viuificare iſtrumenta coytus ⁊ ſpecialiter virgam ⁊ teſticulos, cum vnctiōe ex oleo de coſto ⁊ vngento in quo intrat euforbium ⁊ ſimilibus ſuperi⁹ dictis: ⁊ confortare omnia membra cum nutrimēto calido ⁊ electuarijs calidis dictis in ſuperioribus capitulis ⁊ locis: ⁊ fricare ſepe loca genitalia manibus: ⁊ intrare balneum poſt comeſtionem rerum calidarū ⁊ habentiū ventoſitatē in quo nō ſit mora magna: ſed fricatio genitalium cum manibus ⁊ vngento fortis fiat in balneo. talis enim fricatio in balneo trahendo materiam ⁊ humores ad membra corpus impinguat ⁊ mēbrum virile confortat in actione coytus mirabiliter. Jterum omnis viſio mulieris cum qua eſt narratio eorum que pertinent ad vſum coytus eſt vtilis in hoc ⁊ in omnibus iſtis caſibus.

Signa eius quod fit propter prauitatē inflatiōis ſunt paucitas erectionis ⁊ paucitas inflationis in ventre, ⁊ debilitas erectionis hora qua erigitur.

Cura eius eſt vt comedat faſeolos fabas recentes ⁊ vuas ⁊ mes ⁊ condiantur cum aliquantulo ſalis ⁊ aſſe dulcis vel cardamomi ⁊ galange. Comedat napos coctos in prunis ⁊ carnibus rapas coctas in igne etiaʒ quia iſta ſunt vtilia in hoc. ſumat ſepe lac recens cum melle ⁊ cinamomo ⁊ repleatur ex cibis multum hora comeſtionis. Comedat piſces recentes aſſatos ⁊ non aſſatos paruos ſpecialiter conditos cum cepis crudiſ pipere cinamomo ⁊ cardamomo. vinum dulce ſpiſſuʒ in quo ponatur de aqua ꝯfert in hoc. ⁊ omnia electuaria calida ſuperius narrata ⁊ vnctiones ⁊ balnea valēt multum poſt repletionem magnam ſpecialiter.

Signa eius quod fit in neruis virge ſunt ꝙ ſpma ē habundans ⁊ ſubtile egrediens facile: ⁊ deſiderium ē ſatis firmum: ſed erectio in ſe in ipſa eſt debilis valde

Cura eius eſt vt ſumat electuarium de anacardis ⁊ inungatur virga cum oleo de ſpica in quo diſſoluantur caſtoreum ⁊ anacardum: ⁊ comedat carnes aſſatas conditas cum pipere ⁊ rob ⁊ cibaria calida ⁊ ventoſa condita cum pipere longo cubebis galāga cinamomo cardamomo ⁊ croco. Bibat vinum acutum limphatū valde. Vtatur balneo ſicco vel ſtupha in quo faciat fricatione virge cum oleo de euforbio mixto cum anacardis pipere ⁊ coſto. Nos vero ex nobis per vſum inuenimus cibarium mirabile in hoc conferens non ſolum ſenibus ⁊ diminutis in coytu ſed etiaʒ in decrepitis et in eis excitat bonam voluntatē coeundi qđ ſic fit. recipiuntur piſces parui recentes qui vocantur mulinarij vel borſoni aut botoli: aut alij piſces parui qui nominibus diuerſis ſecundum regiones diuerſas nūcupāt ur ⁊ aſſantur tales piſces in oleo communi vel coquūtur ⁊ condiuntur ⁊ comeduntur cum re que ſic fit. ℞. galange piperis longi: piperis cardamōi: cinamomi: zinziberis: nucis indice: croci: ſtincorum non corruptorum ſanorum anā. ℥. ij. pinearum mundatarum fiſtiorum auelanarum dactilorum vuarum paſſarum anā. ℥. j. piſtentur omnia ſimul piſtatione perfecta ⁊ conficiātur cum rob vini ⁊ comedatur in mediate poſt illud. Aliud quod ſic fit. coquantur caſtanee mūdate ab omnibus ſuis corticibus cum carnibus arietis vel galli vel paſſerum vltima coctione ⁊ poſtea accipiuntur et coquantur debiliter in lacte ouino vel vacino condiant cum ſpeciebus dictis ⁊ comedantur ⁊ videbis mirabile in omni etate ⁊ in viliori meli⁹ poſſunt iſta duo hora comeſtionis miſceri ſimul: ſed melius ⁊ honorabili⁹ eſt ea ſucceſſiue comedere.

Capitulum. clvij. de nocumento quod fit in multitudine deſiderij coytus ⁊ ſpermatis.

Alis paſſio vel modus infirmitatis fit aut propter multitudinem ſanguinis aut ex acuitate ſpermatis: aut ex multitudine humiditatum preparatuʒ vt fiat ſperma.

Signa eius quod fit propter multitudinē ſanguinis ſunt rubedo coloris ⁊ carnoſitas ſeu pinguedo eius: ⁊ virtus totius corporis et permanentia virtutis ſuper multitudinem coytus.

Cura eius eſt vngere renes ⁊ virgam ⁊ teſticulos cum vnguento facto ex oleo roſato cera ⁊ camphora vel vnguento facto ex populeon litargiro ⁊ aceto: vel vnguēto facto ex populeon ⁊ argēto viuo mixtis ⁊ aliquantulo aceti: ⁊ poſt inunctioneʒ cuʒ iſtis dormire mirabiliter vʒ: imo nimius vſus iſtorum paraleſim virge faceret. Comedat omnia acetoſa ⁊ agreſta ⁊ bibat vinum debile ⁊ agreſte limphatum. Vtatur flebotomia ⁊ purgationibus cum medicinis. comedere lentes coctas ⁊ conditas cū aceto vel agreſta ⁊ lactucas crudas ⁊ portulacas cum aceto vel agreſta talia in iſto caſu mirabiliter operantur.

Signa eius quod fit ex acuitate ſpermatis ſunt debilitas que aduenit homini cum egreditur ſperma: et egreſſio ſpermatis cum mordicatione ⁊ nocumento: et aduſtio in virga hora egreſſionis ſpmatis. Et ſcias ꝙ exitus talis ſpermatis cum conditionibus dictis ſignificat ꝙ vſus coytus cum continuatione citius ducunt hominem ad ethicam ceteris rebus cum propter naturam talis ſpermatis patiens abſtinere non poteſt.

Cura eius eſt vt humectetur corpus patientis ⁊ infrigidetur cum rebus frigidis ⁊ humidis videlicet cuʒ cucurbitis mellonibus ⁊ portulacis ⁊ lactucis. aut acetoſa crudis ⁊ coctis conditis cum aceto vł agreſta aut vino de granatis. Bibat aquam frigidam cum vino aquoſo vł agreſta. Comedat carnes agnīas: ouinas: caprinas: porcellinas: coctas cum aceto vel agreſta: aut coctas in gellatina aut conditas cum papauere aut acetoſitate citri aut arancij aut limonis ⁊ ſimilium. Vngātur renes ⁊ genitalia cum vngentis dictis ſuperius frigidis. ⁊ ſuper vnctiōem dormiat īfirmus ⁊ ſentiet vtilitatem maximam per hoc remouebuntur, omnia accidentia dicta in ſpermate acuto ⁊ remanebit bene.

Signa eius ꝙ fit propter habundantiam humiditatiʒ vt ſperma fiet ⁊ generetur ⁊ multiplicetur ſunt habundantia ſpermatis in quantitate ſpecialiter ⁊ eius ſubtilitas ⁊ albedo coloris ⁊ multitudo inflationis.

Cura eius eſt vt comedat lentes coctas cum origano vel menta aut ruta calamēto ⁊ cimino: aut porros ꝯdi

tos cum eiſdem rebus ⁊ cum ſinapi. Comedat ſepe d electuario qd ſic fit. Re. cimini carui origani rute mēte ⁊ calamēti an̄. ʒ. j. ʒīziberis cinamōi an̄. ʒ. iij. ameos amomi an̄. ʒ. j. fiat electuarium durum cum lib. vj. zuchari: ⁊ bibat poſt illud vinum album parum acutum. Comedat ſpecialiter carnes ⁊ cibaria ſua cum ſinapi vel cimino ⁊ menta: ⁊ erit ei melius.

Capitulum. clviij. de erectione aſſidua ⁊ vocatur ſatiriaſis. ⁊ de priapiſmo.

b

Ec egritudo cum ↄtinuatione ⁊ aſſiduatione eius nocet toti corpori inflām̄ando ipſum ⁊ furiam inducēdo: ⁊ perducit hominē ad ſpaſmum ⁊ ad egritudines malas pernicioſas. Fit autē ex multitudine materie calide ſanguinee cum ventoſitate. Fit aliquando ex multitudine ſpermatis in quantitate cum ventoſitate. Fit etiam ꝑpter rem facientem illud de proprietate: vt ſunt ſtinci recentes ⁊ ſumen ſtelliōis cum recipitur in medio veris ⁊ comedūtur. hic addas differentiam inter priapiſmum ⁊ ſatiriaſim quāuis ſecundum formā ſint idē: q: ꝑapiſmus fit abſq; deſiderio ⁊ neceſſitate niſi quādo accidit propter dimiſſionez coytus ⁊ tunc eſt idem cum ſatiriaſi: ſed ſatiriaſis accidit quandoq; cum deſiderio ⁊ neceſſitate: priapiſmus vero nō. Scias ꝙ preter hoc accidat mulierib⁹ vt viris: ⁊ cura in vtroq; erit eadem preter quando accidit in muliere preter pruritum oris vulue ⁊ matricis vt dicemus capitulo de vlceribus in matrice ⁊ pruritu ⁊ priapiſmo: tunc cura erit vt illic dicemus verum eſt ꝙ in viro ſatiriaſis ⁊ priapiſmus ſunt ⁊ fiunt ex eiſdē cauſis ⁊ eodem modo curantur: naz priapiſmus nil aliud eſt ꝙ̄ tēſio vge abſq; dſiderio ⁊ nccitate vt fit i pueris.

Signa ſatiriaſis ⁊ erectionis aſſidue ex multitudine materie calide cum ventoſitate ſunt erectio continua ⁊ totius corporis rubedo cum caliditate ⁊ membrorum carnoſitate: ⁊ furor cum inflatione faciei ⁊ oculoꝝ: ⁊ ꝑmuū deſideriū mulieris vt ſtet cū ea

Auſa et ſigna. manifeſta ſunt ex re ipſa: ſunt tamẽ quidã q volunt trahere ſignificationẽ ex ipſa vrina: dicendo ꝙ vrina virginis ſubtilis limpida apparet: ⁊ aſſignant ꝓ cauſa ꝙ cũ vie matricis et vulue ſtricte: ſi ꝑꝑ virginitatẽ non debet ex locis illis affinitate ꝯſtrictiõis viaꝝ illius loci purgari ⁊ deſcendere ꝑ veſicaz niſi ſubtile ⁊ humidũ. Alij vero ꝑ aliã viã trahere volunt ſignificationẽ ſuꝑ virginitatẽ ex modo mingẽdi: nã virgo cũ migit ſibilat ſubtilius ⁊ acutius q̃ꝫ corrupta: ⁊ mingit lõgius q̃ꝫ corrupta: ⁊ mingit longius quaſi q̃ꝫ puer. Quidã vero volunt notare ſuꝑ virginitatẽ ꝑ aſpectum in ore vulue: et h̃ eſt officium obſtetricis q̃ conſueta eſt in h̃ ⁊ docta ſuit a medico ſm̃ viã anothomie illius loci: nã foramẽ vel os vulue ꝑ ꝙ virga hominis ad matricẽ ingredit̃ ante q̃ꝫ corrũpatur nodus virginitatis ẽ ſtrictũ cõtextum venis ⁊ artarijs manifeſtis rugatũ in cuius textura ⁊ rugatione ſunt eminẽtie parue ad modum acuitatis ciceris: quã texturã ⁊ ligationẽ ⁊ formã os p̄dictũ ſtrictum amittit hora corruptiõis nodi virginitatis ⁊ apparet hora corruptiõis illius exitus alicuius ſanguinis manifeſte et tunc foramẽ illud dillatatur manifeſte ad oculum cognoſcẽtis: ⁊ eſt differentia inter illũ ſanguinem qui exit hora illa a vulua ⁊ ſanguinem menſtruum in tempore quãtitate ⁊ colore tempus enim exitus ſanguinis corruptionis virginitatis minimum eſt comperatione temporis menſtruorum ⁊ quãtitatis minima etiaz: color vero ſanguinis qui exit hora corruptionis virginitatis clarus ⁊ nõ fuſcus eſt: eo ꝙ a venis et artarijs per violentiam ⁊ nõ in modum ſuperfluitatis exit. color vero menſtruorum ex cauſis contrarijs fuſcus ⁊ turbidus reperit̃ ⁊ apparet.

Cura ad conſtringendum vuluam ita ꝙ manifeſte appeat ꝙ corrupta virgo videatur et credatur: primo oportet vt mulier abluat os vulue ⁊ ſedeat per horaz in aqua calida decoctionis gallarum nucis cipreſſi ciperi ⁊ gũmi arabici: cum vero ab aqua in mediate remota fuerit exiccet os vulue cum petia lini munda: ⁊ ponat ſuper ipſam vuluam ⁊ circa os eius petiam lini infuſo in re que ſic fit. ℞. gallie muſcate. ʒ. iij. gariofili. ʒ. j. muſci. ℈. ſ. terãtur ⁊ diſſoluãtur in. ℥. j. vini rubei ſtiptici: ⁊ aliquãtulum ad ignem calefiat. Aliud quod facit apparere corruptam virginẽ manifeſte. ℞. gallarũ aluminis zucharini ſquinãti: foliorum lilij: ciperi añ. ℥. j. terantur et buliant in. lß. iiij. aque tam diu ꝙ aqua virtutem rerum recipiat: de hac aqua mulier ſepe abluat os vulue et de ea in vuluam ſepe ponat: cuz vero bene ſtricta fuerit vulua per iſtam operationem tunc cum vir acceſſerit ad eam vt coeat: vel ante aliquantulum accipiatur aliqua pars parua inteſtini columbe et impleatur ſanguine eiuſdem columbe ⁊ immittat̃ vulue poſtq̃ꝫ vero ad eam vir acceſſerit ⁊ cũ ea coire ceperit ſcindetur inteſtinum et ſanguis fluet et ſic virgo videbitur. Aliud ad idez ⁊ eſt fortius qd̃ facit apparere mulierem que iam peperit vt ſit virgo ita ꝙ cum vir eam cognoſcere voluerit diuti⁹ ⁊ difficilius imponere virgam poterit q̃ꝫ ſi nõ eſſz corrupta ſic fit. ℞. vini rubei ſtiptici. lß. iiij. aceti vini rubei. ℥. iiij. maſticis gummi arabici: nucis cipreſſi gallarum aluminis zucharini añ. ℥. j. terantur ⁊ pulueriẓentur et buliant in vino tam diu ꝙ conſumantur de toto mixto. ℥. iiij. abluatur vulua de re illa ſepe indie cuz fuerit calida ⁊ poſt ablutionem epithimetur cuz petia in fuſa in eadem re ſed ante epithimationem cum petia aſpergat̃ ſuꝑ foramen oris matricis intra labia vulue puluis q ſic fit. ℞. boli armeni maſticis gummi arabici mumie armõiaci añ. ℥. ſ. terantur ſimul in mortario vltima conſtrictione ⁊ reſeruetur ad vſum. nã hic modus quaſi os matricis conſolidabit: ⁊ ſpecialiter ⁊ operatio illa dicta continuabitur. ſemꝑ eniz cum hic puluis ponatur ſuper foramẽ oris matricis omni die ſemel ad min⁹ debet ſuper ipſuz puluerem ⁊ foramẽ poni petia infuſa in vino calido ⁊ ſic operatio complebitur penes intentionem.

Caplm. clxxij. De his que auferunt humiditatem a vulua.

m **Ultiplicatio humi**ditatis in vulua addit in ſterilitatez ⁊ impedit generationem. nam humiditas matricis cũ multiplicat̃ ledit eius aſperitatẽ ⁊ virtutem retẽtiuam ſeminis impedit ⁊ ꝑꝑ h̃ curari ⁊ remoueri debet a medico ꝑ poſſe.

Signa humiditatis vulue ⁊ matricis ſunt mollities corporis maxillaruz ⁊ oris: ⁊ ſuperfluitates que ore naribus ⁊ oculis auribus expellunt̃ multiplicantur ⁊ ſunt nõ bene digeſte ⁊ certius ſignũ omnibus alijs eſt ꝙ ſemper os matricis humidũ inuenitur: ⁊ corpus mulieris ſm̃ viſum cum h̃ totum humidum iudicatur.

Cura mundificet̃ aliqñ cum medicamine deturbit aut cũ pillulis fetidis ⁊ nutriat̃ cũ rebus aſſatis ſtipticis pręterq̃ʒ in die medicine ⁊ vtat̃ vino ſtiptico. ſepe vtat̃ balneo ſicco in quo abſtergat vuluã cuʒ abſinthio: origano: arthemiſia ⁊ calamẽto. cõtinue defferat intra vului pe:tiam infuſam in vino ſtiptico calido decoctionis aluminis zucharini: cupulaꝝ: glãdium ⁊ corticum pinearum balauſtie: ciperi ⁊ ſimilium: ⁊ exiccabit̃ per iſtam viam radix humiditatis currentis a corpore ad locum et loci etiam humiditas comſumabitur.

Capitulum. clxxiij. de his que vuluam calefaciunt.

Frigiditas matricis

f cum intenſa et manifeſta fuerit extinguit ſemẽ cũ collectũ fuẽit i loco ↄceptionis: ⁊ ꝑ h̃ hec infirmitas nõ ẽ a medico negligenda. nã omnis frigiditas eſt omnium virtutũ naturalium mortificatiua: caliditas vero viuificatiua dicit̃ vt vult hypo. particula. v. vbi dicit. Qu ecũq; frigidas ⁊ deinpiſſas habent matrices ẽ.

Signa ſup vuluam nõ calidaʒ ſunt ꝙ quaſi nõ habet pilos circa femur ⁊ vuluaʒ ⁊ ꝙ tarde incipit eos mittere ⁊ ſunt ſubtiles ⁊ exiles ⁊ minuti ⁊ flaui: ⁊ ei⁹ mẽſtrua alba vel rubea ſubtilia clara pauca in quãtitate ⁊ rara in tẽpore et mulier nõ eſt deſiderãs coytũ ⁊ nullomodo delectat̃ in coitu neq; ſpma emittit ⁊ male generat̃: ⁊ nõ generat mulier talis niſi cũ colerico ⁊ vehemẽter calido: quãuis per naturam cõtrarietatis mulieris ad viꝝ ex parte ſexus meli⁹ ⁊ citius ⁊ ſepius cõcipiat mulier cuius matrix eſt frigida ⁊ complexio frigida q̃ʒ illa cuius matrix ẽ calida ⁊ complexio eius calida: et h̃ eſt communis in humana natura ⁊ verius ſm̃ ſenſum.

Cura. ea que calefaciunt vuluã ſunt electuaria calida vt diamuſcũ ⁊ diambra ⁊ diatrion quod eſt nobilius in iſto caſu ſpecialiter ſm̃ quod in antidotario fiet ſupponat̃ in vulua carni agreſte vel domeſticũ excoriatũ vl' contritum ⁊ mixtum cũ oleo de ſpica aut de coſto ſeu de ilio ⁊ incorporatũ ita ꝙ ſpiſſitudineʒ accipiat ſupponat etiã ſibi in vulua cubebas tritas ⁊ mixtas ⁊ inſpiſſatas cuʒ oleo de ſpica. Vtat̃ ſepe ſuffumigationibus factis cũ mirra maſtice vernice q̃ recipiatur in vuluã cuʒ emboto. Comedat carnes aſſatas ⁊ calidas: ⁊ bibat vinũ ſtipticũ odoriferũ. mundificetur temporaliter cum pillulis fetidis ⁊ medicamine deturbit.

Capl̃m. clxxiiij. de his que valẽt ad impregnãdum.

Hoc capitulum

b intrat in. c. de difficultate impregnatiõis ꝙ dicemus inferi⁹. cõmuniter ea q̃ valẽt ad impꝰgnãdũ ſunt vt eligant̃ duo q̃ ↄueniãt ad h̃ faciendum videlicet vt cõplexio viri ſit ↄ̃ria cõplexioni mulieris. iteruʒ vir ⁊ mulier abſtineãt lõgo tẽpore a coitu ꝑ poſſe: nã h̃ exiccat matricẽ in muliere: ⁊ cõfortat aſꝑitatẽ ⁊ virtutẽ retẽtiuã in ipſa ⁊ in viro addit in maturationẽ ⁊ maiorẽ ꝑfectionẽ ſpermatis. cõueniẽs ad intentioneʒ iſtã eſt vt vir neq; mulier ſint ebrij: q: ſperma ebrij ſit fluidum nimis ⁊ eſt indigeſtum et lubricat ita ꝙ nõ cõgregatur in loco conceptiõis. Vtat̃ mulier ante horã coitus ꝑ ſex vel quatuor horas balneo aque calide decoctionis ſpice celtice florum camomille meliloti ꝑſilij: ſiſeleos ſuffumiget̃ os matris ⁊ matrix tota cũ oppoponaco: carpobalſamo ⁊ ſemine ben et coſto ⁊ ſpica ⁊ ſupponat mulier intra vuluam omni die ante coitũ medicamẽ quod ſic fit. ℞. carpobalſami xilobalſami: ſtoracꝭ: ſiſeleos: ſemi. peonie mirre añ. ℥. j. terant̃ ⁊ cribellẽtur ⁊ fiant troc. cuʒ oleo balſami ⁊ oleo roſato in quo diſſolut⁹ ſit muſcus. Aliud ad idem. ℞. balſami. ℈. j. mirre carpobalſami añ. ℈. j. ſiſeleos ſeminis peonie añ. ʒ. j. terãtur ⁊ incorporent̃ ⁊ fiant forme ad modũ nucis dactiloꝝ cuʒ oleo roſato in quo diſſoluat̃ muſcus. ſedeat ſepe mulier in aqua decoctõis galaruʒ mirtilorum balauſtie. mũdificet̃ ſepe cũ aqua decoctionis mirobolanorum kebulorum emblicoruʒ roſarum mirtilorum ⁊ dulcoretur cuʒ zucharo roſato veteri. ſepe comedat ſiſeleos ⁊ fumigetur ſuper ipſum purum ⁊ mixtum cum ſemine peonie. Vtatur ſepe in ebdomada tyriaca diſſoluta cũ vino calido decoctionis ſiſeleos ⁊ ſemine peonie. Bonuʒ ⁊ vtile videtur vt hora coitus ſit in media te poſt menſtruorum purgationem. tunc enim vir incipiet ludere cuʒ muliere tangendo mamillas ⁊ pectinem ⁊ fricando marginẽ ſiue maceriaʒ. i. loca pilo a que ſunt circa vuluam: nam medici volũt ꝙ iſte locus ſit locus fortiſſime delectationis in muliere: ⁊ hoc narrat. Auicena. li. iij. in regimine et curatione ſterilitatis: ⁊ faciat cum hoc videre diuerſa obſcura ⁊ motiones in facie ⁊ oculis mulieris. ⁊ cum viderit ꝙ mulier excitat̃ ad coituʒ quod cognoſcet per motiones diuerſas in oculis et per excitationes ⁊ anhelitum diuerſum: tunc vir exercitetur ſuper mulierem ⁊ coeat ⁊ hora coitus mulieris crura vehementꝫ eleuet ⁊ ſit hora illa caput mulieris inferius merſum. Abſtineat vir etiam hora coitus ab emiſſione ſui ſpermatis donec nouerit mulierem ſuum impleuiſſe deſiderium: ⁊ tunc vir trahat naticas mulierꝫ ad ſe ⁊ violenter firmet ſecum genitalibus verſus mulierem ⁊ ſuum emittat ſemen. nam omnes iſti modi dant viam ad cõceptionem ſi ſterilitas nõ fuerit manifeſte in cauſa: ſi autem ſterilitas fuerit manifeſte in cauſa. q̃r vir non generat aut mulier nõ concipiat tunc non intrat in tẽtioneʒ artis medicinalis ſed relinquitur diuinitati.

Capitulum. clxxv. de his que prohibent impꝰgnationem ⁊ aborſum faciunt.

Quamuis iſtud capi

q tulum non ſit de mandato legis tamẽ ad ordinẽ ſemine medicinalis propter periculum quod contingere poſſet ex conceptione in muliere nõ ſana vel debili: vel que eſſet nimis iuuenis. De his que impediunt ⁊ ꝓhibent impregnationem eſt vt vir compleat ſuuʒ coitum prius q̃ʒ mulier: ⁊ tunc mulier poſt coitum viri ⁊ etiam poſt coitum ſuum ⁊ viri aperiat crura ⁊ ſtet pedibus ⁊ ſaltet fortiter retro per. vij. vl'. viij. paſſus ⁊ ſaltet etiam ſuper vnum pedem ⁊ deſcẽdat per gradus ſcalarum: ⁊ ſic emittet ſperma ſuũ ⁊ viri extra. ſi mulier poſt coitum in mediate ſupponat ſibi oleum de pice liquida vel de iunipo vel de menta nõ concipiet. Et ſi vir añ coitum inungat caput virge cum eiſdem oleis vel de ſucco mẽte vel rute vel ex ſucco iuniperi vel ex pulpa coloquintide nõ generabit neq; mulier cõcipiet. ſimiliter cuʒ ſucco ſauine vel ſcolopendrie. dicitur ꝙ ſi hora coitus ſuſpendat̃ ſcolopendria viridis ad coxas mulieris nõ cõcipiet. iterum ſi mulier cõtinue per. x. dies ſume. et omni die. ʒ. iij. de ſemine rute ſauine vel iuniperi emitteret fetum mortuuʒ ⁊ nõ cõciperet: vel ſumat̃ de eiſdem ſeminibus taʒ diu continue ꝙ odor illius ſeminis in vrina vl' ſudore ſentiat̃ nõ cõcipiet: ⁊ ſi aciperet faceret aborſum. omnia breuiter que mẽſtrua ꝓuocant cõueniunt in iſto caſu: de quibus faciemus mentioneʒ de retentione mẽſtruoꝝ. Aliud ad idẽ. ℞. ſe. ſa

inc. ʒ. x. mētaſtri ſicci folioꝝ rute añ. ʒ. ij. rubee: carui: agreſte: pulegij ceruini añ. ʒ. j. hec omnia pulueriʒata cū lacte ficuum in modū electuarij cõficiant̃: ex quo in mane ⁊ circa noctē ad magnitudinem vnius auelane parue ſumat. Sumat iterū omni die ſtõacho ieiuno. ʒ. ij. electuarij de anacardis cū vino decoctionis rubee ⁊ ſe. iunipi. ⁊ quod valet ad h multū eſt ſuffumigatio in traiectorio cõ nuce cipreſſi ⁊ ſerapino ⁊ mirra: ⁊ comedere alea ⁊ acuta ⁊ ſupponere ante coitum ⁊ poſt fel vacinuʒ ⁊ tauri ⁊ fruſtrum ſalis gēme: ⁊ bibere apij vel leuiſtici radices: et ſupponere radiceʒ eſſe fetide: et omnia illa ſingulariter per ſe in hoc iuuant.

Capitulum. clxxvj. de difficultate impregnationis.

Difficultate impḡnatiõis cõtingit ex multitudine adipis aut ꝓpter paruitatē vel magnitudinem virge: vel ex abreuiatione ligamenti capitis virge aut ꝓpt velocitatem erectiõis mulieris ⁊ velocitatē mot⁹ poſt coitum: aut q: matrix eſt frigida vltra debituʒ: aut ex lubricitate matricis ⁊ debilitate ipſius aut ꝓpter ventoſitatē groſſaʒ in matrice: aut ꝓpt ſuperfluitatē caliditatis matricis aut ꝓpter excicationem matricis aut ꝓpter emoroydas ⁊ vlcera in matrice: aut q: ſpma eſt calidum nimis vel frigidum: aut q: vir ⁊ mulier cõueniunt in complexione calida vel frigida ⁊ innaſcit̃ complexio mala ⁊ diſtemperata in matrice ita ꝙ nõ eſt cõueniēs ad generationem. hec aūt ſunt cõditiones. xij. impedientes manifeſte cõceptionem. Addit̃ autem aliqua cõmuniter a medicis videlicet ꝙ quãdo mulier nõ emittit ſperma hora coitus nõ fit generatio: ⁊ h ſententia quãuis ſm ſenſum a medicis affirmetur quo ad veritatem nõ eſt neceſſaria vt ꝓpoſitū ē ab Ariſtotile. li. de animalib⁹. c. xix. vl' xiiij. ſm diuerſas tranſlationes ꝙ ſperma mulieris nõ eſt neceſſarium ad generationē: ⁊ ꝓbat vel multis rationibus: quaꝝ prima eſt ꝙ vbi eſt mēſtruuʒ ibi nõ eſt ſperma ⁊ vbi eſt ſperma ibi nõ eſt mēſtruum ſecunda ratio eſt per teſtimonium contractum ex mulieribus que tempoꝛib⁹ ſuis impregnabant̃ ⁊ que modo impregnant̃ dicunt ⁊ dicebant ꝙ impregnabant̃ ⁊ impregnant̃ abſqꝫ delectatiõe: ⁊ ex h trahit̃ argumentū tale. omnis emiſſio ſpermatis eſt cum delectatione: mulieres impregnant̃ ⁊ impregnabant̃ vt teſtificate ſunt abſqꝫ delectatione aliqua: ergo abſqꝫ emiſſione ſpermatis: ⁊ ſic ſpma mulieris nõ eſt neceſſariū ad generationem cum abſqꝫ eius ſemine generatio fiat ⁊ poſſit fieri vt apparet. tertia ratio ē ſi mulier haberet ſpma cõueniens ad generationē quare ex ſe abſqꝫ viro aliquando nõ generaret: ſed hoc nõ eſt poſſibile: ergo ſperma mulieris nõ eſt neceſſariū ad generationem. Reformemus ſententiam medicoꝛum ſuper h ꝑ verba Ari. eodem. c. vbi dicit. Illud quod putãt homines qdam ꝙ femine cõueniant generationi ꝓpter quod aliquando emittūt ſperma apud coitum ⁊ propter delectationē quaʒ habent in coitu eſt falſum: ſed eſt verum ꝙ exit aliquando in aliquibus mulierib⁹ ⁊ ſpecialiter albis facientibus feminis ⁊ nõ nigris ⁊ brunis facientibus maſcules: quoddam humidum album fluidū ſed nõ eſt ſpermaticum immo eſt a ꝓpriatum loco: ⁊ eſt aliqua pars menſtrui que per fricationem ⁊ caloꝛem loci mutata eſt in albedinē: ſed non eſt ſpermaticum neqꝫ ſemē veꝝ agēs ⁊ coagulans vt ē ſemen viri. naʒ ſi eſſet ſic vt ꝓbatū eſt poſſet mulier generare abſqꝫ viro quod eſt impoſſibile. apparet manifeſte intelligentibus veritatem ꝑ verba philoſophi ꝙ humidum quod exit a muliere hora coitus ſiue ſit ſperma ſiue non impedit generationē aut generationem facit imperfectam: ⁊ ꝙ nõ eſt illud humidum vtile ſiue neceſſarium in generatione. vnde cum medici aliquando ſubtiliter videant hoc humidum exire a muliere in coitu ⁊ cū aliqua delectatione voluerunt ſubtiliter iudicare ꝙ ſperma mulieris erat ſemen ⁊ neceſſariū ad generationem: ⁊ hoc in ꝓbatum eſt. ꝓpter h vult philoſophus ꝙ totum quod exit de muliere ⁊ quod eſt in muliere ſit loco materie neceſſarie ad generationem ⁊ loco nutrimēti: ⁊ illud quod exit a viro per viam virge ⁊ hora coitus ſit ſemen ⁊ ſit loco forme ⁊ agentis ⁊ perficientis non negat quin de ſubſtãtia iſtius ſeminis viri iſ intret materiam generationis vt ſubſtantia coaguli in materiam caſei: ⁊ h eſt pura veritas quã a ſapientibus credi ⁊ affirmari neceſſarium eſt.

Signa difficultatis impregnationis ex multitudine adipis ſūt manifeſta ex humiditate ipſius mulieris. nã quando totaliter pinguis ⁊ repleta videt̃ et venter eis ad inferiora deſcenderit cum pinguedine vltimata vl' quaſi bene manifeſtaret̃ conſideranti ꝙ nõ impregnatur ꝓpter multitudinem adipis in matrice et loco generationis: ſꝫ ſi mulier eſſet extenuata circa pectus ⁊ ſpatulas ⁊ adiutoria ⁊ coxas: ⁊ appareret in ipſa deſcēſio ventris vltra menſuram: et multiplicatio pinguedinis et ſpiſſitudinis in loco femoris ⁊ vmbilici cuʒ frequentia anhelitus ⁊ ei⁹ cõ motiõe ⁊ lederet̃ a qualibet ventoſitate ⁊ ſtercoris retentione aut aggregatione ventoſitatis in ventre ⁊ eſſet apparens ꝯſtrictio vel opilatio oris matricis apud tactuʒ obſtetricis: iaʒ verificatum erit apud te de hoc totum quod intendis.

Signa que eſt ꝓpter paruitatem virge vl' magnitudinem ex re ipſa ſatis nota ſunt vnde Auic. li. iij. c. excuſandi medicum in illis que docet et delectatione ⁊ cetera. ⁊ capitulo de ſterilitate in cura: ⁊ Almanſoꝛ in li. diuiſionum. c. de difficultate impregnationis: dicunt ꝙ paruitas virge impedit generationem. Iterum Auic. li. iij. c. de ſpermate generante ⁊ nõ generante: ⁊ Ari. li. de animalibus. c. xix. vel. xiiij. ſm diuerſas trãſlatiões dicunt ad litterã ꝙ longa virga facit ad difficultatem impregnationis: ⁊ cauſa in vtroqꝫ eſt quia virga parua nõ eſt ſufficiens ad eiciendū ſperma ad locum conceptionis. ſed in virga longa debilitat̃ ſemen ⁊ ſpiritus gignitiu⁹ ante q̃ꝫ veniat ad locū generationis: ⁊ ſic in vtroqꝫ peccatuʒ inuenies. et per hoc dicit Ariſt. eodem capitulo nominato de animalibus ꝙ virga mediocris magis conſonat generationi ceteris ⁊ eſt ita.

Signa difficultatis impregnatiõis ꝓpter breuitatem ligamenti capitis virge ſunt ꝙ caput virge eſt arcuatum ⁊ ꝙ tendit ⁊ inclinat̃ verſus partem teſticuloꝛum: ⁊ ſi habens hoc videret exitum ſui ſpermatis videret ipſuʒ ſperma exire filoſe et nõ in ſimul cū impetu: ſed ſucceſſiue et tortuoſe et malo modo.

Signa difficultatis impregnationis eo ꝙ mulier velociter cū crurib⁹ aptis poſt coitū ſurgit et ſaltat ad poſterioꝛa ſunt manifeſta ex ipſa re. vnde non indiget narratione.

Signa ei⁹ q̃ ē ꝑꝑ frigiditatē matricꝫ ſūt ſubtilitas mēſtruoꝝ ⁊ ꝑuitas rubedis eoꝝ: ⁊ piloꝝ paucitas ĩ pectine et mēſtruoꝝ paucitas ĩ quãtitate: ⁊ tarditas ⁊ raritas in tpe: ⁊ pili illis locis ſunt flaui rari exiles ⁊ debiles valde.

Signa illius que fit ex lubricitate matricis ⁊ ipſius debilitate ſunt ꝙ currūt ex matrice aſſidue humiditates plurime: ⁊ ꝙ fit embrionis aboꝛſus ante q̃ꝫ magnificetur: ⁊ ꝙ mollities apparet ĩ ma-

tilis ⁊ toto corpore ⁊ ācbis ſpecialiter ⁊ pigritia ad motū ⁊ opationes.

Signa eius que fit ꝓpter ventoſitatē groſſā in matrice ſunt inflacio ſuminis ⁊ partiū eiꝰ ⁊ nocere a cibis inflatiuis: ⁊ aborſus ante ꝙ̄ magnificet embrio ⁊ rugitꝰ cōmotio cū ſonitu in uētre ⁊ inteſtinis. Illiꝰ vero que ē ꝓpter ſuꝑfluitatē caliditatis ſigna ſunt extenuatio totius corpis mulieris ⁊ mēbrorū ⁊ multitudo pilorꝫ tā in numero ꝙ̄ ī quātitate ⁊ groſſicie in ſunie ⁊ paucitas mēſtruorꝫ ⁊ groſſitudo ipſorꝫ ⁊ corꝫ nigredo.

Signa eiꝰ q̄ fit ꝓpter exiccatione matricis ſūt extenuatio mulieris ⁊ paucitas mēſtruorꝫ ⁊ eoruꝫ ſpiſſitudo ⁊ raritas pilorum ⁊ vulue ſiccitas aſſidue: ⁊ aſperitas loci cum priuatione humiditatis hora coitus.

Eius vō q̄ fit ꝓpter vlcera et emorydas ſigna dicta ſunt ſuperius capitulis ſuis ꝓprijs.

Signa eius que fit ꝓpter malitiaꝫ complexionis ſpermatis ex parte caliditatis ſunt citrinitas coloris corporis ⁊ ſpermatis: ⁊ eius paucitas ⁊ fetor odoris ⁊ diſtenperantia coloris in toto corpore manifeſte ⁊ ſpecialiter circa genitalia: ⁊ multitudo piloruꝫ cum groſſicie ipſorum ⁊ ꝙ omni die apparent in vrina reſolutiones longe rubee. Ex parte vero frigiditatis ſunt multitudo ſpermatis fluidi nō digeſti ⁊ eius ſubtilitas ⁊ priuatio pilorꝫ in locis genitaliū: ⁊ qui naſcunt̄ ſunt ſubtiles debile ⁊ rari ⁊ vrina eiꝰ eſt ſubtilis ⁊ clara ⁊ priuatio appetitus coeundi ⁊ pigritia in toto corpore et in modo erectionis.

Signa difficultatis ꝓpter cōuenientiam mulieris ⁊ viri in cōplexione calida vel frigida diſtēperata ſunt illa eadē ſigna q̄ ſignificant caliditatē in vtroqꝫ accidētem: verbi gratia ex parte caliditatis corpora eorum citiſſime craſſeſcāt ⁊ tāgentibus calida ſentiant̄ ⁊ macra exiſtāt ⁊ gracilia ⁊ vene corꝫ manifeſte ſint ⁊ motꝰ velox ⁊ anhelitus et pulſus ⁊ omnia q̄ in eis conſiderant̄ velociora ⁊ tales mulieres ⁊ viri obſtinati ⁊ crudeles ſunt ⁊ pauci ſomni multorꝫ pilorꝫ criſporꝫ ⁊ intēſoruꝫ in nigredine ⁊ cito naſcunt̄ in eis ⁊ coruꝫ color ruffus ac rubeus cū obſcuritate quadā. Ex parte frigiditatis in vtroqꝫ ſunt ꝙ tarde creſcunt capilli quoqꝫ in eis tarde naſcūt̄ ⁊ ſubtiles ⁊ debiles: ⁊ ſunt hebetis exiſtētes ingenij ⁊ tardarꝫ operationū: pulſus coruꝫ paruus ⁊ anhelitus occultus ⁊ tangentibus apparent eorum corpora frigida: ⁊ huiuſmodi nō ſunt potētes in coitu ⁊ ſunt parum generātes filios debilis deſiderij ⁊ multi ſomni.

Cura difficultatis impꝑgnatiōis ꝑꝑ adipē ē vt intēdas ad extenuationē corporis cū dieta ſicca parum nutrimēti: ⁊ vtat̄ vino acerbo ⁊ pane milij ⁊ carnibꝰ ſaltis ⁊ piſcibus ſaltis ⁊ ſiccis: ſinapi alcis et ſimilibꝰ. purget̄ ſepe cum pillulis fetidis ⁊ ſimilibus. Iaceat ſuꝑ rē duram: paruꝫ dormiat multū vigilet ⁊ laboret ⁊ ieiunet. Vtat̄ ſuffumigationibus ſiccis q̄ fiunt ex caſtoreo: ſinapi coſto ⁊ euforbio: mirra ⁊ ſarcocola factis ex omnibus vel ex vnoquoqꝫ ꝑ ſe: et recipiat̄ ſuffumigatio taliū in matrice cū traiectorio vl' embuto poſito ſuꝑ prunas: ſuꝑ quas iſta in ſimul vel ſingulariter ponēda ſunt. fiat ēt puluis ex omnibus iſtis vel ex aliquo iſtorum ſupponat̄ cum radice tapſibarbaſſi vel malue aut maluauiſci inuoluti in eodem puluere. facta extenuatione ſupponantur ⁊ dētur ea que cōferunt ad impregnationeꝫ dicta ſuperius. c. de his que valent ad impregnationem.

Cura difficultatis impregnationis ꝓpter virgam paruam vel longam eſt vt ille qui habet paruam virgam eligat ex mulieribus paruis: ⁊ debet cum coitus fit deprimere caput mulieris ad inferiora ⁊ eleuare anchas ad ſuperiora quātuꝫ poſſibile eſt cum vehemētia cōtinuationis vel adherētie apud euacuationē vel emiſſionē ſpermatis ita vt nō ſe moueant: ſꝫ vterqꝫ hora illa adhereat alteri fortiter ⁊ vehementer: nā ex modo tali coitus virga cū peccauerit ꝓpter breuitatem acquirit cā ⁊ modum expellendi ad locum cōceptionis vt fiat generatio. Si vero peccatū fuerit ꝓpter longam virgam eligat vir ex mulieribus magnis habentibus anchas longas ⁊ extenſas ⁊ in modo coitus fiat vt dictum eſt in parua virga: nā ex vehementia adherentie continuabit̄ calor matricis ⁊ vulue ⁊ cum femore viri ⁊ longitudine virge: ita ꝙ ſperma neqꝫ eius ſpiritus poterit debilitari quamuis tranſeat per viam longam ad loca conceptionis: ⁊ ſic fiet ex iſto generatio.

Cura eius que fit ꝓpter abreuiationem ligamēti capitis virge eſt vt omni die vngat̄ cum butiro vel vngento de pinguedinibus auium ⁊ ſubſtētetur virga poſt vnctionem cuꝫ ligatione eius ad ſuperiora ſuper aſtelam lenem ⁊ equalem Si vero h̄ noluerit incidat̄ illud ligamentum ex tranſuerſo ⁊ curetur ita ꝙ amplius nō continuetur cum parte a qua ſeperatum eſt: ⁊ hec via perfectior eſt in hoc caſu.

Cura eius que fit ꝓpter velocitatem erectiōis mulieris ⁊ ſaltatione ad exteriora ē vt mulier poſt coitum iaceat ſuper ſpinam anchis eleuatis ⁊ coxis coniunctis ad inuicem per duas horas vl' circa ⁊ plus vel minus ſm̄ ꝙ fuerit neceſſarium ⁊ an̄ coitum ponat ventoſam magnam cum igne ſuper matricem abſqꝫ ſcarificatione: ⁊ vtat̄ continue electuarijs vt eſt diaciminum diamargariton et diagalanga. Vtatur ſepe ſuffumigationibus de bdelio oppoponaco mirra ſerapino: ſtorace carpobalſamo: maſtice ⁊ ſimilibus. tāgat os matricis ante horam coitus aliquantulum cum oleo balſami.

Cura eius que fit ꝓpter frigiditateꝫ matricis eſt vt mulier vtat̄ cibarijs nutribilibus carnibus videlicet arietis ⁊ auium ⁊ galinarum ⁊ gallorum ⁊ comedat oua ſorbilia condita omnia cum ſpeciebus calidis ⁊ odoriferis: ⁊ bibat vinum dulce rubeum odoriferum clarum. Calefiat totum corpus cum electuarijs calidis que dicemus vt diambra ⁊ ſimilia. Penſarizet̄ matrix ſepe cum aqua decoctionis ſiſileos ⁊ ſe. peonie: ⁊ omni die comedat ſiſileos tam in hora comeſtionis quemadmodum in ieiuno. Vtat̄ cubebis: piꝑe longo ⁊ cardamomo ſi fiat penſarium cum vino rubeo calido decoctionis bdelij erit vtile ⁊ magis conferens: et ſi poſt illud intromittat̄ in os matricis oleum balſami videbis mirabile.

Cura illius q̄ fit ex lubricitate matricis ē vt mulier purget̄ cū pillulis factis ex coloquintida turbit hermodactilis zinzibere: mixtis ⁊ incorporat̄ cū vino in quo maſtix ſit diſſolutus. ⁊ ſumat de iſtis pillulis. ʒ. j. vſqꝫ ad. ij. ſm̄ virtutē. ſepe ſumat fumum ꝑ traiectorium factum ex pipere et euforbio ⁊ ſtorace vel ex alijs rebus ſimilibus. Vtat̄ vomitu facto ex aqua decoctionis radicum raffani acuti ſe. aneti ſeminis attriplicis ſinapis ⁊ ceparuꝫ in qua diſſoluant̄. ʒ. ij. oximellis compoſita. ⁊ ſi mulier eſſet fortis poſſet in eodeꝫ vomitu poni. ℈. j. pulueris elebori albi. Vtatur cibis coctis in veru aut infrixorio ⁊ preparatis in patella: aut in paſta cum pipere ⁊ rebus calidis. Vtatur bono vino ſtiptico.

Cura eius que fit propter ventoſitatem groſſa in matrice ⁊ locis illis eſt vt omni die preter ꝙ̄ tempore impregnationis vtatur lauationibꝰ factis ex aqua decoctionis ameos amomi carui cimi

ni calamenti pulegij ⁊ ſiſileos: ⁊ ꝙ vtatur puluere iſtarū rerꝫ mixto cū pipe longo ⁊ pipe ⁊ ſimilibus ſumat ſepe ellectuaria calida vt diagalanga ⁊ diaciminū ⁊ diamargariton. Comedat carnes aſſatas ⁊ coctas cum feniculo petroſilino ⁊ ſeminibus eorum. Bibat vinū acutū bonuꝫ parū tamen in qͣntitate. Laboret et ieiunet ⁊ nō repleatur hora comeſtionis: ⁊ abſtineat a ſomno dici. Sepe tangat os matricis cū oleo de coſto vel de ſpica. aut quod melius eſſet cū oleo balſami in quo ponatur aliquid pulueris ſiſeleos ſeminis vel ſe. peonie.

Cura vero eius que fit ꝓpter ſuperfluitatem caliditatis ē equare eius caliditatē cū rebus frigidis. ſ. cibis frigidis et potibus ſed nō eſt neceſſarium vt longo tempore exibeantur ne ꝑ vſuꝫ ipſoruꝫ ad frigiditatē ꝯuerteretur que ē qͣlitas mortificatiua ⁊ virtutū naturaliū deſtructiua. Vtatur ergo vino limphato ī quo aliqua nō repiatur acuitas neqꝫ fortitudo mala ⁊ cibis tempatis: carnibꝰ edi ⁊ pullorū caſtrati et agnorꝫ conditis cū lactucis ſpinachijs boragine cucurbitis ⁊ ſimilibus. Fiant peſaria aliquādo cū aqua decoctionis mandragore ⁊ peonie vel mirtorū ſeu roſarū ſuffumigetur matrix cū camphora ⁊ gūmi arabico aut cū ſanguine draconis ⁊ caphora. Vtatur ſucco ordei in quo diſſoluatur cardamomū. Abſtineat a labore ⁊ ieiunio. Comedat ſepe ⁊ multū dormiat ⁊ queſcat. Vtatur agreſta rob ⁊ lactucis in ſuis cōdimentis et vino muzo granatorꝫ: ſi aliquando comederet de zucharo roſato veteri mixto cū roxata nouella vel per ſe eſſet bonum ⁊ vtile.

Cura eius que fit ꝓpter exiccationē matricis eſt vt aſſiduet balneū poſt comeſtionem et ꝙ comedat ſepe ⁊ dormiat ⁊ quieſcat vt plurimū et comedat iura gallinarꝫ ⁊ carnium pinguium ⁊ auium condita cū vitellis ouorū ⁊ puluere cardamomi ⁊ croco. Fiant etiaꝫ pultes de farina furmēti in iuribus carniū et comedantur in aurora et condiantur cū puluere dicto. Bibat vinum nouū rubeum dulce ſepe ſedeat quaſi omni die in aqua calida decoctionis maluauiſci florū camomille: fenugreci malue ⁊ boraginis et lingue bouis. Vtatur ellectuarijs reſtauratus et impinguantibus que ponētur capitulo de impinguatione corporis extenuati li. de decoratione et etiam in antidotario aſſiduet coituꝫ quia humectat matricem ⁊ tangat̄ ſepe os matricis cuꝫ pinguedine anſeris anatis ⁊ galli mixtis ⁊ ad inuicē liqͣfactis: ⁊ fiant ex eis peſaria ⁊ cliſteria vuluaria

Cura illius que fit ꝓpter emoroydas vel vlcera cum impoſſibile ſit ꝙ purgacio fiat abſqꝫ matricis ſanitate: prius oportet vt exiſtis mulier curetur infirmitatibus ante qͣꝫ concipiat: de cura quorum ſatis ſuperius ſuis capitulis dictum ē: et illud ſufficiat in iſto caſu.

Cura illius que fit ꝓpter maliciā ꝯplexionis ſpermatis calide vel frigide ē ſi peccat in caliditate vt eligat ex mulieribus albā mollē ⁊ frigidā ſm̄ cōplexionē ⁊ ſit eius regimē ex pte cibi ⁊ potꝰ declinans ad frigiditatē ⁊ tēpamentū vt ad carnes edi: agnorꝫ ⁊ porcellorꝫ ꝯditas cū agreſta: vl̄ vino de granatis muzis aut ſucco berberis aut ribes. ⁊ vtatur vino ſtiptico limphato. Vtatur aliquando orizachara ſtomacho ieiuno cū aqua decoctionis lactucarꝫ vel portulacarꝫ: aut zucha. roſato veteri. Si autē peccaret ꝑ frigiditatē eligat ex mulieribus brunā vel declinantē ad nigredinē cuiꝰ mēſtrua ſunt multa ⁊ rubea valde: ⁊ vtatur vino acuto limphato ⁊ cibarijs carneis ꝯditis cū ſpeciebꝰ ⁊ pipere: ſicut ſunt carni arietis pullorꝫ collūbarꝫ ⁊ paſſerum comedat omni die ante prandiū ⁊ cenam de diamargariton vel diamuſco vel diagalanga vel diaſatirion ad moduꝫ nucis ⁊ erit vtile in hoc.

Cura illius que fit ꝓpter ꝯueniētiā etiā in cōplexione eſt duobus modis: nā ſi vterqꝫ equalis fuerit cōplexionis fiet neceſſario generacio niſi aliquod extrinſecū impedierit: Si ambo ꝯuenerint in explexione calida vel frigida diſtemperata neceſſe eſt vt vir experiatur de ſe in aliqua muliere que ſit contrarie cōplexionis ad ſuā: nā decentius ⁊ honeſtius ē vt vir potius hanc mutationem faciat qͣꝫ mulier: vel fiat mutacio circa mulierē cum rebus mutantibus complexioneꝫ eius ad ſuū contrarium ſm̄ ꝙ poſſibile fuerit. ſ. cū rebus frigidis vel calidis dictis ſuperius in cura vitij caliditatis vel frigiditatis: nā melius ꝙ ē in muliere fiat hec mutacio qͣꝫ in viro ⁊ ꝙ vir maneat in natura propria cum mulier aſſimilet̄ materie ⁊ terre in generatione: ſicut materia vel terra mouet̄ ⁊ preparat̄ vt ſemine iniecto generacio fiat: ita mulier debet diſponi ad virum vt cū ſuum emiſerit vir ſemē ꝙ inueniat matricem vel locū preparatū ad generationem faciendam. Ea autē que comuniter valent ad impregnationē ⁊ de proprietate preparant mulieres ad conceptionem ⁊ iuuant ſunt ſemē baucie quādo teritur ⁊ potat̄ cum vino odorifero: et radix eius cū comeditur: ⁊ h̄ ꝯtinue vſqꝫ ad duas lunationes ſeu duo menſtrua: ⁊ ex eis que multuꝫ valent ex rebus que ſupponuntur eſt ameos cum teritur et miſcetur cum medula oſſis cerui aut vituli: ⁊ ſupponatur cum licinio vel lana ante horaꝫ coitus die primo vel ſecundo vl̄ tertio poſt purgationem menſtruorꝫ: Nota hic ꝙ omnia que ſupponuntur in vulua cauſa impregnationis magis valent ex plus operantur diebus quattuor: poſt purgationē menſtruorum imediate qͣꝫ alijs temporibus qͣuis omni tēpore aliquid cōceptionem operētur. Similiter coagulū leporis quādo miſcetur cū butiro cocto ⁊ ſuppōitur diebꝰ dictis iuuat cōceptionē. Iterum ſtercus vulpis cum oleo roſato mixtum ſi ſupponatur cum licinio facit idē. Illud quod eſt fortius omnibus alijs ⁊ eſt phicuꝫ eſt vt accipiatur ſuccus peonie femine vl̄ maſculi ⁊ miſceantur cum puluere ſeminis eiuſdē ⁊ ſupponat̄ diebus dictis erit mirabile. Illud vero qd̄ noſtro fecimus tēpore ⁊ in quo in multis fecimus veritatem eſt ꝙ mundificabamus mulierem ante menſtrua cum aqua decoctionis mirobolanorꝫ kebulorum ⁊ indorum roſarum rubearꝫ ⁊ dulcorabamus ipſam cum zucharo roſato veteri ⁊ dabamus de iſta aqua. ʒ. iiij. vel. v. cum vino rubeo ſtiptico ante diē per horā: ⁊ hoc faciebamꝰ ante qͣꝫ mēſtrua accederent: poſt curationem menſtruoruꝫ diebus quinqꝫ primis omni ſero mulier ſedebat ꝑ horam in aqua calida decoctionis roſaruꝫ rubearum et gallaruꝫ ⁊ balauſtiaruꝫ ⁊ radicū peonie piſtatarū groſſomodo cum vero exibat ab illa aqua intrabat lectum ⁊ exiccabat vuluam cuꝫ pāno lineo mūdo ⁊ ſtatiꝫ īmediate ſupponebat cū cādella vel licinio inuolutis in balſamo mixto cū puluere ſe. peonie vel mixto cū ſucco eiuſdeꝫ peonie: ⁊ omni die per menſeꝫ in ortu ſolis vel ſtomacho ieiuno comedebat vel ſemine ſiſeleos. ʒ. ij. per ſe vel mixto cū ameos: ⁊ in h̄ inuenimꝰ plus veritatē qͣꝫ in alijs ⁊ deus melius nouit. Expimentū qd̄ fecimꝰ dominabus de latture tpe quo fuimꝰ cū dn̄o martio de laturre ad purgationē: ⁊ bene nobis ſucceſſit ſic fit. primo fiebat tale balneū. R. mirtilorū roſarū an̄. ll̄. s. corticuꝫ mādragore. ll̄. s. pulueris galle. ll̄. ij. bulliant aliquantulum omnia illa poſtqꝫ piſtata fuerint groſſomō in duabus ſitulis aqͣ ī qͣ ferrarij extiguūt fera ignita: ⁊ ī illa aqͣ cū fuerit tepida ſedeat ꝯtinue mulier poſtqꝫ a ſuiſ fuerit purga

ta menſtruis ꝑ nouē dies omni ſero cū vadit dor
mituꝫ: ⁊ ſit omni ſero aqua ipſa tepida: ⁊ cū intra
uerit lectū ſupponat ſibi cādelā intra eos matricꝫ
inunctā cū oleo qḋ ſic fit. ℞. olei roſati. ℥. j. muſci
ambre añ. grana. xij. pulueris corticū mādragore
cribellati cū petia lini. ʒ. s. miſceant̄ oīa iſta cum
oleo roſato ſupradicto die vltima ſui mēſtrui. in
aurora diei ſumat. ʒ. s. trifarie magne cū vino ru
beo calido: ⁊ h̄ faciat de quarto in quartū diē om
ni menſe donec fuerit pregnans: q: impregnabit̄
ſi fuerit poſſibile ipſaꝫ habere filiū de illo homīe
Ea que probauimus ⁊ in quib⁹ veritas eſt inuēta
ſi fuerit poſſibile vt mulier faciat filiū ꝑ medicinā
ſunt hec. ℞. corticis mādragore peonie agni caſti
roſaꝝ rubearū pipis longi caſſie lignee añ. ℥. s.
piſtentur groſſomodo ⁊ buliant in vino rubeo
odorifedo qḋ ſit. lī. vj. tā diu ꝙ. lī. ij. reſoluantur
⁊. iiij. remaneant tūc collet̄: ⁊ reſumet̄ de illo vino
bibat mulier in aurora diei. ℥. iiij. cū. ʒ. s. tri pha
re magne de quarto in quartū preter ꝙꝫ in diebus
in quib⁹ habet mēſtrua omni ſero cū vadit dormi
tuꝫ preter ꝙꝫ tpe mēſtruoꝝ ſedeat in aqua que ſic
fit. ℞. ſitulas duas aque in qua ferrarij extingūt
ferra ignita: ⁊ in ea buliant h̄. ℞. arthemiſie: pa
pauers albi: corticis mādragore: agni caſti roſaꝝ
ru. peonie: caſſie lignee añ. lī. j. piſtent̄ groſſo
modo ⁊ buliant in aqua ſuperius dicta ⁊ in ipſa ſe
deat cū fuerit tepida: ⁊ omni ſero faciat ipſaꝫ tepi
daꝫ: ⁊ herbe ſemper in ipſa aqua dimittuntur.

Caplm. clxxvij. de ſterilitate.

f

Terilitas fit duobus modis aut ꝑ naturam ex
re oculta: aut ꝑ cās dictas capitulo de
difficultate impregnationis vel ꝓpter
aliquā illaꝝ: aut ꝓ appoſitionē reruꝫ
dictaꝝ capitulo de his que prohibent impregna
tionem ⁊ que aborſum facilem faciunt.

Signa ſterilitatis cōmunia ꝑter illa
que dicta ſunt capitulo de dif
ficultate impregnationis ſunt ꝙ mulier recipiat ꝑ
embotū in vuluā fumū reruꝫ habentiū odorē ⁊ cō
tegantur optime veſtimētis ⁊ ligentur veſtigia cū
corigia circa corpus ita ꝙ fum⁹ per aliꝗꝫ ptem ad
os ⁊ ad nares nō poſſit aſcendere: ſi poſt h̄ ſentit
odorē ad os ⁊ nares aſcendere nō ſtat per eā quin
generet: verū et quātū ex pte ꝙ matrix nō ē opil
lata. Si vero nō ſentit tranſire odorē ad os ⁊ na
res pro ea remanet ex pte oppillationis matricis
⁊ h̄ vulue ypocras particula quinta amphoriſmo
ruꝫ vbi dicit mulier ſi inutero nō ↄcepit velis aūt
ſcire ſi ↄcipiat ⁊ cetera. Quidam volunt expiri de
ſpermate ſubtili h̄ mō ꝓciendo ipſuꝫ ſperma ſup
aquā: ⁊ ꝙ illoꝝ natat ſup aquā ex parte illius acci
dit defectus. Alij dixerūt fundat̄ vrina amboruꝫ
ſuper lactucā ⁊ exillo erit defectus vrina cui⁹ exic
cauerit lactucā. Quidā volūt experiri alio modo:
ſumant̄. vij. grana ordei ⁊. vij. fabe ⁊. vij. grana
tritici ⁊ ponant̄ in vaſe teſteo ⁊ mingat ſuper ea
vnus amboꝝ ⁊ dimittat̄. vij. dieb⁹: tūc ſi grana
naſcunt̄ nō ē ſterilitas ex parte eius. Alij dicunt
ſi ſupponat̄ alium inferius in vuluam ⁊ ſentiatur
odor ⁊ ſapor tranſire de ſup nō erit ſterilis. ⁊ h̄ eſt
verū vitio oppillationis vt dictū ē de fumo odo
rifero qui recipit̄ per embotū. Iteꝝ cuius os ma
tricis ante purgationē ⁊ poſt ante coitū eſt ſemp
humidū nō ↄcipit. nā per nimiā lubricitatē ſper
ma retineri nō pōt. Quādo os matricis nō ē op
poſitū directe ad os vulue ⁊ ad introitū virge nō
fit conceptio: quia ſperma ad locū cōceptionis nō
poteſt directe cū virga mādari: ⁊ ſignū huiuſmōi
eſt ꝙ mulier multū ſentit dolorē ⁊ ↄmotioneꝫ in
matrice apud coitū. Si aūt ſperma peccauerit vel
matrix caliditate vel frigiditate: ſiccitate vel hu
miditate non ↄcipiet ⁊ ſcietur h̄ per ſigna dicta in
capitulo de difficultate impregnationis: ⁊ reme
dia ibi poſita ſunt cōtra vnāquāꝗꝫ cauſam curabi
lem ſiue ſit opillatio ſiue aliud.

Capitulum. clxxviij. de his que facilitant par
tum ⁊ educunt ſecundinā ⁊ egredi faciunt fetum.

b

Ic ſiendū eſt ꝙ fetus ī ma
trice trib⁹ cō
tinetur pāniculis: prim⁹ quorū eſt ſe
cundina que ē pannicul⁹ ↄprehendēs
aliū ſecundū pāniculū in quo ↄtexunt̄
vene ex tranſuerſo cuius pulſatiles diuiduntur in
duas venas ⁊ eius quiete in venā vnā ⁊ hic pāni
culus ſecundus vocatur biles ⁊ eſt inuolutus ⁊ ef
funditur ad ipſuꝫ vrina fetus: ⁊ tertius pānicul⁹
dicitur abras ⁊ eſt ille in quo reponitur ſudor et ē
ſuperfluitas tertie digeſtionis et nō requirit̄ in
generatione fetus. Alius panniculus ſeu vas ad
ſuperfluitatem egeſtionis colligendā eo ꝙ illḋ ex
quo nutritur eſt ſubtile in quo nō eſt duritics ⁊ ꝙ
trahitur per vmbilicuꝫ vadit ad epar ⁊ nō ad ſto
machū ꝙꝫuis alique ſupfluitates ad inteſtina ⁊ ſto
machū ingenioſe mādant̄ vt natura a principio ſe
aſſueſcat ad mandandū ꝑ vias debitas ad ſtoma
chuꝫ ⁊ inteſtina ad eaſdē ſuperfluitates ⁊ ad adiu
uandum operationes illorū membrorū cū res du
ras ⁊ groſſas comedūt poſt ꝑtū ⁊ ille tales ſuper
fluitates crocee ꝑ ſeceſſum expelluntur hora ꝑtus
a natura pueri vt ſciunt mulieres poſt ſeꝑationeꝫ
trium veſicaꝝ que fiunt ex ſpermate viri ⁊ men
ſtruo fermentato: ⁊ ante ↄplementuꝫ cordis epa
tis ⁊ cerebri que generant̄ ex illis tribus veſiculis
cōpletur ⁊ perficit̄ vmbilicus ⁊ ſecundina cū om
nibus ſuis ꝑtibus primus panniculus ↄprehēdit
intra ſe omnia ⁊ alios panniculos ⁊ fetū totaliter
ſecundus cōprehendit in ſe vrinam ne ſua acuitate
tenerimā ſubſtantiā fetus ledere ⁊ tangere poſſꝫ
in mediate. In tertio qui mollis ⁊ tractabilis val
de colligit̄ ſudor ne illud ſudor augumentet̄ ſup fe
tum ⁊ ſuper matricem et vt mollicie ſua ſuauis ſit
ad tactum fetus ⁊ vt fetū defendat a duritie alio
rum ⁊ nocumentis que ex ſuperfluitatibus et alijs
cauſis accidere poſſent. Scire etiā conuenit hic ꝙ
ſanguis menſtruus retentus in pregnante in tres
diuiditur ꝑtes in ꝑtem videlicet conuertitur in
nutrimentuꝫ ⁊ partem que eleuatur ad mamillas
vt lactis fiat generacio in futuro ⁊ partem que eſt
ſupfluitas ſtans vſꝗꝫ ad horā partus ⁊ tunc expel
litur ⁊ eſt multe ꝗꝫtitatis vt ſciunt obſtetrices et
mulieris pacientes hec autē narrationes de pāni
culis ⁊ vmbilico ⁊ generatione cordis ⁊ epatis et
cerebri ex veſicis dictis ſuperius ⁊ ſupfluitatibus
que retinentur cū fetu vſꝗꝫ ad horam fetus ꝓbice
ſunt ⁊ verificate ꝑ anothomiā ⁊ narrationē obſte
tricum ⁊ mulierū filiātiū ⁊ que ꝑtus multos ſuis
tꝑibus ſuſtinuerunt cū aborſu et abſꝗꝫ aborſu mi
chi non videtur ꝙ iſta per medicum modis alijs
poſſint verificari.

Cura ad partū facilē faciendū ⁊ educen
dum ſecundinā que remanſit poſt
exitum pueri ad lucē ⁊ ad educendum fetuꝫ mor
tuū vel viuū ſic fit. Uſus balnei aque calide decoc
tionis maluauiſci: florum camomille ⁊ maluarū ⁊
violaꝝ erit vtile ſpecialiter ante ꝙꝫ eueniat hora
vel dies ꝑtus. Ungat̄ totus venter ⁊ vulua ⁊ re
nes cū oleo de camomilla vel de lilio aut de nar
ciſco ſeu de ſpica. Utatur iuris gallinarum pin
guium ⁊ carnium conditis cum ſpeciebus ⁊ cro
co: ⁊ hoc ante partum ⁊ poſt partum: ſimiliter ho
ra partus non multiplicet permutationē de late
re in latus: ſed extendat pedes ſuos: deinde exi

gat ſup eos ſubito aliquotiẽs: ⁊ tũc humectet os matricꝫ cũ oleo de camomilla vel ⁊ lilio tepidis: aut cũ pinguedinibꝰ anſeris gallinaꝝ ⁊ anatis butiro ⁊ pinguedine porci liquefacta cũ eiſdẽ rebꝰ tãgat totuꝫ ventrẽ ⁊ renes: aut mollificet vulua et femur cuꝫ mucilagine fenugreci ⁊ ſemine lini mal uauiſci: ⁊ habet locuꝫ maxime ſi mulier fuerit ex mulieribꝰ ſiccis vel ſtrictis: ꝓuocet ſternutacio cuꝫ aliquo ſternutatorio hora afflictiõis quia facit ꝑtuꝫ accelerare. Si autẽ ꝑtus fuerit difficilis ꝑp difficultatem ſciſſionis ſecundine que neceſſario ſcindi debet ⁊ ſecundo emitti poſt fetuꝫ: ⁊ ꝑ h̄ ſecundina vocat̃ debet obſtetrix eaꝫ ſcindere cum vnguibꝰ aut cultello paruo. Si vero retineret̃ inducatur ſternutatio cũ aliqua re ⁊ ſuffumiget̃ cuꝫ galbano ⁊ aſſa vel cuꝫ alico illoꝝ vel fiat vt dicemus inferius de his que fetuꝫ egredi faciunt.

Ea auteꝫ que egredi faciũt fetuꝫ viuuꝫ vel mortuuꝫ ſunt ſumere in potu trociſces de mirra q in andidotario fient ⁊ decoctioneꝫ carniuꝫ dactiloꝝ ⁊ fenugreci cuꝫ ruta. Confortet̃ mulier cuꝫ iuribꝰ pulloꝝ ⁊ gallinaꝝ pinguiuꝫ ⁊ carniuꝫ ꝯditis cuꝫ vitellis ouoꝝ cardamomo ⁊ croco: ⁊ bibat vinuꝫ dulce nutribile claꝝ limphatuꝫ ſm̃ fortitudinẽ ⁊ debilitatẽ mulieris ⁊ fortitudinẽ viri ſimiliter. ſi vero iſta nõ ꝯferunt ſoluat̃ de gallia muſcata qꝫtum ẽ ſexta pars. ʒ. viꝰ in vino odorifero ⁊ det̃ in potu vice vna poſt aliaꝫ tã diu ꝙ ꝯferat. Iteꝝ aliud fortius ſi requirit̃ ſuffumiget̃ ꝑ traiectoriuꝫ vel embotuꝫ cuꝫ mirra oppoponaco et galbano. Similiter fiat ſternutacio cũ elleboro albo vl̾ pipere ⁊ ſimilibꝰ: iſta eiciunt fetuꝫ mortuuꝫ ⁊ ſecundinaꝫ. Ea vero que ſedeant doloreꝫ qui remanſit in muliere poſt partũ ⁊ exitum ſecundine ſunt ſumere in potu. ʒ. ij. vel. iij. aut. iiij. de trifera magna cuꝫ vino decoctionis arthemiſie vel aqua calida decoctõis eiuſdẽ ⁊ ſumere vnũ trociſcuꝫ ſtelle cuꝫ vino decoctionis mandragore corticis vel aque decoctionis eiuſdem corticis. Item ſumat mulier aur̃. j. mirre cũ. ʒ. s. aque rute vel ſuci eiuſdeꝫ. Si vero partus fieret difficilis ita ꝙ ꝯtingeret mori fetũ: recipiat de trociſcis qui ſic fiũt. ℞. mirre oppoponaci: galbãi ⁊ ſerapini añ. ʒ. iii. aſſe ʒ. ij. ſit viuus gſqꝫ. ʒ. iij. ⁊ ꝯficiant̃ cũ aqua rute. detur vnus cũ aqua decoctionis dactiloꝝ ⁊ fenugreci ⁊ mirre ⁊ ſuffumiget̃ cũ eiſdem trociſcis per traiectorium iſti vero trociſce appellant̃ trociſci de gũmis qui de ꝓprietate faciunt fetũ ſtatiꝫ eicere mortuũ. Sedeat mulier quaſi ꝯtinue poſtqꝫ nouit fetũ eſſe mortuũ in aqua decoctionis calamẽti ſauine ⁊ arthemiſie: vt ſerpentarie. Unde dicitur ꝙ ſi accipiat̃ radix athanaſie vel herbe biſarie et ponat̃ ad coxã mulieris qꝫ emittit fetũ mortuũ ⁊ ſi ſuſpendat̃ ad collũ vel ad humeꝝ ꝙ ꝓhibet ĩpregnacionẽ: ꝑ herbã biſariã intelligas ſerpentariã et econuerſo.

Caplm. clxxviiij. de exitu matricis.

Hec egritudo cõtingit mulieribus propter mollificationẽ ligamẽtoꝝ matricꝫ vel humiditatẽ multiplicataꝫ in ipſa matrice.

Signa iſtius infirmitatis ſatis nota ſunt ꝑ narrationẽ ipſius mulieris ⁊ ſi cũ appareãt mollicies mẽbroꝝ ⁊ laxitas ⁊ mollificacio maxillaꝝ ⁊ anchaꝝ ⁊ multiplicacio humiditatis quaſi omni hora circa vuluã ⁊ matricem iam verificatum ẽ qđ intendis.

Cura deſcenſionis matricis vel exitus eius ẽ vt mundificet̃ corpus totũ cũ pillulis fetidis aut cũ medicamine de turbit: et qđ melius ẽ mũdificet̃ cũ decoctione mirobolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ mirtoꝝ dulcorata cũ zuchã. roſa. veteri. Utat̃ hec mulier quaſi ꝯtinue dieta ſtiptica videlicet rebꝰ aſſatis ⁊ vino ſtiptico ꝯditis cuꝫ ſumach berberis mirtilis ribibes ⁊ agreſta ⁊ vino de granatis in quibus ponat̃ puluis factus ex pipe longo cardamomo galãga ⁊ croco. Multuꝫ opat̃ in hac egritudine ſeſſio in aquis ſtipticis ſicut eſt aqua curcume q̃ ſic fit. ℞. cipreſſi: coſti: ſpice celtice et nardi: mirre: roſaꝝ: mirti balauſtie vel capita granatoꝝ cupularũ glãdiũ añ. ʒ. j. neſpiloꝝ ⁊ ſorbaꝝ ſi poſſint inueniri añ. lb. s. piſtent̃ omnia groſſo modo et buliãt in tãta aqua ꝙ mulier poſſit ſedere balneãdo ſe vſqꝫ ad femur cũ tepida fuerit ſedeat in ea mulier: cũ vero infrigidata fuerit exeat et exiccet vuluã cũ pãno mũdo lineo ⁊ ponat ſuper eã puluerẽ ſtipticũ qui ſic fit. ℞. karabe: thuris: balauſtie: galaꝝ: antimonij: acacie aluminis: nucis cipreſſi añ. ʒ. s. terant̃ et cribellent̃. Aliud inungat̃ os vulue cũ oleo de mirtis vel roſato et poſt vnctionẽ cohopiat̃ puluere qui ſic fit. ℞. nucis cipreſſi: mumie balauſtiaꝝ aluminis zucharini boli armeni añ. ʒ. s. terant̃ ⁊ cribellent̃: ſolus nucis cipreſſi puluis vel cupulaꝝ glãdiũ ſufficit in h̄ multotiens. Sedere in aqua verifrigoris eſt vtile dũmodo tempus breue fuerit abluat̃ os vulue ſepe cuꝫ aqua roſa. et poſt eius ablutionẽ ponat̃ ſup os vulue puluis nucũ cipreſſ. vel galle vel mirtiloꝝ: erit ꝯferens ⁊ vtile multũ. Cõuenerũt antiqui in h̄ ſi ponant̃ ventoſe abſqꝫ ſcarificatione aut olula ſup femur corã duobꝰ inguibꝰ erunt vtiles et bone. Si vmbilicus poſt ꝑtũ egredit̃ fumat̃ tẽtadura ⁊ fortis ⁊ inuoluat̃ ſup ipſaꝫ pãnus: ⁊ accipiatur minutũ thus ⁊ terat̃ ⁊ ꝯficiat̃ cũ albumine oui ⁊ liniat̃ ſup vmbilicũ ⁊ de eo vmbilicus ĩplcat̃ cũ tenta: aut fiat illud cũ puluere mumie. i. nucis cipreſſi ⁊ erit ꝯferẽs ⁊ curãs ad tp̃s.

Caplm. clxxx. de ſignis impregnationis ⁊ ſignis fetus maſculini ⁊ feminini.

Signa verificata ſuper impregnationẽꝫ ⁊ ſup maſculinitatẽ ⁊ feminceitatẽ ſunt ꝙ vulga poſt coytuꝫ remanet ſicca in qua nõ appet humiditas: ⁊ ꝙ mulieri accidit pigritia ⁊ tarditas: ⁊ declinatio ad ſomnũ ⁊ coartat̃ os matricꝫ adeo vt ipſuꝫ nõ ingrediat̃ ſtillus: poſt vero dies aliquos retinent̃ menſtrua ⁊ pupilla mamille denigrat̃ ⁊ ꝯmouent̃ deſideria mala ⁊ nauſea ⁊ vomitus: ⁊ apparet malicia coloris in facie ⁊ pannꝰ ⁊ fit pruritus ⁊ calor maior qꝫ ante in ore matricis ⁊ vulue: ⁊ in fundo vrine ⁊ ꝑ corpus vrine appent reſolutiones albe in modũ bombicis carminati.

Maſculini fetꝰ ſigna ſunt bonitas coloris mulieris ⁊ pãni paucitas ⁊ puitas coytus ex deſiderio naturali qꝫ uis deſideriũ fricationis loci ſit magnũ ex multiplicationẽ caloris ⁊ ſupfluitatũ in loco que inducunt pruritũ: et inflacio papille mamille dextre et nigredo papille trahentis ad rubedinẽ ⁊ aduentus ſanguinis ad foramẽ naris dextre: et leuitas motuũ ⁊ tocius corporis et inflacio ventris circa latus dextrũ magna ⁊ ſpecialiter cum grauedine et eleuacio matricis ſup os ſtomaci ⁊ ſuper vmbilicum.

Feminini fetus ſigna ſunt inflacio pupille mamille ſiniſtre ⁊ aduentꝰ ſanguinis ad foramẽ naris ſiniſtre ⁊ grauitas motuũ ⁊ ĩflacio vẽtris circa ꝑtẽ ſiniſtrã cũ grauedine illiꝰ loci: ⁊ nigredo papille mamille ſiniſtre et depreſſio ventris circa coxas ⁊ femur cũ inflacione et grauitas tociꝰ corporis et pigritia et multitudo panni in facie et malicia coloris et multitudo deſideriorũ maloꝝ cum ſuperfluitate.

Preparacio ſiue cura ꝯferẽs ad maſculinãdũ vl̾ feminãdũ ẽ vt vir reuoluat mulierẽ hora coytꝰ

vl' iniectionis ſpmatis in matricē ſup lat⁹ dextrū
⁊ fiet maſculus: ↄ̄ contra fiet femina. dicit̄ etiā ab
antiquis ꝙ coytus qui fit vſq₃ ad dies qnq₃ poſt
ꝑfectā menſtruoꝝ purgationē facit maſculuȝ et
poſt. v. vſq₃. ad. viij. facit feminā: ⁊ poſt illos vſq₃
ad vndecimū facit iteꝝ maſculū poſt ea fit hermo
froditus. Narrat̄ a quibuſdā ꝙ ſi mulier ſumat
ſepe de tyriaca cū vino decoctionis ſiſileos ⁊ ſe-
mine peoni maſculi facit maſculū ⁊ ſi ſupponatur
balſamū mixtū cū ſemine peonie maſculi vl' ꝑ ſe
vſq₃ ad. v. dies poſt purgationē menſtruoꝝ: vel
vſq₃ ad vndecim poſt octo faciet maſculū: ſimili-
ter omnia q̄ addūt in ſanguinis caliditatē faciunt
ad maſculū: ecōtrario ad feminā et ꝑ h̄ ſcire ↄue
nit ꝙ ſanguis mulieris pꝛegnātis de maſculo cali
dioꝛ eſt ſanguine mulieris p̄gnantis de femina.
Scire hic ↄuenit qḋ philoſophi narrauerūt ſup
numeꝝ filioꝝ ex mulierib⁹ habentib⁹ filios: vide
licet vt ſi cōſideret̄ ſup vmbilicū pꝛimi nati vel ſe
cundi vel tertij ex muliere ↄtinuatū cū fetu hoꝛa
ꝑtus nā ſi in ipſo vmbilico ↄtinuato cū matrice ⁊
fetu fuerit ruga vna vel nod⁹ habebit filiū ⁊ ſi in
ipſo vmbilico nō fuerit ruga neq₃ nod⁹ aliqs: nō
erit poſt natū illū fili⁹ neq₃ p̄gnatio: ⁊ ſi fuerint in
ipſo vmbilico ruge vel nodi tūc p̄gnacio vel filia-
cio erit ſm numeꝝ rugaꝝ ⁊ nodoꝝ exiſtentiuȝ in
ipſo vmbilico. Sapiēs medicus de h̄ obſtetrices
infoꝛmare debet cū ſpecialiter de talib⁹ ſcripturā
⁊ auctoꝛitatē inueniat: ⁊ poſt talē infoꝛmationem
debet ex ipſis obſtetricibus querendo ab eiſdē ſci
re ſi viderint ⁊ ſenſerint in ipſo vmbilico ↄtinua-
to cū fetu ⁊ matrice ante q̄̄ incidat̄ rugā vel nodū
aut rugas vel nodos ⁊ ꝑ iſtā viā debet hāc ſenten
tiā acquirere: ⁊ ſua ſup h̄ ꝓferre ꝓnoſtica. nā hoc
eſt de illis que nō poſſunt ſciri abſq₃ expimēto et
vſu: cū cām imediatā quo ad nos cognitā nō ha-
beant ideo ex ſenſib⁹ requirit ſuā ↄfirmationē et
veritatē. Auic. li. tertio capitulo de cā geminoꝛū
⁊ de p̄gnatiōe ſup p̄gnationē narrat talia. dicit
etiā codē capitulo ꝙ multitudo ſpmatis et ipſius
diuiſio in duo vel in plura: ⁊ caſus eiuſdē in duos
ventres vel plures ē cā geminoꝝ vl' pluriū: et ꝙ
incolumitas duoꝝ filoꝛū vel pluriū ī vna matrice
eadē hoꝛa nō ē plurima ⁊ raro fiunt inter gemi-
nos dies plurimi: ⁊ ꝙ ſm plurimū fiūt gemini ex
vno coytu ⁊ paꝝ ⁊ raro cōtingit ꝙ ex duob⁹ coyti
bus vel ex coytu ſup p̄gnationē fiat ↄceptio. nā ſi
fiat ↄceptio ex duob⁹ coytib⁹ vel ſup p̄gnationē:
fit in mulierib⁹ que habēt coꝛpa tenera ⁊ ſunt mł-
toꝛum piloꝝ ⁊ multi ſanguinis ꝓꝑ foꝛtitudinē ca-
liditatis eaꝝ. Fitēt ↄceptio ſup p̄gnationē dua-
bus de cauſis aut ꝓꝑ foꝛtitudinē matricis ſicut eſt
matrix mulieris mēſtruātis ſup p̄gnationē et nō
ledit̄ mulier neq₃ fetus aut ſicut ↄtingit in mulie-
re debili qñq₃. ſ. qñ aperit̄ os matricis pꝛe nimia
delectatiōe hoꝛa coytus: tūc eniȝ ex iſta cā matrix
dilatat os ſuū ⁊ deglutit ſȝ ſperma poſt pꝛimā cō
ceptionē ⁊ reponit̄ illud ſperma ſm in loco cōce-
ptionis et fit ex eo ſecunda generacio vel ↄceptio
partus: cuius ↄceptionis ſecunde tardat̄ poſt ꝑtū
pꝛime ↄceptionis ꝑ tātū tp̄s ꝑ q̄̄tuȝ elongatur ſa
ↄceptio a pꝛima videlicet ꝑ dies decē aut qndeciȝ
aut. xxx. aut. lx. ad plus et rariſſime ↄtingit ꝙ vl
tra h̄ tp̄s ſecunda ↄceptio a pꝛima elongetur: et ſi
fieret fieret in muliere foꝛtiſſima ⁊ terribili. ⁊ eēt
illud in muliere que menſtruaret̄ abſq₃ aliqua le-
ſione vel debilitate ſui ipſius: ⁊ fetus poſt pꝛimaȝ
ꝑ menſes duos vel plus q̄̄uis raro eueniat ꝙ mu
lier menſtruet̄ poſt ↄceptionē abſq₃ debilitate fe
tus. vt ypocras in quinta particula aphoꝛiſmoꝛū
vbi dicit. Mulieri in vtero habenti ſi purgatōes
exeant impoſſibile ē fetū eſſe ſanū: ⁊ h̄ habet locū
in omnib⁹ mulierib⁹ vt plurimū niſi ipſa eēt ter-
ribilis ⁊ foꝛtiſſime nature vt dictū eſt apparet ma
nifeſte per philoſophos q⁹ ſunt. Alie mulieres
que poſſunt mēſtruari abſq₃ leſione fetus hoꝛa cō
ceptionis ⁊ ſui ipſius vſq₃ ad duos menſes vl' cir-
ca: ſed ſua mēſtrua nō debēt eſſe in tāta quātitate
nec poterūt eſſe vt erāt ante ↄceptionē q: tūc ve-
re fetus nō eēt ſanus eo ꝙ nō nutriret̄ a mēſtruo.
Aſſignat idē philoſophus aliā bonā rationē in cō
ceptiōe geminoꝝ ex vno coytu capitulo de gene-
ratione embꝛionis dicit ibi ꝙ accidūt gemelli quā
doq₃ ꝓpter multitudinē ſpmatis qḋ ſpargitur ad
duos ventres matricis vel plures ſparſione re-
plente totū ſm ſingularitatē ⁊ quādoq₃ accidunt
ꝓpter diuerſitatē expulſionis duaꝝ eiectionū quā
do ꝓuenit illi diuerſitati motus matricis in attra
ctione vt apparet in eo qui deglutit bucellā poſt
bucellā: ⁊ vt reſpirat piſcis emittēdo inſpirationē
poſt inſpirationē: ⁊ tales deglutiones ⁊ reſpira-
tiones que fiunt in coytu ſentient ille ⁊ illa qui ex
coytu ſoliciti ſunt valde in talibus hora coytus: ⁊
vteꝝ tales iniectiones ⁊ attractiones ſingulares
uere affodilorum. continue poſt extractionem aque po
nat ſuper locum vbi cōſueuit apparere ruptura ſiphac
emplaſtrum factum ex bolo armeno ⁊ maſtice pulueri
zatis ⁊ mixtis ⁊ incorporatis cum albumine oui ⁊ firme
tur ſuper locum cum binda ⁊ continue ſic deferatur do
nec vulnera ſint conſolidata: in pueris ⁊ lactantibus:
hec egritudo vt plurimum bonitate ⁊ fortitudine natu
re per ſe curatur. in alijs cum inciſione ⁊ cauterizatiōe
vt dictum eſt. Mundificentur vulnera cum vngento
apoſtolorum ⁊ conſolidentur cum vino calido ⁊ pulue
re nucis cypreſſi. Utatur rebus ſiccis ⁊ carnibꝰ aſſatis
⁊ vino puro. hora vero qua flebotomum imponitur ⁊
extrahitur aqua cibetur cum mica panis infuſa in vio
de granatis ne ſincopis poſt fluxum aque ex teſticulo
ſuperueniret quando vero iſta egritudo parua eſt i par
uis curatur ſolum ⁊ bene cum emplaſtro ⁊ vnctionibꝰ
⁊ mundificationibus dictis ⁊ regimie diete bene facto
ex rebus exiccatiuis calidis.

Cura hernie ventoſe eſt vt vngatur locus cum oleo
de aneto ⁊ de camōilla vel de lilio ⁊ ſedeat ſepe i aq̄ cal'a
decoctionis calamenti: ameos amomi: carui origani:
ſaturegie. ⁊ emplaſtretur locus cuꝫ eiſdem herbis pul
uerizatis ⁊ mixtis cum farina lupinorum ⁊ bulitis ⁊ in
corporatis in aqua: ⁊ hora inſpiſſationis addatur oleū
laurinum. poſſet fieri perfocatio vt in aquoſa: quia in
omni ventoſa ſemper multa vel aliqua humiditas re
peritur ⁊ tunc procedatur in cura eius vt dictum eſt in
aquoſa. Comedat ſinapim ⁊ carui feniculum ⁊ ameos
⁊ amomum ⁊ carnes conditas cuꝫ eiſdeꝫ ⁊ alea nuces
⁊ ficus ſiccas ſimul ⁊ bibat vinum acutum albū abſqꝫ
aqua: moueatur ante prandium ⁊ cenam ⁊ abſtineat a
ſomno diei ⁊ vtatur abſtinentia. ad ſolem ſe ſepe expo
nat.

Cura ramicis carnoſe eſt vt excorietur carnoſitas
a pelle teſticulorum ſcindendo ipſam pellem cum raſo-
rio ⁊ tunc euellatur tota carnoſitas cum ſuis radicibus
ſecundum ꝙ poſſibile fuerit ⁊ poſtea continuetur pel-

lis cura futura ⁊ confortetur locus ⁊ conſolidetur vt dictum eſt in cyrugia vel abſqꝫ inciſione poſt talis carnoſitas aliquando curari hoc modo. primo mundificetur cum emplaſtro de gummis ⁊ pinguedinibus facto ſuperius in cura duri apoſtematis teſticulorū ⁊ poſt mūdificationem forſan reſoluetur cum vnction hꝰ ⁊ emplaſtris dictis in cura de apoſtemate molli in virga. Dieta eius ſit vt dictum eſt illic ⁊ potus etiam. ſedeat ſepe in aqua calida dicta in cura hernie ventoſe ⁊ cum ea teſticulos abluat regatur cum ⁊ potu dictis i cura apoſtematis frigidi teſticulorum. Scire hic conuenit ꝙ cura hernie carnoſe eſt difficilis valde ⁊ male vel nullo modo poteſt fieri perfecte niſi ſecundum cyrugiam ſecundum ꝙ dictum eſt quod valde eſt timoroſum: preter hoc nobilius ⁊ honorabilius eſt vt bonus medicus eam relinquat ꝙ intromittat.

Capitulum. dxxxvij. de doloribus iuncturarum ⁊ podagra.

e

E plurimuꝫ dolores iuncturarum omnes fiunt ex materia frigida cruda indigeſta cum qua aliquando permiſcetur aliquid colerē ⁊ aliquando aliquid ſanguinis ⁊ hoc eſt ſecundum minus: ⁊ eſt cum eis aliquando vehemēs caliditas ⁊ aliquando nominatur aliquis dolor iuncturarum nomie proprio: vt podagricus dolor a pede ⁊ cyragricus a cyros ꝙ eſt manus: ⁊ ſciaticus ⁊ ſcia: contingit tamen aliquando propter dolorem vehementem ꝙ alterantur ligamenta in tantum ⁊ membrum mollificatur ſecundum totum ⁊ debilitatur ꝙ propriam amittit figuram ⁊ reſilitos ex loco proprio ⁊ naſcitur durities ex humore gipſeo indurato ⁊ lapideato in loco ita ꝙ amplius non recipit neqꝫ recipere poteſt mollificationem neqꝫ ſolutionem per beneficium medicinale neqꝫ per naturam ⁊ hec ſpecies ab omnibus dicitur ·curabilis ⁊ eſt: ⁊ nō miretur aliquis de tali diſlocatione iuncturarum cum non ſit aliquid ꝙ ita immediate deſtruat virtutem regentem membrum vt dolor: quia deſtructa membrū non regitur: ⁊ cum a virtute membrum non regitur amittit figuram propriam ⁊ compoſitionem ⁊ formaꝫ. Impoſſibile eſt enim vt dolor fiat in membro niſi cum diſtantia partium continui ⁊ alteratione complexionis membri proprie a quibus cauſis virtus deſtruitur et membri forma propria vt dictum eſt.

Signa doloris nodorum ⁊ iuncturarum in quibꝰ non eſt materia calida vel caliditas acuta ſunt loci caliditas cum tangitur ⁊ rubedo ⁊ ſubita inflatio cum apoſtematiōe loci ſed talis apoſtematio loci iuncturarum non eſt vt ſunt cetere apoſtemationes quia apoſtematio doloroſa iuncturaruꝫ nullo modo vt cetere ſit famoſa neqꝫ facit collectionem: ſed ex neceſſitate aut reſoluitur aut induratur per reſolutioneꝫ ſubtilis ⁊ durum remanet ⁊ ſclirotizatur ⁊ ſit quaſi lapis: ⁊ amplius non curatur ſiue talis dolor fiat ex cauſa frigida ſiue calida. Si auteꝫ in dolore tali magis habūdās colera ꝙ ſanguis erit dolor magis acutus. ⁊ color cuꝫ rubedine ſua ⁊ tendat ad citrinitatem magis cum quadam claritate ⁊ vrina rubea clara magis ⁊ ſubtilis cuꝫ habitudine colerica ⁊ extenuata quodammodo. Si vero magis ſanguis ī cauſa habundauerit erit dolor pulſatiuus magis ⁊ grauis ⁊ color in rubedine ſua tendet ad obſcuritatem magis: ⁊ erit vrina rubea ſpiſſa cum habitudine humida ⁊ carnoſa. Signa doloris iuncturarum ex cauſa frigida ſunt loci frigiditas vel temperata cum tangitur: ⁊ albedo abſqꝫ rubedine: ⁊ vrina diſcolorata ⁊ ſpiſſa. Cauendum tamen eſt hic de vrina in tali cauſa: qꝛ ex dolore in frigida cauſa coloratur cuꝫ epar ⁊ membra inflammentur. Iterum ſi complexio totius corporis ⁊ habitudo ſuper frigiditateꝫ ſignificauerit veriora erunt ſigna frigiditatis materie.

Scire conuenit ꝙ hec cura ſit duobus modis. vno modo preſeruatiuo qui pertinet ad egritudineꝫ de futuro ⁊ modo curatiuo qui pertinet ad egritudinem de preſenti.

Cura doloris iuncturaruꝫ que pertinet ad egritudinem de futuro eſt vt ſi fuerit dolor ex materia frigida vt mundificetur ante horam peroxiſmi p dies multos cum pillulis maioribus de hermodactilo quas faciemus: ⁊ cum medicamine de hermodactilo quod faciemus inferius aut cum vomitu ꝯfortetur locꝰ cum oleo roſato vel de mirtis. abſtineat omnis patiens dolores iuncturarum hora peroxiſmi ex quacunqꝫ cauſa fuerit ⁊ ante horam peroxiſmi a receptiōe oximellis acetoſi: vel ſirupi acetoſi: quia liquefaciūt materiā ⁊ eam currere faciunt ad nodos: ⁊ a vino omnino ante horam ⁊ hora vehementis doloris: quia vinū neruos vehementer percutit ⁊ debilitat ⁊ cerebrum etiam et replet eos ſuperfluitatibus ⁊ ad eos eaſdem ſuperfluitates portat ⁊ tranſire facit. Abſtineat eiſdē horis ab ablutione aque calide ⁊ tepide ⁊ ſpecialiter ante purgationes ⁊ vomitum: quia rarificando ⁊ mollificādo nodos trahit humores ad ipſos ⁊ addit in dolorem ⁊ cauſam ⁊ in iſtis tribus conditionibus conueniunt ſpecialiter in arthetica omnes medici. c. de doloribus articuloruꝫ conſidera hic de nocumento vini in omni egritudine neruorum ⁊ articulorum ſecundum philoſophorum intentiones ⁊ veritatem: ⁊ ſenſus cum viſu verificabit illud de raritate pororum ⁊ mollificatione membrorum totius corporis a balneo ⁊ aqua calida ſatis complete in venis particula. v. Amphoriſmorum per ypocratē determinatum quomodo trahit materiam ad locum ⁊ mollificat ⁊ rarificat ⁊ membra debilitat: ⁊ propter hoc ante purgationes ⁊ vomitus ablutionem aque calide ⁊ balneum in articulo doloribus non concedimus ſed aquam frigidam non prohibemus omnino: qꝛ locum confortat ne materiam currentem recipiat ex leui cauſa. Uerum materiam firmatam in loco vel que iā cucurrit indurat ⁊ eam inobedienteꝫ facit ad reſolutionem: ſed hora peroxiſmi dolores ſuperficialiter mitigat: vt vult Hypo. particula. v. Amphoriſmoruꝫ vbi dicit. In articulis tumores ⁊ dolores abſqꝫ vlceratiōe ⁊ cetera. tamen poſt mitigationem talem in nodis vehementiores aliquando redire conſueuerunt. Abſtinere etiam conuenit pro poſſe a repletione nauſeatiua ⁊ a ſomno imediate poſt cenam vel comeſtionem ⁊ ſpecialiter a ſomno diei ⁊ labore illarum iuncturarum añ horam peroxiſmi ⁊ a coytu quia eſt de rebus nocibilioribus ex omni cauſa. abſtineat etiam infirmus ab azimis viſcoſis piſcibus rebus ſalſis ⁊ caſeo ab omnibus interioribus animalium: quia ſunt mala valde ⁊ a lactē ⁊ rebus que ex eo fiunt. fricare loca iuncturarum ⁊ ſpecialiter poſt purgationes cum rebus plurime reſolutionis ⁊ ſubtiliationis vt ſunt ſinapis calamentuꝫ ſauina ⁊ euforbium ⁊ ſimilia quando pauca fuerit materia et frigida erit aliquando conueniens ⁊ vtile ſeu emplaſtrare iuncturas cum eiſdem rebus: ſed hoc non fiat ī principio neqꝫ quando materia fuerit in curſu.

Si autem apoſtema calidum eſſet in iuncturis ſeu dolor eſſet ex materia calida regimē tale ōn erit aliquo modo conueniens nec vtile: ſed oportet vt fiat flebotomia vel ventoſatio in parte contraria ⁊ mundificatio cum pillulis de hermodactilo minoribus: aut cum medicinis mundificātibus coleram vt ſunt decoctionis ō reubarbaro ⁊ tamarindis ⁊ ſimilibus. Confortetur locus doloroſus qui ſit ex colera vel ſanguine cōtinue cū oleo de mirtis vel roſato ⁊ emplaſtretur cum ſucco ſolatri ſemperuiue ⁊ roſis ⁊ ſimilibus. Attendere hic cōuenit ꝙ quando cum dolore articulorum vehementi īcipiunt apparere tremor cordis ⁊ anhelitꝰ malus ſignificant mortem ſubitaneam. Si vero turbatio mentis ⁊ alienatio ⁊ tremor cordis ſuperuenerint: paraleſim futuram ſignificant ⁊ etiam ſubitam multotiens.

Cura doloris articulorum ratione temporis preſentis ⁊ ſpecialiter cuꝫ fuerit ex materia calida ſanguinea

vel colerica ē vt fiat flebotomia de manu dextra ſi fuerit dolor in pede dextro vel ſiniſtra ſi fuerit in ſiniſtro ⁊ econuerſo: ſi fuerit dolor in manu dextra vel ſiniſtra fiat flebotomia de pede deſtro vel ſiniſtro eiuſdē partis ⁊ purgetur poſt flebotomiā ſpecialiter ſi colera fuerit in cauſa cum pillulis de hermodactilo minoribus que non valentes incedere ſurgere faciunt ⁊ pedibus ambulare ⁊ tales pillule ſic fiunt. ℞. aloes hermodactilorum alborum aā. ʒ.j. ſcamonee. ℈.j. roſarū rubearum tritarum vel ſemine apij. ℈.ß. conficiantur cum vino decoctionis hermodactilorum fiāt groſſe ad modum ciceris. doſis ē. ʒ.j. vł. ʒ.j.ß. aut mundificetur cū medicamine de hermodactilis quod ſic fit. ℞. pulueris hermodactilorum alborum mundatorū a cortice exteriori. ʒ.j.ß. diagradij vel ſcamonee pondus grano rum hordei quatuor zuchari. ʒ.ij.ß. ziziberis. ʒ.ß. pulueriʒentur omnia ⁊ miſceantur preter ſcamoneam. In fine addatur ſcamonea cum alijs ⁊ non pulueriʒet vltime vt alia hoc enim medicamen de ꝓprietate humores calidos a nodos eradicat ⁊ remouet ⁊ facit incedere non valentes de lecto ſurgere et iſta cauſa comeditur in media nocte ⁊ poſt illud bibat aliquid vini albi limphati cū aqua calida ⁊ ſuper ipſum dormiat infirmus per horas duas vel vſqʒ ad horaʒ in qua natura excitata fuerit ad ſellam: ⁊ tunc ſurgat ⁊ nō dormiat neqʒ comedat quouſqʒ mundificatio facta fuerit. bibat ante quā finiatur mundificatio ⁊ poſtq̄ʒ ſepe aſſellauerit de aqua ſimplici tepida bis vel ter q: lauat ſtomachum ⁊ inteſtina a ſuperfluitatibus ⁊ medicina. ⁊ hec eſt regula generalis in omni medicina que datur i tali ſubſtantia conueniens ſanis ⁊ infirmis. Ungatur locus doloroſus leuiter cū penna nō fricando neqʒ tangendo locuʒ cū manu omni die bis vel ter cū oleo ro. vel oleo de mirtis vel oleo ð nenufare: ⁊ epithimetur cū ſucco ſolatri ſempuiue ⁊ plantaginis: ⁊ hoc vſqʒ ad ceſſationem doloris vel mitigationem. cū vero dolor ceſſauerit vel mitigatus fuerit vngatur locuſ leuiter vt dictum eſt cū oleo de aneto: aut oleo de camomilla ⁊ ð ſemine lini. ⁊ emplaſtretur locus cū emplaſtro facto ex farina fenugreci: ſe. lini: aneti mixta ⁊ incorporata cū maluauiſco decocto mundificato a ligno ſuo interiori ⁊ piſtato ⁊ preperato vt diximus in cyrugia ⁊ cum eis addantur. ℥.ij. vel. iij. vnctuoſitatis pinguedinuʒ ana anſeris ⁊ gallinarum hec ſedat dolores reſoluēdo abſqʒ attractione ⁊ maturando materiaʒ ſicut ſuperior epithimatio dolorem ſedat locū ꝯfortando ne materiā reprimat repercutiendo. Nullo modo vinum bibat ⁊ ſpecialiter hora aceſſionis neqʒ ante per tempus ſʒ bibat horis doloris ⁊ ante aquam decoctionis prunorū: aut ante quam decoc. prunorum ⁊ zuchari ro. ventris vel aquam decoc. ordei. Comedat ſuccū ordei factum cum lacte amigdalarum aut ſuccum a vene vel ſpelte q̄d erit melius. Si autē eſſet debilis poſſet comedere predicta cōdita cū vitellis ouorum aut carnes edi vel pullor cōditas cū lactucis vel portulacis ſeu cucurbitis boragine ſpinachijs ⁊ ſimilibus ⁊ conditas cū agreſta vel vino de granatis: ſeu cuʒ rob pomorum ⁊ aqua ro. ⁊ puluere cardamomi ⁊ cinamo. ⁊ croci. poſt ceſſationem doloris ⁊ eius curationem bibere poſſet vinuʒ debile valde limphatum ⁊ vti dieta etiam bona: carnibus auium ⁊ pullorum gallinarum ⁊ arietis caſtrati ⁊ caponum ⁊ omnium auium degentium in arboribuſ ⁊ in pratis ⁊ non in aquis. Scias ꝙ nihil deterius eſt i egritudinibus neruorum articulorum ⁊ cerebri quam omne vinum: ſiue egritudines fuerint ex materia calida ſeu frigida quia de proprietate portat ſuperfluitates ad neruos nodos ⁊ cerebrum. ⁊ hoc eſt ſenſibile ⁊ manifeſtum conſiderantibus in operationibus vini ⁊ eius effectibus diurnis. conuenit omni habenti dolorem articulorum ex quacumqʒ cauſa contingat vt poſt curationeʒ ⁊ ante aduentum peroxiſmi vtatur mundificatione ⁊ flebotomia ⁊ preuiſione ante dicta. Cura doloris articulorū hora peroxiſmi ſi fuerit ex materia frigida flegmatica aut melancolia mixta eſt vt mundificetur cum pillulis de hermodactilo maioribus q̄ ſic fiunt. ℞. hermodactilorum alborum mundatorū a corticibus ſuis ſatirion ſene ana. ʒ.v. euforbij. ʒ.ij. turbit pulũis pigre. ʒ.x. cologntide cētauree minorſ aā. ʒ.v euforbij. ʒ.ij. turbit. ʒ.x. tapſie ziziberis ſinapis pipis caſtorei aā. ʒ.i. informenſ pille cū vīo decoctiōis hermodactilorū vł tapſie groſſe ad mōʒ ciceris doſis earū eſt. ʒ.i. vſqʒ ad. ij. pulũis pigre qui intrat i iſtiſ pillulis ſic fit. ℞. roſarum rubearum ſpice maſticis xilobalſami carpobalſami cinamomi: caſſie lignee: aſſari ana. ʒ.i. aloes. ʒ.xvi. fiat puluis optime cribellatuſ. Alie pillule fortiores ⁊ nobiliores de hermodactilis que non valenteſ ſurgere incedere faciunt ⁊ pedibus ambulare ſic fiunt. ℞ hermodactilorum alborum mundatorum a corticibus ſuis ſatirion arnogloſe aā. ʒ.ß. ⁊ coloquntide: bdelij ana. ʒ.i. cētauree minoris. ʒ.ß. euforbij: caſtorei: opoponaci. aſſe: galbani ana quartam. ʒ.i. ſcamonee zinziberis: ſinapis. caſſie: piperis ana ℈.ß. puluis pigre ʒ.i. informentur pillule cum vino decoctionis hermodactilorum alborum: ⁊ fiant groſſe ad modum ciceris: doſis earum eſt. ʒ.i: vel. ʒ.i.ß. ⁊ plus vel minus ſecundum virtutem. Auic. li. iij. in cura dolorum iuncturarum ponit ꝙ tyriaca poſt purgationem confert ⁊ ſpecialiter in cauſa frigida. aliud medicamen vt dicitur valde bonum erradicans podagram flegmaticam: ſed nō vſi fuimus eo temporibus noſtris ꝙ ſic fit. ℞. camedreos camepitheos ariſtologie gentiane valeriā cmatorane dauci petroſilini foliorum rute foliorum cucurbite rubee tinctorum aſſari ſauine amicos ana. ʒ.ij. terantur ⁊ cribellenſ ⁊ fiat puluis. detur omni mane in aurora. ʒ.i. cum aq̄ calida ꝑ totum hyeme ⁊ non comedat niſi poſt. vij. horas ⁊ erit vtile ⁊ bonum valde. Aliud erradicans arteticam ⁊ podagram quo vſi fuimus tēporibus noſtris in multis ⁊ bene ſucceſſit eis ꝙ ſic fit. ℞. pulueris hermodactilorum alborum mundatoruʒ ʒ.i. turbit. ℈.i. diagradij. grana. iij. ⁊ in fortibus. iiij. zinziberis. ℈.ij. zuchari. ʒ.ij. incorporentur ad inuiceʒ datur media nocte cum vino limphato calido ⁊ poteſt aliomodo dari primo comedatur per ſe medicamen ⁊ poſt illud bibatur vinum limphatum calidum ⁊ faciat vt dictum eſt ſupra in regula generali. Si autem excitaretur vomitus hora aſſellationis: confortetur natura ſuper ipſum cum aqua tepida p̄ſiteone penne inuncte i oleo intra gullam. Scire hic conuenit ꝙ nihil eſt melius ⁊ nobilius in podagra ⁊ doloribus articulorum quā vomitus ſiue fuerit medecialis ſeu naturalis aut ſpōtaneus. Uomitus cōmunis articulorum ⁊ podagra ſic fit. ℞. radicum raffani. ℥.i. ſe. aneti atriplicis ſinapis ceparum aā. ℥.ß. piſtentur ⁊ bulliantur. ℥. viij. aque donec. ℥. ij. ſint conſumpte. collentur ⁊ cuʒ illa collatura addantur. ℥. ij. oximellis compoſiti vel ſquilitici. datur hoc tepidum vel calidum poſtquam venter fuerit repletus per horam ex faſeolis ciceribus cepis ⁊ porris piſcibus ſalitis ⁊ ſinapi ⁊ vino acuto. addatur in fortibus in aqua decoctionis. ʒ.i. elebori albi ligati impetia ita ꝙ diſſoluatur virtus eis in ipſa decoctione. hora doloris ⁊ antequam fiat peroxiſmus vngaſ locus cuʒ olō de mirtis vel oleo ro. mixtiſ cuʒ oleo de abſinthio ⁊ fiat ēplō ex roſ. abſinthio ⁊ faria hor. mirtis ⁊ decoctiſ i aq̄. Si aūt dolor intolerbilis fuerit ⁊ ſpēalit q̄n mā fuerit calida ponatur in ſuis vnctionibus ⁊ emplaſtris vel epithimatibus aliquid opij vel iuſquiami mādragore ⁊ papaueris ⁊ nenufaris: quia lotum ſtupefaciunt ⁊ dolorem ſedant ⁊ eius acuitate verum tamen talia nacotica ſtupefactiua non ſunt continuanda in operationibus medicinalibus: ⁊ quia compactam ⁊ duram faciūt materiam ⁊ inobedientem in fine ad reſolutioneʒ poſt ceſſationem doloris ⁊ eius reſolutionem vngatur locus cum oleo de ſpica vel de lilio aut de abſinthio vel ð coſto: ⁊ emplaſtretur locus cum emplaſtro facto ex fe-

rapino bdelio armoniaco diſſolutis in vino ⁊ mixtis
cum farina fenugreci ⁊ ſemine lini ⁊ ſucco abſinthij ⁊
pinguedinibus auium vel cū alijs emplaſtris que fa
ciemus ad hoc in antidotario. reſoluit enim hoc ma-
teriam frigidam ⁊ mollificando maturat. hora peroxi
ſmi vinum nullomodo bibat: ſed aquam mellis tantū
quia omne vinū neruos ⁊ articulos debilitat ⁊ ad eos
materiam currere facit. poſt peroxiſmum bibat vinū
limpatum plus ⁊ minus ſecundum naturam vini: ⁊ ſi
eſſet ſenex poſſet bibere vinum purum ⁊ acutum non
multum in quantitate: ⁊ comedat vitellos ouorū ⁊ car
nes aſſatas ⁊ elixatas arietis ānualis. caſtrati edi pul-
lorum gallinarum: caponum ⁊ omnium auium degen-
tium in arboribus ⁊ pratis ⁊ non in aquis: ⁊ condian-
tur cum ſpeciebus pipere ⁊ croco ⁊ aleis coctis mixtiſ
cum agreſta ⁊ vino de granatis ⁊ ſimilibus ſed non cū
aceto. Sunt quidam qui poſt purgationes ⁊ cum inue
terata fuerit egritudo ⁊ non curantur volūt facere cau
terium infra nodos: ſed hoc nolunt philoſophi nec ſu-
mus vſi iſtio noſtris temporibus niſi in ſciatica vt infe-
rius dicetur. Et ſi fieret cauterium infra nodos nō debet
fieri vt tangat neruos neqꝫ impediatur eius conſolida-
tio ⁊ debet profundari vſqꝫ ad os: ⁊ hoc eſt illud cauteri
um quod intelligitur a philoſophis.

Capitulum. clxxxiij. de ſciatica ⁊ dolore anche.

Ropterea ꝙ iunctura anche profūda
eſt vt ſuper ipſam eſt pluri
p ma caro ſuper quam non apparet ſignū apo
ſthematis manifeſte ſi contingat vt fiat do-
lor in ea ex aliqua cauſa aliqua preter quam
ex re extrinſeca cum dolor eius ſit ſpecies vna ex ſpeci
ebus doloris iuncturarum non eſt exiſtimandum ꝙ lo
cus ſit apoſthemoſus qui dolor fit ex duabus cauſis cō
munibus: materia videlicet calida ⁊ frigida.

Signa doloris anche cōmunia ſunt ꝙ
locus doloris eſt priuatus ſigni
ficationibus apoſthematis quia locus nō eſt durus ſꝫ
tractabilis neqꝫ eminens manifeſte ⁊ dolor tendit pre-
ter hoc ad coxam ⁊ lacertum cruris ⁊ ad pedē ex par
te extrinſeca in nodū virge ⁊ conuertitur pes intrinſe
re ad intrinſeca vt plurimum ⁊ aliquando ad extrinſe
ca. Si vero fuerit materia frigida erit color cutis de-
clinans ad albedinem vel plumbeitatem: ⁊ locus cū
tangitur frigidus inuenitur ⁊ ſi vſus fuerit ante aduen
tum doloris rebus frigidis ⁊ viſcoſis erit verior ſigna
aliorum ⁊ ſpecialiter ſi paſſus fuerit faſtidium ⁊ abbo-
minationem. Et ſi habuerit cum hoc habitudinem
humidam ⁊ frigidam ſeu melancolicam ⁊ dolor poti-
us cum grauitate fuerit ⁊ loci fricatione quam cū acu
itate ⁊ punctura: ⁊ vrina in tali erit diſſcolorata ſpiſſa
niſi dolor per irritationē caloris eam immutauerit tūc
verificata erit ſigna ſuper materiam frigidā. Si aūt
materia calida fuerit vrina erit rubea ſpiſſa vel ſubti
lis ⁊ habitudo carnoſa vel tenuis ⁊ locus rubeus ⁊ cali
dis: ⁊ dolor acutus terribilis cū febre ⁊ acuitate ⁊ oris
amaritudine ⁊ ſi vſus fuerit ante infirmitatem rebuſ
colericis vel ſanguineis erit verior ſigna.

Cura Sciatice differt in quibuſdam a dolo
ribus iuncturarum: eo ꝙ locus magis
ꝓfundꝰ ⁊ magis ſpiſſus ⁊ carnoſꝰ locis alijs recipit ⁊ re
cipit eius ligamentum quaſi ex omni cauſa debili ⁊ for
ti ⁊ mollificationem ⁊ reſilit vertebrum ex ſia in alijs
non ſic euenit. Si materia fuerit frigida introducatur
vomitus pro poſſe multotiens ſecundum modū dictū
ſuperius qui euacuando ſtomachum cum vomitu erra
dicat humores viſcoſos ⁊ omnes malas humiditateſ
decurrētes. ad nodos inferiores poſt vomitum. fiat
inunctio hora peroxiſmi ⁊ ante cum oleo roſato vel de
mirtis: aut de abſinthio fortiter calido tangendo locū
cum penna ſuauiter ⁊ nō fricando quia omnis fricatio
materiam trahit ad locum: ⁊ epithimetur locus dū ma
teria eſt in curſu cum ſucco ſolatri ſemperuiue ⁊ abſin
thij: vel emplaſtretur cum eiſdem herbis piſtatis de-
coctis ⁊ incorporatis cum farina fenugreci ſe. lini ⁊ or-
dei ⁊ aliquantulo trium olerum dictorum. Non preſu
mat aliquis ante purgationem ⁊ dū materia eſt in cur
ſu vti medicis calidis i mōꝫ vnctōis epithimatōis vl
emplaſtratōis i dolore anche etiam aliorum: quia vt
volunt omnes ⁊ ſpecialiter. Almanſor li. diuiſionū. c.
de ſciatica ⁊ dolore iuncture anche per tales vnctiōes
⁊ res calidas ſuper locū putrefit ſuperfluitas ⁊ fit egri
tudo difficilis ſanationis valde. nam materia inſpiſſa
tur ⁊ fit ſicut res cocta ſuper ignem quem ingroſſatur
⁊ induratur poſſet etiam mundificari corpus totum
pillulis fetidis vel de hermodactilis maioribus et re-
bus ſimilibus. Poſt vomitus et mundificationes
vngatur locus cum oleo de ſpica vel de lilio vel de co
ſto: ⁊ emplaſtretur ancha cum emplaſtro facto ex mal
uauiſco preparato farina fenugreci ſemine lini mixtiſ
⁊ incorporatis cum butiro vel pinguedinibus auium.
Bibat hora doloris aquam mellis tantum: vl aquam
decoctionis mellis ⁊ mirtillorum. Comedat vitellos
ouorum ⁊ carnes arietis annualis caſtrati: edi: capreo
li: caponum gallinarum pullorum perdicum faxianorū
⁊ omnium auium degentium in arboribus ⁊ in pratis
⁊ non in aquis coctas in veru ⁊ in teſtula ⁊ in aqua cū
feniculo petroſillino ⁊ ſpinachijs conditis cum ſpecie-
bus ⁊ pipere ⁊ agreſta vel ſucco berberis ⁊ vino de gra
natis inſpiſſato cum vitellis ouorum.

Si vero non ſedatur dolor neqꝫ curatur per illud
reiteretur cura ⁊ fac infirmum pati famem ⁊ ſitiꝫ ⁊ ab
ſtinere a balneo ⁊ motu difficili quia inducit laſſitudi-
nem ⁊ debilitatem in membro: ⁊ pone ſuper locū em
plaſtrum quod fit ex ſinapi mixto cum ſtercore colum-
bino ⁊ ficubus quod habet veſicare locum vel empla-
ſtrum factum ex herba que vocatur tapiſia vel vacha
ria apud veronam ⁊ eſt ſimilis donaiere in ſuis folijs:
⁊ cuiſ folia ſunt piloſa ⁊ magiſ alba ꝙ̄ folia donaiere pi
ſtata ⁊ contuſa ⁊ mixta cum ſinapi ⁊ ficubus piſtatis ad
inuicem: aut ex emplaſtro facto ex ſinapi euforbio ⁊ ficu
bus piſtatis mixtis ad inuicem: ⁊ cum locus fuerit ve
ſicatuſ aperiantur veſice ⁊ currat aquam deinde eua-
poretur locus veſicatus de aqua calida vel aqua deco
ctionis florum camomille ⁊ ſeminis lini. Si vero do-
lor ſedatur bonum erit: ſi autem non reiterata.

Si autem egritudo fiat vetus ⁊ induretur locus fiat
cauterium triangulatum comprehendens intra ſe no-
dum anche totaliter ⁊ profundetur cauterium quaſi vſ
qꝫ ad os ⁊ non dimittatur conſolidari quaſi vſqꝫ ad tē
pus magnum: ſed maneat apertum ponendo intra vul
nera ea que impediunt conſolidationem aut ponendo
ſuper ipſa cepas ipſas crudas contuſas cum butiro: ita
ꝙ a vulneribus emanat vel poſſit emanare ſanies et
venenum in loco contentum. Vſus cliſteris acuti et
fortis in illo caſu multum valet ⁊ ante vomitum ⁊ poſt
ſed nihil eſt ꝙ equetur vomitui in doloribus anchar
ſiue fuerit in ambabus anchis ſiue in vna tantum: et
etiam in podagra ſiue fuerit vniuerſalis aut particula
ris. poſt ceſſationem ⁊ remotionem doloris poteſt bibe-
re vinum vetus limphatum: ⁊ obſeruare dietam dictā
⁊ conſuetudinem abſqꝫ legumine.

Cura ſciatice tempore peroxiſmi quādo fuerit ex ma
teria calida eſt vt bibat aquam decoctionis prunorum
aut aquam decoctionis zuchari ⁊ mirtorum vel berbe
ris ſeu aquam frigidam cum agreſta vel vino granato-
rū. ⁊ comedat cucurbitas portulacas lactucas ſpina-
chias ⁊ boraginem coctas ⁊ conditas cum lacte amig-
dalarum zuchari ⁊ agreſta: vel vino de granatis: come
dat ſuccum hordei conditum cum lacte amigdalarum
⁊ zucharo. comedat pullos paruos coctos cum herbis
predictis ⁊ carnes edi ⁊ gallinarum conditas cum vi-
tellis ouorum ⁊ agreſta: cum ſumac vino de granatis ⁊
ſucco berberis ⁊ ſimilibus. ſtatim cū incipit dolor au

geri fiat flebotomia de baſilica manus illius partis in qua eſt dolor: ⁊ ſi in ambabus partib⁹ fuerit dolor fiat flebotomia ex ambabus partibus ⁊ poſt flebotomiam fiat inunctio leuiter cum penna ex oleo roſato tepido: vel oleo de mirtis vel oleo de neufare in quo aliquid aceti ponatur, epithimetur locus cum fuerit curſu materia cum ſucco plantaginis ſolatri ⁊ ſemperviue ⁊ ſimilium. Si autem dolor per iſtam non diminueretur neqꝫ ceſſaret fiat flebotomia de ſciatica ⁊ que eſt inter annularem ⁊ auricularem digitum partis pedis infirme: vel que eſt infra cauiculam exteriorem vel que eſt ſupra curuaturam geniculi vel infra in parte exteriori partis leſe: ⁊ fiat in ambabus partibus ſi dolor fuerit in vtraqꝫ ſciatica: ⁊ fiat etiam vomitus poſt omnia iſta ſi dolor perſeueraret hoc modo poſtqꝫ venter fuerit bene repletus ⁊ hora repletionis per aliquod tempus trāſierit: ſumat aquam decoctionis ſemine aneti atriplicis raffani ⁊ ceparum cum. ℥. ij. oximellis compoſiti ⁊ ſit quantitas aque. ℥. vj: in qua ſi eſſet fortis poſſet decoqui. ʒ. j. elebori albi: ſi vero non. Si vero vomitus poſt illud nimis tardaretur: excitetur natura cum penna poſita in gulam inunctaꝫ in oleo violato ⁊ erit vtile ⁊ infirmus hora vomitus ⁊ poſitionis penne in gulam iaceat ſuper ſtomachum facie inclinata verſus terram. poſt vomitum tardetur comeſtio ⁊ potus per diem mediam ⁊ plus ſecundum ꝙ poſſibile fuerit. fiat poſt quietem doloris inunctio cum oleo de aneto ⁊ oleo de camomilla calidis ⁊ emplaſtretur locus cum emplaſtro facto ex farina fenugreci ⁊ ſeminis lini vel hordei floribus camomille ſemine aneto meliloto vel maluauiſco preparato ⁊ incorporentur ſimul cum butiro vel pinguedinibus auium ⁊ tunc incipiat comedere dietam magis ſiccam videlicet carnes aſſatas conditas cum ſimilibus ſpeciebus ⁊ vitellis ouorum vel coctas in teſtula vel paſtillo conditas cum ſucco berberis ⁊ vino de granatis ⁊ ſumac ⁊ ſimilibus: ⁊ bibere vinum album valde limphatum. poſſet infirmus mūdificari cum pillulis de hermodactilis maioribus que fiunt de quatuor rebus quas ſuperius in dolore articulorum ex cauſa calida fecimus. Si autem poſt vehementiam doloris infirmus indigeret rebus natura corticis ⁊ ſtupefactiuis ponatur ſuper locum cum oleis ⁊ vngentis vt dictum eſt ſuperius ī cura artetice ⁊ podagre. ⁊ ſi remaneret grauitas in loco cum aliqua claudatione fiat cauterium in fine ſecundum ꝙ diximus in ſciatica frigida: quia tale cauterium in tali caſu vtile ē valde ſecundum ꝙ ſapiens operatores affirmant.

Capitulum. clxxxiiij. de doloribus dorſi.

b **Ex egritudo fit ex repletione** vene magne quamuis raro exiſtens ſuper dorſum que vena nota eſt conſiderantibus in anothomia quia tranſit ſuper ſpinam interius ſuper ſuperficieꝫ ſpine a collo vſqꝫ ad caudam ⁊ eſt groſſa vt digitus magnus ⁊ valde manifeſta fit etiam ex frigore alterante dorſum ꝙ eſt neruoſum ⁊ frigidum valde ex natura ſue compoſitionis ⁊ ex humore crudo decurrente illuc alterante ⁊ replente loca illa: ⁊ fit etiaꝫ ex labore vel itinere multo ⁊ ex multitudine coytus ⁊ ex debilitate vel infirmitatibus renum.

Signa doloris dorſi ex repletione ſunt habitudo pinguis valde ⁊ carnoſa ⁊ repletio cibi et potus generatiui ſanguinis ⁊ rubedo faciei ⁊ toti⁹ corporis ⁊ inflatio maxillarum ⁊ faciei ⁊ extenſio ſenſibilis in dorſo toto cum dolore ⁊ pulſatione ⁊ caliditate manifeſta quantum ad tactum: ⁊ vrina ruffa ⁊ ſpiſſa.

Signa doloris dorſi propter frigiditatem ⁊ materiā frigidam ſunt ꝙ ſedatur per ambulationem ⁊ calefactionem ⁊ ꝙ paulatim fit ⁊ ſepe: ⁊ ꝙ patiens vſus eſt rebus frigidis vel aere frigido ⁊ ventoſo ⁊ vrina diſcolorata ⁊ ſpiſſa ⁊ tenuis.

Signa doloris dorſi qui fit ex labore vel itinere manifeſta ſunt ex re ipſa: quia poſt laborem ⁊ iter ſentitur dolor in dorſo ſemper.

Signa eius qui fit ex coytu manifeſta ſunt etiam per vſum coytus: nam poſt coytum ſentitur dolor in dorſo manifeſte ſemper.

Signa doloris dorſi qui fit ex debilitate renum vel infirmitatibus renum ⁊ eius cura requiri debet in capitulo de egritudinibus renuꝫ dicto ſuperius.

Cura doloris dorſi contingenteꝫ propter repletionem vene ante dicte eſt vt fiat flebotomia de baſilica in cubito vel manu ſubtrahatur ſanguis vſqꝫ ad ſincopim ſi poſſibile fuerit vel fiat ventoſatio in corpis naticis ⁊ pulpis crurium ſi flebotomia fieri nō poſſet. Vtatur pauco cibo condito cū agreſta vino de granatis vel ſucco berberis aut acetoſo aut cuꝫ aceto. fundatur ſuper ſpinam totam ſepe aqua roſata ⁊ pannus infuſus in ea deferatur ſuper ſpinam ⁊ collum vel aqua frigida. iaceat ſuper terram madidam ⁊ bibat cum comedit vinum debile ⁊ agreſtum limphatum cuꝫ aqua frigida: ⁊ quando vero non comedit bibat aquam frigidam cum vino de granatis aut cum ſirupo roſato vel agreſta qui enim patitur dolorem in dorſo propter materiam frigidam aut frigiditateꝫ vel propter repletionem antedictam: non tardet in eius cura: quia aut incurreret ⁊ mortem ſubitanem vel paraleſim vel appopleſiam in breui tempore forſan eadem die vel hora purgetur ⁊ mundificetur corpus infirmi cum pillulis fetidis vel cochijs: vel de hermodactilo maioribus aut cum medicamine de turbit vel de hermodactilo quod ſic fit. ℞. hermodactili albi mundati. ʒ. j. turbit. ℈. j. ſcamonee grana. iij. vel. iiij. diaꝫinziberis. ʒ. iij. daſ totū iſtud ante diem ⁊ poſt illud bibitur aliquid boni vini limphati calidi cliſterizetur etiaꝫ cum cliſteri acuto: qꝫ erit valde vtile ⁊ conueniēs. poſt mundificationē fiat inunctio a collo vſqꝫ ad caudam ſuper dorſuꝫ cum oleo de ſpica vel de coſto aut de lilio. Bibat vinum acutuꝫ vetus bene limphatum. comedat carnes aſſatas caſtrati ⁊ arietis annualis ⁊ auium conditas cum pipere albis de ſpeciebus ⁊ rob: vel conditas cum ſinapi ⁊ pipere. ſumat etiam vitellos ouoruꝫ cum carnes non aſſaerint conditos eodem modo. In fine intrat tinam aque decoctionis ſulfuris calamenti: pulegij: ſauine et ſimilium.

Cura eius qui fit ex labore vel itinere eſt vt quieſcat vt vult. Ypo. ſecunda particula amphoriſmorum. In motione corporis cum ceperit quis dolore quieſcere ſta im remedium eſt. Balneetur ſepe in aqua calida decoctionis florum camomille roſarum ⁊ maluauiſci. Vngatur dorſum ⁊ totum corpus cum oleo de aneto ⁊ de camomilla mixtis. Comedat brodia gallinarum ī ſpiſſata cum vitellis ouorum in quibus aliquid macis ⁊ croci ponatur. Bibat vinum odoriferum limphatum.

Cura illius qui fit ex nimio coytu dicta eſt ſuperius capitulo de illo qui ex nimio coytu debilitatus eſt. Vtatur brodijs gallinarum ⁊ caponum ⁊ pinguibus ⁊ vino rubeo dulci ⁊ condimentis ſpecierum ⁊ rob: ⁊ a coytu longo abſtineat tempore ⁊ erit vtile.

Capitulum. clxxxv. de gibboſitate ⁊ ventoſitate gibboſitatis.

s **Jbboſitas fit ſemper aut** ex exitu ſpine de loco ⁊ plicatione oſſium pectoris eo ꝙ ligamenta ſpondilium colli ⁊ ſpatularum ⁊ oſſium pectoris mollificantur ⁊ relaxantur aut impelluntur a materia currente illuc: aut propter apoſtema natum in loco ex percuſſione vel ex ſe: aut propter ventoſitatem impellentem ⁊ mouentem ipſa oſſa ⁊ ligamēta violenti ita ꝙ facit ea ſalire de loco ⁊ ſic fit gibboſitas.

Signa gibboſitatis propter exitum ſpondilium dorſi ſunt dolores antecedentes in dorſo

tem febribus acutis vel fortibus vt ſunt febres apoſtematum ⁊ pulſus magnitudo ⁊ vehementia caliditatis ⁊ continuitas. ⁊ adherentia febris inſeparabilis et cum febris ſeparatur vel incipit ſeparari: poſt illud parum remanet dolor ⁊ grauitas in dorſo ⁊ fit gibboſitas.

Signa gibboſitatis ex ventoſitatibus ſunt ꝙ contingit poſt dolorem dorſi ⁊ abſqꝫ febre ⁊ ꝙ infirmus ſentierit commotionem ⁊ tenſionem poſt longum tempus in dorſo anteqꝫ gibboſitas adueniat ⁊ tunc incipiunt natice diminui ⁊ caro ipſarū exiccari: ⁊ hoc eſt propter curationē ⁊ extenſionem lacertorum dorſi qui cum naticis ⁊ carnoſitate naticarum continuantur. vnde contrahuntur ſuperius violenter propter gibbum amittunt lacerti ⁊ muſculi naticarum latitudinem ⁊ funditatem ⁊ ſpiſſitudinem ex quibus natice ſubſtentantur ⁊ fiebant ita ꝙ non remanet in locis naticarum niſi lōgitudo muſculorum vel lacertorum ⁊ ſic extenuantur ⁊ diminuūtur natice: ⁊ hec eſt communis ſignificatio omnibus gibboſitatis.

Cura gibboſitatis poſt eius confirmationē ex quacunqꝫ cauſa cōtingat nullo modo curatur: ſed in principio cū eſt in via fiendi poteſt beneficio medici curari. Si autē gibboſitas prouenerit propter aſma ⁊ tuſſim interficit ante iuuentutem ⁊ hoc vult. Hypo. quinta particula amphoriſmorum vbi dicit. Quicūqꝫ gibbi fiūt ex aſmate aut tuſſi ante iuuentutem pereunt: ⁊ hoc eſt propter duas cauſas quaꝝ vna eſt ꝙ tuſſis ⁊ aſma motibus ſuis mouent oſſa pectoris ⁊ ſpōdiles dorſi taliter ꝙ inducunt maiorē ⁊ magis profundam ⁊ eminentem gibboſitatem ante ⁊ retro ⁊ intꝰ ⁊ extra. Secunda cauſa eſt cum enim propter hanc eminentiam multiplicatam ante ⁊ retro intus ⁊ extra multiplicetur impedimentum in ſpiritalibus ⁊ anhelitu ex quo impedimento impeditur thorax tempore caliditatis aucte propter etatem vt non ſit capax ad ſuſcipiendum ſufficientem aerem ad euentationem caloris multiplicati vel intenſi ſecundum etatem iuuentutis neceſſario deficiēte loco a capacitatē aeris neceſſarij ad euentationem caliditatis intenſe per etatem vita finietur ⁊ fiet mors.

Si autem contingerit gibboſitas propter apoſtema calidum natam ex percuſſione vel ex cauſa intrinſeca abſqꝫ percuſſione cum febre vel abſqꝫ febre fiat flebotomia de baſilica ſi poſſibile eſt aut ſubtrahatur ſanguis cum ventoſis poſitis ſuper naticas ⁊ pulpas crurium ⁊ vngatur locus cum oleo roſato vel de mirtis aut de neufare ⁊ emplaſtretur locus cum roſis mirtis ſandalis farina hordei ⁊ ſimilibus mundificetur etiam ſi eſt poſſibile cum manna ⁊ caſſia fiſtula ⁊ aqua prunorum ⁊ ſimilibus. Nutriatur cum ſucco farine hordei: hane ne farri conditi cum lacte amigdalarum vel cum oleo roſati. Bibat aquam hordei vel aquam decoctionis prunorum ⁊ lactucaꝝ vel cucurbitarum vel ſcariolarū ⁊ ſimilium deficiente febre vngatur cum oleo de camomilla vel de aneto: aut de lilio mirtis vel per ſe ⁊ ponatur ſup locum emplaſtrum factū ex maluauiſco preparato farina fenugreci ⁊ ſemine lini ⁊ pinguedinibus auium ſcilicet anſeris anatis ⁊ gallinarum proprie poſſent addi in fine propter maiorem reſolutionem ⁊ fortificationem loci armoniacum: edelium: oppoponacū diſſoluta in oleo de camomilla vel aliquantulo alterꝰ olei ex dictis mixta ⁊ incorporata cum alijs rebus ad inuicem confortentur ſpondiles poſteriores ⁊ oſſa pectoris cum ligaturis ⁊ plumaceolis vel ſubſtentaculis factis ex ſtupa madefacta ⁊ petijs inuolutis in albumine oui poſitis ⁊ colatis ſuper emplaſtrum dictū ⁊ tūc comedat carnes ⁊ res aſſatas aut coctas in aqua conditas cum rob aut cum ſucco berberis: agreſta ⁊ ſucco mirtillorum ⁊ ſumach ⁊ ſimilium ⁊ cum ſpeciebus ⁊ vitellis ouorum. Bibat vinum rubeum acutum vel vetus limphatum cum aqua decoctionis mirtorum vel ſumach.

Si vero materia frigida fuerit aut apā frigidū mūdificetur corpꝰ totaliter cū pillulis fetidis vel de hermodactilo maioribus: aut cum pillulis cochijs aut cum medicamine de turbit vel de hermodactilo facto in ſciatica ⁊ dolore articulorum. ſuper locum continue feratur emplaſturm quod fit ex armoniaco ⁊ laudano diſſolutis ⁊ incorporatis ad inuicem cum piſtello in mortario: aut emplaſtrum quod fit ex bdelio oppoponaco armoniaco ⁊ ſerapino diſſolutis in vino mixtis ⁊ incorporatis cum pinguedinibus auium. ⁊ farina ſeminis lini: fenugreci: ⁊ vngatur locus cum oleo de ſpica ⁊ oleo de maſtice mixtis vel oleo de coſto. Confortetur locus ⁊ firmetur cum bindis ⁊ ſubſtentaculis dictis ſuperiꝰ. Jaceat vt plurimum ſuppino corpore vel ſuper aliqđ lacertum. Comedat carnes aſſatas vel coctas in teſtula ⁊ paſtillo ⁊ vitellos ouorum ⁊ cicera fracta ⁊ farrū ⁊ rizum condita cum lacte amigdalarū ⁊ eius carnes condiantur cum pipere ⁊ ſpeciebus vel cum ſinapi. Bibat vinum rubeum clarum acutum limphatū: aut bibat claretam factam cum vino melle ⁊ ſpeciebus. et in omnibus ſuis condimentis: cibaris: emplaſtris et vnctionibus pro poſſe ponatur yſopus quia de proprietate valet ad hanc paſſionem a quacunqꝫ cauſa fiat: et ſpecialiter quando cum ficubus ſiccis ⁊ liquiritia componitur.

Cura gibboſitatis ex ventoſitate impellente eſt vt procedatur a principio cum rebus carminatiuis vētoſitatem ⁊ ſpecialiter poſt purgationem cum pillulis fetidis maioribus aut cum medicamine de hermodactilis quod ſic fit. Recipe pulueris hermodactilorum alborum. ℥. j. turbit. ℈. j. diagradij. j. ſcamonee grana. iij. dizinziberos. ℥. ij. mellis roſati. ℥. j. miſceantur. datur ante diem per horas duas cum aqua calida decoctionis cimini ⁊ mellis. medietas iſtius medicaminis datur in pueris. In adultis datur totum plus ⁊ minus ſecundum virtutem ⁊ infirmi conditionem continue ſuper locum in quo apparet veſtigium gibboſitatis ponatur emplaſtrum quod fit ex ſinapis ſtercore columbino ⁊ ficubus ſiccis equaliter mixtis ſimul ⁊ incorporatis. ſi feruor ⁊ veſicatio vel rubor factus in loco per illud emplaſtrum infirmū lederet remoueatur emplaſtrum ⁊ vngatur locus cum oleo roſato vel de mirtis vſqꝫ ad feruoris ceſſationem. poſtea vngatur locus cum oleo de coſto in quo puluis cimini diſſoluatur. Emplaſtretur locus cum emplaſtro facto ex calamento: pulegio: origano: carui ⁊ cimini ⁊ farina lupini: ſeminis lini ⁊ fenugreci mixtis decoctis ⁊ incorporatis ſimꝰ. Solum armoniacum per ſe extenſum ſuper petiam ⁊ cum oleo de coſto vel de lilio mollificatū perfecte operatur in hoc reſoluit ventoſitatem ⁊ oſſa ſuis proprijs locis firmat exiccando loca leſa. In omnibꝰ alijs dieta ⁊ potu vnctionibus ⁊ emplaſtris ligationibus ⁊ alijs regulis fiat vt ſuperius narratum eſt in cura gibboſitatis propter materiam frigidam vel apoſtema frigidū. Aqua vero q̄ limphat vinū illius eſt aq̄ decoctiōis cardamomi vel piperis vel piperis longi ⁊ ſimilium. Si autem propter aſma aut tuſim gibboſitas eueniret. Curetur cura aſmatis ⁊ tuſſis vt dictū eſt capitulo de tuſſi ⁊ aſmate non negligendo modum medicationis emplaſtrationis vnctionis ⁊ mundificationis dictum hic capitulo proprio.

Capitulum. clxxxvj. de varicibus et elefantia.

VaricES ſunt vene groſſe virides vel nigre plene ſanguie melancolico inuolute apparentes ſuper crus ⁊ accidunt plures illarum portantibus onera in dorſo viatoribus ferrarijs ⁊ curſoribus. Elefantia eſt infirmitas que accidit in pede ⁊ crure ex materia groſa ſanguinea vel flegmatica conuerſa per aduſtionem ad groſſitiem ⁊ duritiem melãcolicam infiltrata in omnibus mẽbris cruris ⁊ pedis ⁊ etiam in cute ita ꝙ ipſa cutis veſicatur ⁊ impuſtulatur denigratur ⁊ plumbeſcit ⁊ magnificãtur peſ ⁊ cruſ vltra modum: ⁊ corugatur pellis cruris ⁊ pedes ⁊ aſperatur cum quibuſdam ſciſſuris: ⁊ fit apoſtema duruꝫ difficilis ſanationis immo in veritate impoſſibilis ſanationis per viam medicinalem ⁊ appellatur hec infirmitas a ſapientibus lepra pedis aut cruris aut vtriuſqꝫ.

Signa varicum ex ſe per viſum ⁊ tactum manifeſta ſunt. Elefantie ſigna ex ſãguine groſſo melancolico ſunt caliditas loci ad tactũ ⁊ tenebroſitas in colore ⁊ aſperitas loci cruris vel' pedis ⁊ vrina infirmi ſpiſſa ⁊ tenebroſa vel radioſa citrina intenſa apparet ⁊ vſus ĩ iſirmitate rerum generantium ſanguinem groſſum vt carnes bouine arietine vinum ſpiſſum groſſum ⁊ rubeum ⁊ turbidum.

Signa elefantie que fit ex flegmate groſſo vehementer ſunt groſſitudo cruris ⁊ pedis in ſimul abſqꝫ rubedine ⁊ intenſa aſperitate loci ⁊ tactus loci videt frigidus abſqꝫ caliditate ad minus intenſa ⁊ non habet eminentias puſtulatas vt ſanguinea.

Cura Varicum dicta ẽ in cyrugia noſtra: hic tamen aliquid circa eam dicetur verũ eſt ꝙ hic infirmitas poſt eius confirmationem curatõnem non recipit per medicinas. In principio cum eſt in via fiendi poteſt beneficio medicinali curari abſqꝫ cyrugia male tamen fiat flobotomiã de baſilica pedis non infirmi eadem die vel diuerſis diebus: ⁊ flobotomia pedis ſani precedat. Si autem infirmitas eſſet in ambobus cruribus: fiat flobotomia in ambabus manibus primo: poſtea in cruribus ambobuſ hec vena in pedibus ⁊ manibus perfecte reperitur inter annularem ⁊ auricularem digitum: ⁊ hec vena in cubito vocatur baſilica quia eſt baſis omnium venaruꝫ exiſtentium in brachijs ⁊ quia eſt ſecundum radicem magis ab epate omnibus alijs exiſteutibꝫ in brachijs ⁊ in locis dictis in manibus appellatur epatica ⁊ ſplenetica: ⁊ pedibus ſaluatella mundificat enim ⁊ minuit flebotomia huius vene ⁊ iſtarum venarum plus omnibus alijs venis melancoliam ⁊ groſſum ſanguinem totius corporis purgetur totum corpus cum pillulis fetidis vel decoctionibus factis de elleboro nigro capitulo de malancolia. Vngatur totus locus cum oleo de mirtis ⁊ oleo roſato. mixtis cum puluere gallarum cipreſſi: vel gallarum ſimpliciter.. Emplaſtretur totũ crus ⁊ confortetur cum emplaſtro facto ex farina milij melice ordei. ℥. v. ⁊ ex pulueris boliarmeni ciperi mirtorum. ℥. j. ⁊ ex olei de maſtice. ℥. vj. in fine addatur tantum vinum rubeum ſtipticum ꝙ ſufficiat ad incorporandum totum ponatur continue ſuper crus ⁊ crura ⁊ ligetur bene firmetur cum binda ⁊ ordinetur ꝙ infirmus die ⁊ nocte quando iacuerit ꝙ eleuatis cruribus ⁊ pedibus iaceat. Abſtineat a motu ⁊ labore pedum ⁊ cruruꝫ pro poſſe quia tales motus vl labor eſt potentiſſima cauſa illius infirmitatis non vtatur talis infirmus vino groſſo nouo vel veteri: ſed vino albo claro acetoſo ſubtili limphato ſecundum naturam vini ⁊ debilitatem ⁊ fortitudinem ſui capitis ⁊ neruorum. Abſtineat ab omnibus groſſis generantibus humores melancolicos ⁊ groſſos videlicet a carnibꝫ bouinis porcinis ſalitis: caſeos lacte paſtis azimis ⁊ ab omni legumine ⁊ pãne ⁊ milij ⁊ melice ſiliginis ⁊ ordei vtatur carnibus edi caſtrati: arietis annualis gallinarum caponum pullorum ⁊ omnium auium degentium in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ vitellos ouorum ⁊ ſpinachijs: boragine ⁊ feniculo petroſilio: lactucis: attriplicibus: cucurbitis ⁊ ſimilibus.

Eſt ⁊ alius modus curationiſ contra talem infirmitatem qui ſemper debet ſequi ad modum predictum ⁊ eſt pertinens ad cyrurgiam plus qui ſic fit. Emplaſtretur locus qui eſt ſub genu per digitos tres cum bitumine quod fit ex bolo armeno mumia aloe maſt. dragantis gummi arabico equaliter pulueriꝫatis ⁊ cribellatis ⁊ incorporatis cum albuminibus ouoruꝫ Circundetur totus locus dictus cum iſto emplaſtro ⁊ firmetur fortiter ⁊ bene ſuper locum cum binda ita ꝙ humores non poſſint ad inferiora deſcendere per venam aliquam ⁊ dimittatur ſic per diem vnam ſequenti die aperiatur illa vena magna vel magnificata cum floboromo in loco qui eſt ſupra cauiculam pedis per digitos. iiij. vel. iij. ⁊ ſit vulnus flobotomie ſatis magnum vt groſſus ſanguis totus creat: ⁊ dimittatur fluere ex flobotomia ſanguis qui eſt in vena tam diu ꝙ tota vena que eſt a bitumine cum ligatura inferius factã ſub genu perfecte euacuetur ⁊ h cito fiat: quo facto cõſtringatur ſanguis ⁊ ligetur vulnus flobotomie ⁊ totuꝫ crus vſqꝫ ad genu de nouo cum bitumine dicto ⁊ bindis ⁊ ordinetur ꝙ infirmus ſtet ſic vſqꝫ ad dies duos cruribus ⁊ pedibus eleuatis ⁊ ſic curabitur per continuationem bituminis ⁊ ligature vſqꝫ ad tempus breue ſi deus voluerit. Alius modus curationis per viã cyrugie qui eſt valde nobilis qui ſic fit: fiat ligatio cuꝫ bitumine ⁊ binda fortiter ⁊ firmetur ſub genu vt dictum eſt poſtea ſcindatur pellis que eſt ſuper venam vel varicem ſubtiliter ita ꝙ corpus vene manifeſte appareat ⁊ non ledatur: ſimiliter fiat in loco qui eſt ſuper cauiculam pedis: cum vero h factum fuerit in loco ſuperiori ⁊ inferiori capiatur vena cum digito ⁊ eleuetur ⁊ optime ligetur cum filo in parte ſuperiori ⁊ inferiori tunc cum h factum fuerit incidatur corpꝰ vene totaliter ex tranſuerſo ſupra ligaturam in loco qui eſt apud cauiculam infra ligaturam in loco qui eſt ſub genu: ⁊ quod eſt in medio totum euacuetur poſt euacuationem totalis vene que eſt in medio duarum ligatõnum ligetur totum crus cum bitumine ⁊ bindiſ: ⁊ ſtet pedibus eleuatis ſic vſqꝫ ad dies. iij. in cibo ⁊ potu fiat vt dictum eſt in cura abſqꝫ inciſione ſuperiori. Attende hic poſt ligaturam cum bitumine ⁊ binda ſi fieret ſtupor in pede ⁊ membris inferioribus ⁊ denigratio ꝙ ſignificarent mortificationeꝫ membri inferioris vnde oportet te eſſe attentum in hoc ⁊ conſiderare diligenter ne accidat error peior priore.

Cura elefantie ſiue fuerit ex ſanguine ſiue ex quacunqꝫ cauſa fiat poſt eius confirmationem ⁊ augmẽtũ curationem non recipit per viam medicinalem. In principio ſue natiuitatis ⁊ cum eſt in via vt fiat ⁊ augmentetur poteſt beneficio artis curari ſi in eius cura rationabiliter. procedatur. ſi autem elefantia contingerit ex ſanguine groſſo melancolico: primo mundificetur totum corpus cum pillulis ⁊ medicinis dictis cap. de melancolia ſecũdo fiat flobotomia de ſaluatella vł baſilica pedis contrarij tertio fiat ventoſatio cum ſcarificatione ſuper crus ⁊ pedem ⁊ fiat iterum flobotomia de vena que eſt in curuatura poplitis aut genu. leniter cum pẽna vngatur omni die totum crus cum pede cum oleo de mirtis calido vel oleo roſato in quo nuces cipreſſi ſint decocte: fiat emplaſtrum ſuper cruſ cum roſis floribus camomille mellilo to puluere mirtorum ⁊ boli armeni ⁊ farina gallarum mixtis ⁊ incorporatis cũ oleo ro. ⁊ mucilagie ſe. citoniorꝫ vel pſilij ⁊ farina melice vel milij: ſtet vſqꝫ ad fineꝫ cure pedibꝫ eleuatis mul. ũr ordinet ꝙ omnino abſticat a motu ⁊ coitu

Comedat carnes edi ⁊ caſtrati ⁊ arietis annuales ⁊ carnes gallinarum: caponum: ⁊ pullorum gallinarum: et columbarum. Comedat etiam vitellos ouorum ⁊ ſpinachia: attriplices feniculum: lactucam ⁊ mercuriale petroſillinum ⁊ boraginem ⁊ condiantur omnia talia cum lacte amigdalarum ⁊ butiro ⁊ cum ſpeciebus vſqꝫ pipere ⁊ zuchharo. Bibat vinum album clarum odoriferum bene limphatum. Abſtineat ab omnibus carnibus ſiluestribus quia de proprietate generant ſanguinem melancolicum ⁊ groſſum ⁊ ab azimis caſeo carnibus ſalitis ⁊ lacte ⁊ ab omnibus leguminibus ⁊ a vino nouo ⁊ veteri groſſo. Abſtineat a multa repletione cibi ⁊ potus. Sepe iteretur mundificatio cum pillulis ⁊ medicinis ⁊ ventoſatio cruris ⁊ flebotomia vene que eſt in curuatura poplitis vel genu ⁊ ſic remanebit illeſus.

Cura elefantie ex flegmate groſſo eſt vt in omni ebdomada ſemel aut biſ fiat vomitus poſt repletionem cibi ⁊ potus ⁊ poſt vomitum vtatur abſtinentia cibi potus ⁊ laboris ⁊ motus: ⁊ ſtet cruribus ⁊ pedibus eleuatis mundificetur totum corpus aliquando cum medicamine de turbit vel cum pillulis de hermodactilo maioribus. Scire hic conuenit quod nihil eſt quod in hac cura ex quacunqꝫ cauſa fuerit poſſit vomitui equari: ⁊ ſpecialiter ſi ex flegmate fuerit. Vngatur omni die crus totum leuiter cum pēna ex oleo de mirtis ⁊ oleo de liſio mirtis ſimul: ⁊ fiat emplaſtrum ſuper totum crus et pedem cum abſinthio contuſo piſtato ⁊ incorporato cū puluere nucis cypreſſi mirtorum boliarmeni myrrhe aloes oleo de mirtis ⁊ farina melice ⁊ ſiliginis mucillagine citoniorum ſemine vel mucillagine ſemine fenugreci ⁊ vino rubeo ſtiptico. Vtatur cibis ⁊ potibus dictis ſupra ⁊ in condimentis ſuis pipere ⁊ croco. Sepe abluatur crus totum cum pede ex aqua decoctionis ciceris vitis caulium ⁊ abſinthij: quia de proprietate hec aqua multum reſoluit ⁊ exiccat: ⁊ teneat in ipſa crus tempore longo. Ligetur firmiter emplaſtrum cum binda ſuper locum comprimendo ipſum locum fortiter: nam talis ligatio membrorum confortat vt de leui materiam currentem ex ſuperioribus membris non recipiat.

Capitulum. clxxxvij. de vulneribus ⁊ excoriationibus que fiunt in lumbis in dorſo ⁊ anchis quando homo longo tempore iacere cogitur vel quia propter equitationem talia fiunt aut propter calciamenta ſtricta.

i Ste modus infirmitatis quamuis manifeſtam ⁊ ſenſibilem cauſaꝫ habeat diſponuntur loca in quibus fit per materiaꝫ currentem ad ea per fricationeꝫ ⁊ compreſſionem factam in eiſdeꝫ locis quia materia calida ſemper iudicabitur: cum completa fuerit talis infirmitas ab omnibꝰ excoriatio appellatur ⁊ accidit ī dorſo anchis ⁊ naticis.

Signa excoriationis future ſunt pruritus ⁊ dolor ⁊ rubedo in dorſo vel anchis aut coxis ⁊ ſpecialiter quando aliqua iacuerit lōgo tempore in infirmitate ſuper loca illa contingunt talia accidentia etiam quando homo equitat ſellam ſtrictā ⁊ fricantur loca coxarum ⁊ naticarum ⁊ caleſiunt vltra debitum.

Cura a quacunqꝫ cauſa contingit excoriatio in membris narratis eſt vt ſtatī a principio epithimetur locus leſus cum petijs infuſiſ in aqua roſata ⁊ ſternatur cum folijs ſalicis ⁊ violarum ⁊ mirtorum: aut epithimetur cū ſucco ſolatri aut ſempiuiue vel aqua decoctionis ſumach mixto cum aqua roſata ⁊ ordinetur quod quandocunqꝫ petie infuſe in liquoribus predictis videntur exiccari infundantur taꝫ diu quod feruor ardor ⁊ pruritus fuerint remoti poſtea omni die bis vel ter ponatur ſuper excoriationem vngentū de ceruſa quod feruorem remouet ⁊ conſolidat tales excoriationes: puluis corticum granatorum de proprietate conſolida omnem excoriationem poſtquam per aliquos dies excoriatio epithimata fuerit ex epithimatibus dictis: ſed talis puluis oportet vt ſit tritus ⁊ cribellatus vt alcochol: hoc eſt in vltimo vt poteſt res teri ⁊ cribellari aliter enim non ſic valeret in conſolidatione illius excoriationis ⁊ ſuper iſtum puluerem ſemper ponatur petia infuſa in aqua roſata vel aqua decoctionis ſumach vel mirtillorum ⁊ ſic in breui dicta ꝯſolidabitur excoriatio ⁊ ſpecialiter ſi propter equitationem cōtingerit aut propter calciamenta ſtricta.

Capitulum. clxxxviij. de doloribus qui fiunt in extremitatibus membrorum ⁊ membris exterioribus.

ſ I autem dolores in iſtis locis ⁊ membris contingerint ſcilicet manibus vł pedibus ⁊ fuerit ſubiecti non artetici conſueti ⁊ non fuerint a caſu neqꝫ percuſſione neqꝫ a cauſa extrinſeca manifeſta ſed propter materiam currentem vel cauſam intrinſecā hoc euenerit neceſſario exiſtimanduꝫ eſt quod illud contingit aut propter alterationem complexionis membri aut propter curſum materie calide vel frigide ad loca doloroſa.

Signa dolorum contingentium ex cauſa calida in extremitatibus membrorum ſunt rubedo ⁊ calor ⁊ pruritus que ſignificant alterationeꝫ complexionis membrorum ſi fuerint abſqꝫ tumore manifeſto ⁊ duritie cum caliditate. Si autē cum tumore talia ⁊ cum duritie loci fuerint apoſtema futurum ſignificant.

Signa dolorum prouenientium ex cauſa frigida in membrorum extremitatibus ſunt priuatio caliditatis ⁊ rubedinis ⁊ ſtupor ⁊ fuſcedo ⁊ grauitas ⁊ formicatio que cum affuerint paraleſim futuram aut membri proprij mortificationem ſignificant.

Cura dolorum exiſtentium in extremitatibꝰ membrorum ex cauſa calida primo oportet vt vngantur loca doloroſa cum oleo roſato calido: aut cum vngento facto ex oleo roſato ⁊ cera mixtis et incorporatis ad inuicem. Si autem per hoc non remoueretur dolor membrorum: ſi fuerit ī ambobus pedibꝰ fiat flebotomia de ambabus manibus. Si vero in manibus fuerit fiat flebotomia de pedibus de vena que eſt inter annularem ⁊ auricularem digitum. Si vero in vno pede vel manu tantum fuerit: fiat in contrario pede vel manu contraria: poſtea inungatur locus cum oleo roſato calido vel vngento dicto. Nutriatur vſqꝫ ad tres dies vel circha cum dieta frigida ⁊ ſubtili videlicet cum ſucco hordei vel farine hauene vel ſpelte cōdite cū lacte amigdalaꝝ ⁊ agreſta vel vīo ð granatis aut ſucco berberis vel acetoſe. Comedat lactucas portulacas cucurbitas: ſpinachias: boraginem cōditas eodem modo. Bibat vinum de granatis cum aqua frigida ⁊ ſit aqua quintupla ad vinum aut agreſtam aut aquam decoctionis ſumach vel mirtillorum: aut acetoſe vel berberis poſt dies quatuor cōedat pullos ⁊ carnes edi vel caſtrati conditas cum rebus dictis ⁊ vitellos ouorum ⁊ bibat vinum album debile ⁊ agreſtuꝫ valde limphatum cum aqua poſſet mundificari cuꝫ aqua decoctionis prunorum tamarindoꝝ ⁊ manne in qua ʒ. j. pulueris reubarbari ponetur.

Cura dolorum ex frigida cauſa prouenientium in extremitatibus membrorum eſt cum incipit vt fundatur ſuper membꝝ vel mēbra ex alto aq̄ calia ⁊ leuiſ locꝰ doloroſus māibꝰ fricetꝰ ⁊ vngatꝰ cū olo ð camōilla vł de

aneto mixto cum cera. Si autem per hoc dolor non ſedaret tunc mūdificetur corpus cū pillulis fetidis vel de hermodactilis maioribus: aut cū medicamine de turbit: vel cū medicamine de hermodactilis facto in ſciatica ⁊ dolore articulorum. Vngatur poſt mundificationem locus doloroſus cū oleo de ſpica vel de lilio aut de coſto ⁊ fundatur ſepe ſuper ipm aqua calida decoctionis abſinthij: florum camomille mellilott ⁊ ſimilium. Nutriatur cum carnibus pullorum columbarum ⁊ pullorum gallinarum ⁊ caſtrati ⁊ edi aſſatis ⁊ vitellis ouorū ⁊ cōdiant talia cū ſpēbus ⁊ pipe. Sumat ſepe brodia caulū ⁊ porrorū in quib⁹ coquantur carnes vtatur ſinapi cū ſuis cibarijs ⁊ bibat vinum debile limphatū bene. Abſtineat a coytu ⁊ ab azimis ⁊ leguminib⁹ ⁊ lacte ⁊ ſimilibus.

Caplm. cxcix. de tumore ⁊ pruritu q accidūt digitis in autūno ⁊ hyeme.

H ec infirmitas vel malitia ſemp fit ex frigiditate aeris coartantis vapores ⁊ fumos q decurrunt ad pedū digitos ⁊ manuū vnde cū tales vapores ſint calidi ⁊ coartati in digitis pedū ⁊ manuū violenter inducunt pruritū ⁊ tumorem ex neceſſitate.

Signa ex re ipa ⁊ per narationem infirmi ſatis nota videntur.

Cura tumoris ⁊ pruritus qui accidunt in pedibus ⁊ manibus tpe frigiditatis ē vt ſuper digitos ⁊ loca tumoris ⁊ pruritus fundatur ſepe aqua calida ſalſa ⁊ longo tempore teneantur pedes in aqua decoctiōis ſicle aut decoctionis ſulfuris ſeu aque decoctiōis abſinthij: fumiterre ⁊ mellilott: aut aqua decoctionis berbene: epithimi: paritarie roſaꝝ. Vngantur loca pruritus cum oleo de ſpica ⁊ oleo de maſtice aut oleo de camomilla ⁊ de ſemine lini. Si autē mēbꝝ vel membra magnificentur vltra debitū fiat emplaſtrum ſuper locū quod ſic fit. Recipe ficuum ſiccarum. libras. ſ. alia ꝫ. ℥. ſ. cepe vnum vel duas piſtent ſimul ⁊ incorporentur cū vino odorifero. Aliud. ℞. ſinapis. ℥. j. ficuū ſiccarū. lb. ſ. mellis. ℥. ij. piſtentur ⁊ in corporent cū oleo in quo ſulfur ſit diſſolutus purget ſepe cū pillulis fetidis vel pillulis ſtomaticis alkindi aut cū decoctione facta ex mirobolanis indis: mirtis: roſis ⁊ epithimo: dulcorata cum zucharo roſato bibat bonum vinum odoriferum clarū limphatū quodāmodo: ⁊ vtatur temperata dieta generatiua boni ſanguinis non melancolici neqꝫ ſanguinis aduſti vel ſalſi.

Caplm. cc. de his que accidunt in vnguibus ex feditate.

I nfirmitates que vnguibus accidunt communiter ſunt quinque videlicet puncta. Alba: citrinitas gibboſitas cum tinea ⁊ excoriatione: curuitas ⁊ ſciſura alba puncta dominium frigiditatis in corde ⁊ partibus ſpiritualium ſignificant Citrinitas vnguium eleuationem fumi colerici ad ſpiritualia ⁊ ad os ſtomachi ⁊ oris fetorem ſignificat. Gibboſitas dominium flegmatis ſalſi ⁊ melancolie acetoſe in toto corpore ⁊ ſpiritualibus ſignificat. Curuitas vnguium dominiū ſiccitatis in ſpiritualib⁹ ⁊ nutritiuis ſignificat. Vnguium ſciſura dominiū melācolie in nutritiuis ⁊ ſtomacho ⁊ ſpiritualib⁹ ſignificat.

Cura punctorum alborum in vnguibus eſt ratione totius corporis vt mundificetur cum pillulis fetidis vel medicamine de turbit, ⁊ confortetur cor cum diatrion pipereon aut cum diamargariton: vel cum puluere qui ſic fit. ℞. macis croci corali rubei ana. ʒ. ij. fiat puluis cribellatus de quo cum vino rubeo claro odorifero ſumat patiens omni mane ſtomacho ieiuno. ʒ. ſ. Vtatur dieta calida ⁊ ſpeciebus pro condimento ⁊ bibat vinum odoriferū clarum limphatum ſuper vngues continue deferatur pix vel ſtorax liquidum aut armoniacum mollificatū cum oleo de ſpica aut cum maſtice aut cum fruſtrib⁹ vitri. radantur puncta alba aliquando vt ſubtiliora ⁊ magis obedientia ad epithimata ⁊ vnctiōes fiant.

Cura citrinitatis vnguium eſt ratione totius corporis ⁊ mundificetur cum pillulis minoribus de hermodactilo que fiunt ex quatuor rebus quas ſupermētin articulorum doloribus fecimus. aut cum decoctione facta ex reubarbaro tamarindis manna ⁊ roſis. Vtat vino albo limphato ⁊ carnibus conditis cum agreſta vel ſumac aut acetoſa vel berberis ſucco ⁊ ſimilibus. Super locum ponatur continue epithima factum ex ſemine eruce ⁊ aceto aut ex ſemine ceparum ⁊ agreſta: aut ex ſemine cicute ⁊ acetoſe abluātur ſepe vngues cū aqua calida decoctionis ſulfuris aut auripigmenti in qua ſit aliquid aceti quia erit vtile.

Cura gibboſitatis ⁊ tinee vnguium eſt vt mundificetur corpus cum medicinis dictis capitulo de melancolia ⁊ que dicentur capitulo de ſcabie ⁊ flegmate ſalſo inferius libro tertio de decoratiōe ⁊ venenis fiat epithima ſuper vngues ex ſale ⁊ fece aceti ⁊ alumine fecum ⁊ aceto: vel fiat emplaſtrum ex ſquilla contuſa ⁊ mixta cum oleo ſiſamine vel de lilio aut de camomilla: vel fiat emplaſtrum ex cepe crudo mixto ⁊ cōtuſo cum ſale ⁊ fece aceti.

Cura curuitatis vnguium eſt vt per hebdomadam feratur emplaſtrum de pinguedinibus anium contuſis ⁊ mixtis ad inuicem ſuper vngues: deinde ſoluantur. que ſi poſt q̄ emplaſtrum ſolutum fuerit ⁊ remotū ab vnguibus molles inueniantur fricande erunt cum fruſtribus vitri vel aſſellis alicuius vaſis vitri fracti tam diu q̄ equales fiant ⁊ iteretur hec fricatio cum vitro multotiens poſt emplaſtrum factum ex pinguedinibus donec vngues equales facte fuerint: poſtq̄ vero vngues per iſtum modum equales facte fuerint cera mollificata ſuper ipſos vſqꝫ ad eorum duritiem deferatur aut armoniacum album mixtum ⁊ diſſolutum cum cera.

Cura ſciſurarum vnguium eſt vt mundificetur corpus cum rebus mundificantibus melancoliam aut humores aduſtos ſecundum q̄ dictum eſt ſuperius capitulo de melancolia. Nutriatur corpus cum rebus impinguantibus ⁊ humectantibus totum corpus vt ſunt brodia gallinarum cum vitellis ouorum ⁊ vina rubea dulcia ⁊ ſimilia: humectentur vngue ⁊ mollificētur cōtinue cum aqua tepida ⁊ pinguedinibus anium dictis ſuperius ⁊ cera mollificata ⁊ emplaſtris humidis pinguibus dictis in cura curuitatis vnguium. Scire hic conuenit q̄ cum vngues valde turpes fuerunt ⁊ nō curantur per aliquem ex modis dictis multotiens iteratur quia conuenit vt mollificentur cum aliquibus medicaminibus mollibus vnctuoſis tam diu q̄ per continuam mollificationem cadant: aut eradicentur cum ferro aut cum medicamine acuto facto ex calce viua et ſapone molli: vel ex alumine fecum mollificato ⁊ poſito ſuper radices vnguium ita q̄ corrodantur ⁊ cadant: cum vero vngues ceciderint vel ex tu parte fuerint: nullo modo cum manu vel alia re tangantur ne torſio vel curuitas eiuſdem accidere poſſint: ⁊ ſup loca cera mollificata continue vſqꝫ ad perfectam reſtaurationem deferatur: ⁊ deus melius nouit.

Liber p̄mꝰ Gulielmi placentini feliciter explicit.

Incipit liber ſecūdꝰ eiuſdē q̄ ē de febribꝰ ⁊ de his que ſunt neceſſaria in curatione febrium.

Caplm primū de diffinitione febris ⁊ eius diuiſione in ſua genera ⁊ ſuas ſpecies.
Caplm ſecūdum de febre effimera ⁊ ſpeciebus eiꝰ.
Caplm.iij.de febribꝰ effimeris que accidūt propter apoſthemata.
Caplm.iiij.de febre eticha ⁊ ſuis ſpeciebus.
Caplm.v.de febribus putrides ⁊ ſpēbus earūm ⁊ ſuis cauſis cōmunibus ⁊ p̄mis ſignificationibus.
Caplm.vj.de regimine acutarū egritudinum in cōi.
Caplm.vij.de febre ⁊ ſanguine ⁊ ſpeciebus eius.
Caplm.viij.de febre tertiana pura interpolata.
Caplm.ix.de tertiana cōtinua.
Caplm.x.de cauſone.
Caplm.xj.de febre tertiana.pura q̄ notha appellatus
Caplm.xij.de febre quotidiana pura interpolata.
Caplʒ.xiij.ð fe.quottidiana cōtinua q̄ latica apellat.
Caplm.xiiij.de febre quotti.non vera ſeu notha.
Caplm.xv.de quartana pura interpolata.
Caplm.xvj.de febre quartana cōtinua.
Caplm.xvij.de febre quartana nō pura ſeu notha.
Caplm.xviij.frigore vel tremore qui non calefit.
Caplm.xix.de febre ſincopali que fit ex humoribus malis calidis ⁊ acutis.
Caplm.xx.de febre ſincopali que fit ex humoribꝰ frigidis ⁊ crudis.
Caplm.xxj.de febribus cōmixtis videlicet quintanis ⁊ ſextanis ⁊ reliquis.
Caplm.xxij.de febre que empialos vocatur.
Caplm.xxiij.de febre que lipparios vocatur.
Caplm.xxiiij.de febribus cōpoſitis.
Caplm.xxv.de febre emitritis dicitur.
Caplm.xxvj.de febre peſtilentiali.
Caplm.xxvij.de variolis ⁊ morbillis.
Caplm.xxviij.de cognitione longationis ⁊ abreuiationis febris.
Caplm.xxix.de cognitione temporū febris.
Caplm.xxx.de ſignificatiōibus bonis ⁊ malis apparētibus in febre.
Caplm.xxxj.de cognitiōe digeſtiōis ⁊ indigeſtionis humorū in febre.
Caplm xxxij.de criſi ⁊ ſignis ſignificātibus criſiʒ ⁊ eiꝰ malitiā aut eius bonitatē.
Caplm.xxxiij.de cognitione ſpecierū euacuatiōis criſis ⁊ ꝑ quā ptē fieri debet ipa euacuatio.
Caplm.xxxiiij.de diebus creticis ⁊ de modo numerationis ipoꝛū diuiſim ⁊ cōiunctim.
Caplm.xxxv.de ſignificatiōibus vrine in cōmuni.
Caplm xxxvj.de ſignificatiōibus egeſtiōis.
Caplm.xxxvij.de ſignificatiōibꝰ ꝯtractis ex pulſu.
Caplm.xxxviij.de regimie cōualeſcentis.

Caplm primū de diffinitiōe febris ⁊ eius diuiſione in ſua genera ⁊ ſuas ſpecies.

f Ebris eſt calor naturalis alteratꝰ i corde ad id qd̄ eſt preter naturam procedēſ ab ipo per venas ⁊ artarias mediantibus ſpiritibus ⁊ ſanguine ꝑ totum corpus: ⁊ nocet ſenſibiliter operationibus naturalibus Si aliquis ſophiſtarum vellet dicere qd̄ in febre empiala ⁊ lipparia calor febrilis nō vadit in totum corpus cum in empiala exteriora ſint frigida ⁊ in liparia econuerſo videtur quod nō ſit verum quod in omni febre calor innaturalis procedat per totum corpus ⁊ ſic diffinitio predicta non erit generalis neq; vera ſimpliciter. Ad quod dicēdum eſt qd̄ ſicut terra ꝑ eſſentiam ſuam ⁊ naturaliter deſcēdit ad iferius ⁊ ignis ſemꝑ aſcendit ad ſupius vt eſt mañifeſtum ⁊ impediūtur illa ſecūdo per accidens in talibus motibus ita febris per ſuam eſſentiā ⁊ naturalit ꝓcedit a corde in totum corpus: pōt tamē impediri ꝑ accidēs a materia opilante meatus ⁊ vias ꝑ quas calor debet tranſire in totum corpus vt dictū eſt in lipparia ⁊ empiala quia ēpiala fit ex flegmate groſſo vitreo frigido cuius aliqua pars putruit ⁊ calefacta eſt: alia vero remāſit frigida: eo qd̄ calor accidentalis nūdū potuit eam penetrare ⁊ calefacere: ⁊ ſic per ſuam frigiditatem multam infrigidat exteriora: ⁊ impedit calorem accidentalem tranſire a loco putrefactionis ad extrema. In lipparia eſt alia cauſa quaſi cōtraria. vel dicatur ꝙ omnis febris cum ſit morbus vniuerſalis per effectum leſionis in totū corpus: ⁊ in omnes operationes totius corporis vere poteſt dici ſecunduʒ iſtam diſpoſitionem ⁊ modum ꝙ calor procedit a corde in totum corpus quāuis ſecūdum ſenſuʒ tactus nō appareat calor accidentalis in aliquibus mēbris ſed potius frigiditas vt manifeſtum eſt in exemplis ſuperius dictis. Diuiditur febris primo in genera ſua prima videlicet in febrem de inflammatione ſpiritualium ⁊ febrem de inflammatione membrorum radicalium ⁊ humiditatum eorumdem ⁊ febrem putridam humoralem: ⁊ differūt iſta genera proprie per differentias ſuorum ſubiectorum. Iterum differunt illa genera per alium modum ⁊ conueniunt: quia ad effimeram multotiens ſequitur ethica vel putrida: ⁊ ad putridam eticha: ſed ad ethicam nunquam ſequitur effimera neq; putrida neq; ad putridam effimera ⁊ h̄ contingit propter ſubtilitatem ⁊ groſſitiem diuerſorū ſubiectorum febris nam calor innaturalis inflammatus in ſubſtantia aerea ſpirituali iflammare poteſt mēbrum ⁊ calefacere accidentaliter. Similiter calor innaturalis inſertus in humoribus inflammare poteſt de leui membra radicalia ⁊ eorum humiditates ⁊ facere ethicam: ſed impoſſibile eſt vt natura reſoluat calorem a membris duris ⁊ cum in ipſis extinguat ⁊ remaneat in humoribus per ſe uel in ſpiritibus. Similiter ſi natura poterit calorem ab humoribus putrefactis reſoluere: veriſimile erit qd̄ ipſum a ſubſtantia aerea ſpirituali remouebit cum ſit grauius ⁊ difficilius talem calorem accidentalem inſertum in humoribus putrefactis apud naturam ⁊ medicum remouere ⁊ reſoluere quam a ſubſtantia ſpirituali: ⁊ ita in alijs ſubſtantijs ſuperius dictis. Conueniunt iſta genera febris etiam differunt in quadam natura cauſarum: quia febris effimera non requirit ex cauſis medicinalibus que ſunt tres videlicet primitiua antecedens ⁊ coniuncta effimera primitiuam tantum ethicam antecedentem tantum: putrida primitiuam antecedenteʒ ⁊ coniunctam: ⁊ in hoc conueniunt omnes. Nobis autem videtur rationabiliter quod poteſt effimere ⁊ ethice coniuncta cauſa aſſignari nam omne quod eſt quod fuit ⁊ quod erit tam diu quod cōſeruatur in eſſe: aut eſt vel fuit vel erit tale quod conſeruans ⁊ conſeruatum ſunt idem aut diuerſa: ſi ſint idem ſequitur hoc impoſſibile quod faciens ⁊ factuʒ ſunt idem: ⁊ perficiens ⁊ perfectum idem. Si diuerſa ergo aliud eſt quod conſeruat ⁊ quod conſeruatur ergo effimera ⁊ ethica cum conſeruentur in eſſe ⁊ durabilitate tꝑaliter neceſſario eis conſeruans vel cōſeruantia aſſignabuntur que erunt aliud ab effimera ⁊ ethica: ⁊ cum remouebuntur ab eſſe ⁊ durabilitate remouebuntur ethica ⁊ effimera: ⁊ ſic patet manifeſte de cauſa coniuncta in iſtis febribus que ſic ſe habent ad iſtas febres quemadmodum putredo in febribus putridis q̄ tā diu ꝙ durat feb. putrida durat: ⁊ cum deſtruit febris deſtruit putrida: ſed quia noīe cauſa coniuncta in ethica ⁊ effimera non eſt ſic manifeſta dicit ꝑꝑ h̄ a quibuſdā ꝙ cauſa coniuncta in eis non aſſignat neq; debet aſſignari: ſed cō probatuʒ ſit ꝙ ē poſſibile vt aliquid poſſit tꝑaliter permanere abſq; cauſa cōſ

uante ipſum fuit nobis viſum ꝙ erat cōueniens ⁊ vtile vt febri effimere ⁊ ethice cām coniunctam noīe ꝓprio aſſignaremus contracto ex congerie vocabulorū Nomen proprīū cauſe cōiuncte in febre ethica contractum ex congerie vocabuloꝝ eſt habilitas humiditatū mēbroꝝ radicaliū exiſtentium in fontibus mēbroꝝ ad inflāmationem in qbus reperta ſunt ſubtilitas ariditas cū quaſdaꝫ acuitate ⁊ paucitas reſpectu mēbrorum que nutriunt᷑ vel q̄ debent ab eiſdē nutriri: ⁊ hec cā ꝗ̄ cito reperta fuerit in ipſis humiditatibꝰ fiet ethica: ⁊ cum ab eiſdem poterit per naturam aut per operationem medicinalem remoueri curabit᷑ ipa ethica vex eſt ꝙ quādo iſta cā aucta bene fuerit: ⁊ cōfirmata in ſecunda humiditate membroꝝ propter nimiā habilitatē inflāmationis ⁊ exiccationis repertaꝫ in ipſa humiditate ſecunda vel tertia mēbrorum ita fugit᷑ ⁊ firmat᷑ calor accidentalis in eiſdē ꝙ neqꝫ per naturaꝫ neqꝫ per artē ab eiſdē poterit remoueri: tunc ipſa ethica remanet incurabilis poſt illud ſicut putrida remanet incurabilis cum putredo erit vniuerſaliter ꝑ oēs humores venaruꝫ ⁊ per venas ita ꝙ tota maſſa humorum venarum putrefit vel quaſi putrefit: tunc neceſſario membra priuantur nutrimento humorali ⁊ fit vltima debilitas ⁊ mors ex neceſſitate materie: ⁊ de iſtis tribus humiditatibus que ſunt in fontibus mēbroꝝ radicalium faciemus inferius fidē in tractatu de ethica. Nomen vero cauſe coniuncte in effimera contractam ex congerie vocabuloꝝ eſt ſubtilitas ſubſtantie ſpiritualis ⁊ igneitas ⁊ raritas ⁊ ſpirituum coadunatio ⁊ velocitas motus cū quadam ſiccitate excedente ⁊ habilitatem ad maiorē inflāmationem ꝗ̄ ei conueniat per naturā ſpiritus in eo ꝙ ſpiritus: ⁊ hec cauſa ꝗ̄ cito reperta fuerint in ſpiritu erit effimera ⁊ ſi in eodem ſpiritu multiplicaretur fieret ethica vel putrida neceſſario poſt diē vel aliquod tp̄s ⁊ ſi a ſpiritibus per naturam vel artē remoueri poterit curabitur ex neceſſitate materie ſpiritualis recipientis de leui effectū medicinaꝝ vel operationem naturaꝝ vel nature: ⁊ per h̄ manifeſte apparet conſiderantibus recte in iſtis materijs vel ſubiectis quare effimera leuis ⁊ breuius curatur ꝗ̄ ethica vel putrida. nam h̄ contingit ex habilitate ſubiecti febris vel inhabilitate recipiendum effectum medicinarum vel operationem nature: verum eſt ꝙ prima ſpecies ethice leuius curatur ꝗ̄ putrida ſed deterius cognoſcitur ⁊ deterius curat᷑ ⁊ grauius ꝗ̄ effimera ⁊ h̄ totū eſt per habilitatē ⁊ inhabilitatem ſubiecti vt dictū eſt. Secūda ſpecies ethice cū ad vltimū eius deuenerit ⁊ ad principium tertie nunquā curatur ⁊ h̄ eſt ꝑꝑ fixuram caliditatis extranee in ſubiecto duro quod reſtaurationem neqꝫ īpreſſionem recipit a medicinis neqꝫ alteratione ex inhabilitate ſui ad effectuꝫ alterationis ⁊ operationē nature. Differunt iſta genera febrium ēt per naturam cauſaꝝ medicinalium que diuerſimode eis attribuunt᷑: de qbus cauſis medicinalibus inferius capitulo de febre putrida fidem faciemus nā febri effimere per medicos attribuitur cā primitiua tātum ⁊ nō antecedēs: neqꝫ cōiuncta: ethice antecedēs tātum ⁊ nō primitiua nec coniuncta.

Putride attribuunt᷑ oēs modi cauſarum: primitiua videlicet antecedens ⁊ coniuncta.

Caplm. ij. de febre effimera ⁊ ſpeciebus eius.

P Rime ſpecies feb. effimere ſunt tres quaruꝫ prima ⁊ magis principalis ēſt illa que fit ſolum ex inflāmatione ſpirituum abſqꝫ poſthemate ⁊ dolore abſqꝫ materia m̄lta peccante in q̄ntitate: imo fit ex cauſa diuerſa que precedit eam ab eo ſcd̄m ꝙ currit conſuetudo vt eſt ſuperfluus labor aut ira ⁊ ſimilia.

Secūda ſp̄es eiꝰ eſt illa que fit ꝑꝑ apoſthema aut dolorem ⁊ de iſta faciemus inferius capitulum ꝓprium.

Tertie ſpecies eius eſt illa q̄ fit ꝑꝑ humorem multiplicatū in quātitate quo ad virtutem: ⁊ de iſta inferius dicemus cap. de febre putrida ex ſanguine.

Febris vero effimera que eſt de inflāmatione ſpirituum iteꝝ diuidit᷑ i febreꝫ effimeram de īflāmatione ſpirituū animaliū qui habent eſſe in cerebro ⁊ feb. effimeram de inflāmatione ſpirituū naturaliū qui habēt eſſe in epate: ⁊ febrē effimeram de inflāmatione ſpirituū vitaliū qui habent eſſe in corde.

Signa cōmunia febris effimere que fit ſolum ex inflammatione ſpirituum propter cauſaꝫ diuerſam que precedit eam ab eo ſecundum ꝙ erit cōſuetudo ſunt q: non habet ꝑiodos ſed eſt vnus ꝑiodus tantum: ⁊ neqꝫ incipit cum rigore neqꝫ orripillatione: ⁊ vrina non multū tingitur in illa febre neqꝫ mutatur in ſubſtantia neqꝫ odore ab eo ꝙ conſueuerat niſi modicum aut non in aliquid: ⁊ cū corpus egri tangitur per totū non inuenitur calor ſuperfluus neqꝫ mordicatiuus multum vltra naturalem modum ⁊ conſuetudinē: neqꝫ anhelitus eſt vehementer conſecutiuus: neqꝫ lingua eſt vehementis aſperitatis in iſta febre neqꝫ ſiccitatis neqꝫ pulſus fit in ea velox neqꝫ frequens multum: ⁊ pꝰ eius declinationem fit aliquis ſudor vel humoroſitas aut cutis roratio ⁊ h̄ contingit propter calorem febricalem diſſoluentē partem ſubtilem humorum vel humiditatū que euaporat a poris cutis hora qua calor accidentalis extinguitur ⁊ exalat: qui calor hora ſue exalationis ſecū trahit humiditatem ſubtilem diſſolutam ⁊ eam ex poris cutis exalare facit: ⁊ ſic fit raritas per corpus vel humoroſitas: ⁊ iterum hec feb. vt plurimum finitur in die ⁊ nocte: ⁊ aliquando extenditur vſqꝫ ad dies tres ⁊ h̄ eſt raro: cum autem per tranſit dies tres egreditur a genere effimere ⁊ fit neceſſario ethica vel putrida: ⁊ tunc calor augmentatur neceſſario per totum corpus ⁊ fit magis mordicatiuus ⁊ ſuperfluus ⁊ vrina incipit manifeſte in colore ⁊ ſubſtātia ⁊ odore mutari ⁊ variari ⁊ pulſus fit tunc velox ⁊ frequens vehemētis ⁊ lingua alteratur manifeſte ad aſperitatem ⁊ ſiccitatem: ⁊ cum iſta incipiunt apparere tunc vereſcitur ꝙ effimera mutata eſt ad aliud genus febris.

Species febris effimere que fit ex inflāmatione ſpirituum animaliū cōmuniter ſunt ſex.

Quaꝝ prima ē illa que fit ex vigilijs non conſuetis vel excedentibus nam cū oēs vigilie naturaliter exſiccēt corpora ⁊ calefaciāt ſi fiant in tp̄e non conſueto vel modū excedant magis calefaciunt ⁊ exiccant ⁊ ſpecialiter ſubſtantiaꝫ cerebri ⁊ eius partes ⁊ ſpiritus animales cum cerebrum ⁊ eius partes ⁊ ſpiritus plus alijs laborent mēbris in vigilijs: ⁊ calefaciendo ſpiritus animales acuunt caloreꝫ in cerebro ⁊ febreꝫ inducunt effimeraꝫ ſcd̄m habilitateꝫ ſubiecti ad recipiendū inflāmationem.

Secūda eſt illa q̄ fit ꝑꝑ multā moram ſub ſole: nam ſol lumine ⁊ claritate ſui calefacit aerē circūdanteꝫ capita hoīum: vnde per longaꝫ morā ſub radijs ſolis ⁊ eius lumine aereo ſubtiliat ſpiritꝰ animales ⁊ eos calefacit ⁊ inflāmat vltra debitum ⁊ ſic finaliter inducit effimeram.

Tertia ē illa q̄ fit ꝑꝑ nimiaꝫ ſolicitudinē: ⁊ h̄ eſt ꝑꝑ congregationē caloris ⁊ ſpiritus circa cerebrum ⁊ debilitatē inſtrumentoꝝ ſenſibilium cū natura negligat ipſoꝝ vſum ex ſolicitudine contrahente calorem ⁊ ſpiritus ad cerebrum in quo inculcantur ⁊ inflāmantur in ſe ipſis ⁊ ſic fit febris hec.

Quarta eſt illa q̄ fit ꝑꝑ laborē ⁊ laſſitudinē: nam labor cū calefaciat mēbra oīa ⁊ neruos mutat ⁊ cerebrū calefacit ſpiritus ⁊ acuit calorem ⁊ febrē finaliter inducit ⁊ laſſat corpus totaliter ⁊ propter diſtemperantiaꝫ in toto ⁊ in neruis ⁊ ad iſtam effimeratā vt plurimum ſuperuenit febris putrida ꝑꝑ ebulitionē ⁊ cōmotiōeꝫ in humoribus factaꝫ ex motu cū labore.

Quinta eſt que fit propter catarruꝫ ⁊ corizam nam omnis catarrus vel coriza ſemper fit ex materia que

deſcendit ad pallatum gullam vel naſum: ⁊ h aut propter viam diſſolutionis ⁊ a calido ꝙ humiditatem reptam circa celebrum diſſoluit ⁊ eam inferius deſcendere facit vt nix a calido in montibus diſſoluitur in eſtate ⁊ inferius deſcendit aut a frigido conſtringente quod facit a ſubſtantia groſſa per viam conſtrictionis humidum eliquare ⁊ deſcendere inferius vt apparet quādo aliqs manibus pilaꝫ niuis cōſtringit humidū eniꝫ ⁊ ſubtile deſcendit inferi⁹ ⁊ terreſtre remanet vnde cū iſte cauſe catarri vel coꝛꝫe in cerebro multiplicanẽ videlicet cauſa diſſoluens cū multiplicaẽ ſpiritus inflāmaẽ ⁊ febꝛem facit: ⁊ etiaꝫ cā frigida cōmodum naturalem excedit coadunando ſpiritus ⁊ caloꝛē in ventriculis cerebꝛi impeditur eoꝝ euentatio ex frigido conſtringente: ⁊ ſic inflammātur in ſeipſis ⁊ fit febꝛis effimera ⁊ talis febꝛis multotiens ducit pacientem ad pleureſim vel peripleumoniam.

Sexta eſt que fit propter ſomnū: cū enim in ſomno caloꝛ naturalis ⁊ ſpiritus ſenſibilium circa cerebꝛum congregentur ſi ſomnus nō exceſſerit modum neqꝫ nature intentionem conſeruat ſpiritus animales ⁊ ſenſibilia inſtrumēta ⁊ ab eiſdem laſitudineꝫ vel fatigationē in vigilijs acquiſitam remouet: ſed ſi moduꝫ exceſſerit in longitudine ⁊ profūditate inducit in ſpiritibus animalibus exiſtentibus circa cerebꝛum coartationē ⁊ eoꝛum impedit euentationem ⁊ ſic ipſi ſpiritus inflammantur in ſe ipſis cum careant euentatione ⁊ curſu ⁊ fit febꝛis que inducit homineꝫ ad peripleumoniam ⁊ ſequentiam multotiens.

Febꝛis effimere ſpecies q̄ fit pp inflāmationeꝫ ſpirituum vitaliuꝫ ſunt ſex pꝛima eſt illa que fit ex ira cuꝫ ira inflāmet ſanguineꝫ ⁊ ſpiritus circa coꝛ inducit ſi excedit effimeram: ⁊ hec effimera multotiens inducit ſinocham vel tertianam.

Secunda eſt illa que fit ex triſticia: nam cū ex intenſa triſticia ⁊ longa ſpiritus ⁊ caloꝛ cōgregenẽ circa coꝛ ⁊ nō poſſint bene euentari pp debilitatem iductaꝫ in mēbꝛis anhelitus ex fuga ſpirituū ad radiceꝫ neceſſario ſpiritus in ſe ipſis inflammantur ⁊ fit febꝛis ⁊ hec febꝛis ducit hoīem ad defectum appetitus ⁊ melācoliam ⁊ aliquando ad febꝛem quartanam.

Tertia ē illa fit que pp longā moꝛam in aere frigido cū. n. aer frigidus manifeſte ledat thoꝛacē eo ꝙ frigidū nocet neruis ⁊ thoꝛaci pp eoꝝ diſtēperātiam in frigiditate cōplexionali ex natura ſue cōpoſitionis: eo ꝙ thoꝛax oſſuoſus ⁊ neruoſus eſt valde: ⁊ ēt qꝛ ſtringit gulaꝫ ⁊ impedit pulmonē in mundificatione humiditatis tū pp lexionem thoꝛacis ex frigido tū pp impedimentū in anhelitu ⁊ pp impedimentū in mūdificatione coadunātur ſpiritus ⁊ alteranẽ ex doloꝛe thoꝛacis ſpiritualia: ⁊ fit febꝛis que inducit multotiens hoīem ad aſperitatem cāne pulmonis.

Quarta ē illa que fit pp dimiſſionē balneī tēpoꝛib⁹ conſuetis nam cū balneū mundificet coꝛpus totū a ſupfluitatib⁹ ſubcutaneis que ſunt in poꝛis cutis totius coꝛpoꝛis: cū pꝛiuatur corpus hoīs tali mūdificatiōe tēpoꝛib⁹ cōſuetis cōgreganẽ ſupfluitates in poꝛis p q̄s ſpiritus artariales ⁊ caloꝛ naturalis conſueuerint anhelare ⁊ euentari: ⁊ ſic p pꝛiuationē euentationis iſlāmanẽ ipſi ſpirit⁹ in ſe ipſis ⁊ fit febꝛis effimera q̄ ducit hoīem multotiens aut ad ſcabiē aut ad cōtinuā fe. cū ſit in pꝛeſentia humidi ſupflui cū calido accidētali.

Quinta eſt illa q̄ fit propter balneū ex aquis termarū vel aqs calidis naturaliter: nam cū aque calide naturaliter termaꝝ ſint oēs ſulfure calefaciūt aerem balnei ⁊ aerē circūdātē balneū q anhelaẽ plus q̄ꝫ regnunt caloꝛ eſt ſpiritus ipſius coꝛdis ⁊ ſic per ſuā caliditateꝫ actualē excedentē caliditatē aeris conuenietis ad euētatiōnē ſpirituū coꝛdis ⁊ caloꝛis fit feb. que multotiēs ducit hoīem ad doloꝛem capitis ⁊ ſitim intolerabilē vitio pulmonis.

Sexta eſt illa q̄ fit pp longaꝫ moꝛā in balneo calido: naꝫ cū balneū calidū coꝛpus totaliter calefaciat ⁊ p lōgam moꝛā in ipſo exalēt ſpirit⁹ ⁊ caloꝛ ⁊ fiat debilitas in toto ⁊ ſpecialiter in virtute qua anhelitus fit ⁊ compleẽ: cogitur ex talib⁹ cauſis ipſa virtus anhelandi ad frequētē velocitatē cū debilitate ⁊ ſic inflāmanẽ ſpūs in coꝛde ⁊ fit feb. q̄ multotiens ducit hoīeꝫ ad ethicā.

Species febꝛis effimere que fit ex inflammatione ſpirituū naturalium ſunt cōmuniter nouem.

Pꝛima eaꝝ eſt illa q̄ fit pp famen cuꝫ enim fames coꝛpus exiccet ⁊ calefaciat cū exceſſerit epar ⁊ ſtomachū: ⁊ facit currere humoꝛes ad ſtomachuꝫ hoꝛa qua cibum ſumere conſueuerat: conturbantur naturales ſpiritus ex humoꝛib⁹ currentibus non putrefactis ⁊ caleſiunt: ⁊ per continuationē cū ſpiritibus vitalibus iſlāmanẽ tales ſpiritus ⁊ fit febꝛis ⁊ h vt plurimuꝫ imputridam conuertitur eo ꝙ materiam inuenit in loco nō ſuo ⁊ eſt non naturalis ⁊ fit calida cū humiditate ſua ⁊ ſic putreſit ⁊ facit febꝛem putridam poſt effimeram: ⁊ h effimera eſt difficilis cognitionis.

Secunda eſt illa que fit fluxum vētris vel fit pp frequentē aſſellationem aut propter medicinā vel alia ſimili cauſa nā ex frequenti ⁊ inoꝛdinata aſſellatione multiplicata in quātitate vltra debitū: aut ex acuitate medicine ſeu eius ventoſitate conturbātur oēs humoꝛes venarum ⁊ epatis ⁊ caleſiūt ⁊ cōmouentur ſpiritus indebite ⁊ ſic inflammantur in ſe ipſis: ⁊ cū ſua inflāmatione motu ⁊ turbatione continuantur cū vitalibus ⁊ fit effimera pꝛimo que ad ethicam ſpaſmum ⁊ moꝛteꝫ multotiens ducit.

Tertia eſt q̄ fit pp vini potationem multiplicati in q̄ꝫtitate vel qualitate reſpectu pacientis: nam vinum cū fuerit calidū ⁊ acutū vltra q̄ꝫ natura recipientis requirat: ſpiritus naturales calefacit ⁊ etiam totum coꝛpus ⁊ inflāmantur vitales ſpiritus per continuatiōeꝫ cū naturalibus inflāmatis ⁊ fit febꝛis ſi aūt habūdans fuerit in quātitate vinum facit mundare humoꝛes in venis ⁊ epate ⁊ ſpiritus naturales mouet indebite in locis naturalium ⁊ eos inflāmat. Iterum per viam indigeſtionis eleuantur fumi ſicci ⁊ acuti ab ipſo vino ſicut eleuantur a lignis viridibus quādo ſub eis accēditur ignis debilis ⁊ ipſi inflammant naturales ſpiritus cum ſint actu calidi ⁊ acuti ⁊ ſcdm hanc viā fit effimera q̄ multotiens cōuertiẽ ad vomitū ⁊ ad ſinochā.

Quarta eſt illa q̄ fit pp comeſtioneꝫ ciboꝛuꝫ calidorū: nam cibi calidi actu vel potentia cū virtus ipſoꝝ confoꝛtaẽ in ſtomacho a caliditate mouente ipſa cibaria caleſiunt ſpiritus naturales in ſtomacho epate ⁊ ōibus nutritiuis ⁊ eos inflāmant: ⁊ per conſequens vitales inflāmantur ab eiſdem: ⁊ fit feb. que vt plurimū inducit capitis doloꝛem ⁊ oculoꝝ rubedinem.

Quinta fit ex faſtidio cū faſtidium ⁊ nauſea fiant ex multitudine materie humide mollificantis os ſtomachi ⁊ replentis ſtomachum ⁊ deſtruentis appetitū pꝛeperat ipſum ſtomachū ad recipiendū ſupfluitates loco cibi qui non ſumiẽ caleſit igiẽ epar calefactione nō conuenienti pp pꝛiuationē humidi nutrimētalis quod nō recipiẽ neqꝫ recipi pōt: ⁊ ēt caleſiūt vene ⁊ mēbꝛa cuꝫ ad ea non mandeẽ nutrimentū vſuale: ⁊ ſic inflāmanẽ naturales ſpirit⁹ ⁊ fit feb. q̄ ducit hoīem ad vomitum ⁊ diariam ⁊ ad ſitim: ⁊ aliqū ad ydropem finaliter.

Sexta ē illa que fit pp ſitim: nam oīs ſitis aut fit ex pꝛeſentia rei ſalſe in oꝛe ſtomachi: aut rei calide acute aut propter viā indigeſtionis aut propter caliditatē auctā in renib⁹ ⁊ mēbꝛis: ⁊ oēs iſte cauſe calefaciūt turbant ⁊ mouent ſpiritus naturales in epate ad caliditatem excedētem ⁊ fit febꝛis per continuationem ſpirituum naturaliū qui ſunt inflāmati cū vitalibus. Similiter ēt fumi q eleuanẽ ad os ſtomachi p viam indigeſtionis cuꝫ ſint calidi ⁊ acuti ⁊ inflāmabiles de leui illud idem operanẽ vt ſcriptū ē ſupꝛa de febꝛe pp q̄ꝫtitatem vini multiplicatam ⁊ iſta multotiens ducit ad fluxum vrine vel diabeticam paſſionem.

Septima eſt que fit propter aliquid qd continetur in ſtomacho qd euomi poſſit ſi natura iuuetur cum inſtrumento medicinali: illud enim qd euomi poteſt eſt aut aliquid ueniens de foris aut aliquid natum intus quod natura expellere deſiderat: ⁊ eo quod euomi poteſt cum quadam facilitate ſcitur ꝙ non eſt adherens multum ſtomacho ⁊ ꝙ eſt calidum non conueniens ad naturam: aut venenoſum ſatis ſubtile vel viſcoſum cū acetoſitate vel ſalſedine: ⁊ illud tale cuiuſcūq; generis ſit: aut per caliditatem ⁊ venenoſitatem actualem ⁊ potentialem quas habent ſpiritus naturales inflammat indebite ⁊ facit febrem aut per preſentiam ſui turbat digeſtionem in ſtomacho ⁊ epate ⁊ ledit nutritiua oīa impediendo digeſtionem: ⁊ ſic ſpiritus inflammantur in ſeipſis ⁊ continuantur cum ſint turbati cum vitalibus ⁊ fit febris hec que ducit multotiens hominē ad diariam vel vomitum.

Octaua ē illa que fit pp cibum multi nutrimenti videlicet tardi ⁊ groſſi ⁊ durantis multum in membris ⁊ ille cibus qui facit h eſt cibus multi nutrimenti penes hanc litteram: vt ſunt pultes ſpiſſe de frumento ⁊ carnes graues vt porcine ⁊ arietine: ⁊ vinum rubeū groſſum ⁊ ſimilia vnde cum talis cibus multum ⁊ longe fatiget naturam ſpiritus ⁊ calor inflāmant ex longo labore ⁊ fit febris ad quam ſequitur ſudor ꝑ viā laſſitudinis ſicut accidit in homine q ꝑ laborem ⁊ laſſitudinem ſudat: ⁊ aliqn̄ accidit ſincopis.

Nona eſt q̄ fit pp cibum ſubtilem ⁊ de facili conuertibilem: nam cibus ſubtilis ⁊ ſiccꝰ ⁊ conuertibilis de facili inflāmat ex ſui natura calorem ⁊ ſpiritus ⁊ inflammant ab eiſdem de facili ⁊ conuertit in vaporem ⁊ fumum calidū ⁊ ſic ex eo fit febris que de facili in ethicā ꝯuertitur.

Signa febris effimere contingens vitio ſpirituū animalium ⁊ ſpecialiter propter vigilias ſunt anteceſſio vigiliarum ⁊ grauitas capites ⁊ oculoꝝ ⁊ rubedo cum lachrymis ⁊ laſſitudo in membris ⁊ capite ſenſibiliter ⁊ frequentia pulſus cum eius debilitate ⁊ duritie arterie.

Signa febris effimere propter longam moram ſub ſole ſunt anteceſſio ipſius patiens ſub ſole: ⁊ ſenſibilis caliditas cutis capitis ⁊ faciei: ⁊ alterando coloris cutis ipſiꝰ faciei ab eo ꝙ inerat ei in h ⁊ frequētia anhelitus cū pulſus velocitate.

Signa effimere propter ſolicitudinem ſunt facies decliuis ad citrinitatem ⁊ equalitas pulſus ſm plurimum ſed accidit in eo diuerſitas in dilatatione ⁊ conſtrictione penes diuerſitatem ſolicitudinis ⁊ motꝰ oculorum ſatis eſt equalis ad clauſionem ⁊ apertionem ⁊ inclinatio capis circa terram cū q̄dam locutione circa ſeipm vel infra ſe vt inueniat medium ſue cogitationis.

Signa effimere ex labore ſunt anteceſſio laboris cū calefactione iuncturaꝝ ſup alia ⁊ tactus laſſitudinis ⁊ ſiccitas corporis ⁊ pulſus paruus ⁊ debilis ⁊ declinat ad duritiem aliqn̄do: ⁊ ſit vrina citrina calida propter motum: ⁊ propter reſolutionem ſubtilis humectant aliqn̄ iūcture ſi labor non fuerit ſuperfluꝰ ⁊ exſiccant ſi modū exceſſerit.

Signa effimere ꝑpter cataꝝ vel corizam qn̄ ē ex cā calida ſunt rubedo faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ mordicatio eiꝰ qd currit: ⁊ eiꝰ ſubtilitas. ⁊ caliditas tactꝰ faciei ⁊ capitis ⁊ ſi accidit ſe. nocet ⁊ non iuuat ⁊ ſentitur in gutture acuitas eiꝰ qd deſcēdit ad guttur: ⁊ vehementia aduſtionis eiꝰ ⁊ attractio ipſiꝰ ⁊ ſubtilitas cū inflammatione qn̄ iraſcitur ⁊ ſputū qd emittit declinat ad rubedinē ⁊ citrinitatē.

Si aūt fe. effimere fuerit propter cataꝝ ex cauſa frigida ſigna erūt ꝙ ſentit frigꝰ eiꝰ qd currit in naſo ⁊ commotio in naſo ⁊ gutture cū tenſione frontis ⁊ vehementia opilationis ⁊ nāſitas ⁊ groſſitudo eiꝰ qd expuitur cū viſcoſitate: ⁊ albedo ipſiꝰ ⁊ iuuamentum a febre ⁊ nō nocumentum.

Signa effimere propter ſomnū ſunt anteceſſio multitudinis ſomni ⁊ ꝑfunditas ⁊ inflatio oculoꝝ ⁊ vocis raucedo cū opilatiōe in naſo ⁊ mācro: ijs: ⁊ grauitas totius corporis ⁊ pigritia ⁊ laſſitudo: ⁊ debilitas memorie cū falſis ⁊ terribilibꝰ imaginatōibꝰ.

Signa feb. effimere contingentis vitio ſpirituū vitaliū ⁊ ſpecialiter propter iram ſunt anceſſio ire ⁊ velocitas anhelitꝰ cū frequētia ⁊ oculoꝝ rubedo ⁊ maxillarū ⁊ tremor qdā ⁊ inflatio faciei vt in dormiente quaſi: ⁊ vrina ē acuti tactꝰ ⁊ pulſus eſt groſſus non plenꝰ frequens: ⁊ vocis altitudo vel clamor cū in ſufflatiōe aeris ꝑ anhelitū.

Signa effimere ex triſticia ſunt igneitas vrine ⁊ eiꝰ acuitas ita ꝙ infirmꝰ ſentiat acuitatem ipſius ex dominio ſiccitatis in ea ⁊ motus oculoꝝ ad clauſionem decliuis: ⁊ oculoꝝ ſubuerſio propter reſolutionem cum quiete ⁊ facies eſt tendens ad citrinitatem propter ꝓfunditatem caliditatis ⁊ pulſus eſt decliuis ad debilitatem cū duritie. Signa effimere ex longa mora in aere frigido ſunt cū in primis tangit corpꝰ infirmi nō inuenit vehementis caliditatis ſed cū ſigitur manꝰ ſentit calor eleuari ⁊ pulſus eſt paruꝰ non vt pulſus habentis anguſtiam triſtiam ⁊ famem: eo ꝙ non eſt ibi reſolutio vt in illis: ſed fit velox propter neceſſitatem attrahendi aerem niſi fuerit frigꝰ vehemens ⁊ fortaſſe fit durꝰ ⁊ oculi non ſunt profundi: imo qn̄q; ſunt inflati propter vaporē coartatū: ⁊ vrina eſt alba eo ꝙ caliditas eſt preforata: ⁊ tincta quandoq; quē caliditas q̄ reſoluta fuit ex poris expellit ad viā vrine.

Signa effimere pp dimiſſionē balnei temporibus conſuetis ſunt congregatio ſudoris ⁊ ſuperfluitatum in toto corpore: ⁊ vrina eſt ſpiſſa ⁊ turbida colorata ⁊ grauitas anhelitus ⁊ grauitas ⁊ laſſitudo corporis ⁊ membroꝝ cū quadam pigritia ⁊ aliquando diminutio appetitus eo ꝙ non fit ſuperfluitatū mūdificatio ſm conſuetudinem.

Signa effimere ꝑpter balneum in aquis termarum ſunt ipſa balnea ⁊ cauſe facientes balneum calidū acru ⁊ aſꝑitas cutis cū quadam nigredine ⁊ additio caliditatis poſt tempꝰ ⁊ debilitas pulſus cū minoratiōe ⁊ velocitate ⁊ fit vrina nō colorata ⁊ nō tumeſcit corpꝰ neq; profundant oculi.

Signa effimere pp longam morā in balneo calido ſt magnitudo anhelitꝰ cū debilitate ⁊ ſpiſſitudine pulſus ⁊ ſitis q̄ meliꝰ ſedat per attractionem aeris frigidi q̄ ꝑ potū frigidū ⁊ rubedo maxillaꝝ ⁊ oium membroꝝ grauitas ⁊ laſſitudo.

Signa effimere ꝯtingentis vitio ſpirituū naturaliū ⁊ ſpāliter pp famē ſunt debilitas pulſus ⁊ paruitas ⁊ declinatio aliqn̄ ad duritiē tinctura vrine cū ardore ⁊ deſtructio appetitus poſt famē cū eructuatiōe fetida ⁊ oris amaritudo ⁊ grauitas totiꝰ corpis ⁊ mēbroꝝ ⁊ cōmotio in ore ſtomachi.

Signa effimere ꝑpter fluxum ventris ſunt pulſus durus ⁊ tenſus ⁊ debilis ⁊ paruꝰ ⁊ ſpiſſus ⁊ vrine paucitas ⁊ ſitis vigiliaꝝ multiplicatio ⁊ malus appetitus ⁊ ordinatus.

Signa effimere propter vini potationem multiplicatā ſunt debilitas motꝰ corporis: ⁊ vrine multiplicatio ꝑter ꝙ ſit digeſta ⁊ ꝑturbatio mentis aut dolor capitis ⁊ oculoꝝ obtenebratio ⁊ vomitꝰ aliquando ſeu grauitas ſtomachi.

Signa effimere pp ciboꝝ calidoꝝ comeſtionē ſunt pulſus velocitas ⁊ ſpiſſitudo ⁊ oris amaritudo ⁊ tinctura vrine ⁊ ſitis q̄ ꝑ potū friūm mitigat ⁊ manifeſta calefactio in ſtomacho ⁊ oibus mēbris.

Signa effimere pp faſtidiū ſunt alteratio eructuationis ad acetoſitatem aut fumoſitatē: ⁊ vrina cruda ⁊ indigeſta ſeu aquoſa ⁊ palpebraꝝ grauitas ⁊ inflatio ⁊ grauitas ſtomachi ⁊ omnium nutritiuorum.

Signa effimere pp ſiti ſt anceſſio ipſiꝰ ſitiſ ⁊ deſideriū

potus rei frigide fluentis ⁊ velocitas pulſus cum frequentia ⁊ debilitate ⁊ vrine paucitas ⁊ eius coloratio cum punctura.

Signa effimere propter aliquid ꝙ in ſtomaco continetur quod euomi poſſit ſunt grauitas ſtomachi cuꝫ eructuatione poſtquā aliquid emittitur aquoſitatis ⁊ commotio labij inferioris ⁊ faſtidium ⁊ nauſea ⁊ oculorum tenebroſitas ⁊ comeſtio alicuius rei facientis ħ vt medicina ſeu cibus vomitiuus.

Signa effimere ꝓpter cibuꝫ multi nutrimēti ⁊ groſſi ⁊ duri ſunt inflatio ſtomachi cum eructuatōe vētoſa ⁊ grauitas mēbroꝝ ⁊ ſomnus immediate poſt comeſtionem ⁊ velocitas pulſus cū freqētia ⁊ inflatione anhelitus ⁊ pigritia ad motum.

Signa effimere propter comeſtionem cibi ſubtilis ſunt inflatio ſeu ſibilus in ſtomacho cum caliditate ⁊ eructuatio fumoſa calida ⁊ oris amaritudo ⁊ ſitis ⁊ coloratio vrine cum tenuitate eiuſdem ⁊ ſenſibilis caliditas in membris ante aduentum febris ⁊ oculorum rubedo cum dolore capitis in parte anteriori vel dextra: ⁊ pulſus velocitas cum frequentia ⁊ caliditate artarie.

Cura fe. effimere in communi eſt vt habens effimeram propter ſacietatē nauſeatiuam ⁊ ꝓpter opilatōem ⁊ propter catarrum omnino abſtineat a balneo ⁊ ſpecialiter ī principio rei quia balneum egritudinem generat putridam: ⁊ in iſtis caſibus multum timetur ⁊ conuerſione effimere in putridam: ⁊ in illa que eſt propter multitudinem cibi in non ſua hora: ſed ī fine ratione reſolutionis ⁊ humectationis: ⁊ ratiōe mēbrorum ⁊ ſpirituum qui ſunt calefacti preter modum concedi. poteſt in illa effimera que eſt propter denſitatem ⁊ conſtipationem cutis in principio conceditur. In omnibus autem febribus effimere balneum meliꝰ eſt in fine ꝙ̄ in principio propterea quia preparat materiam ad putrefactionem in principio ⁊ habilitat ad recipiendum intra ſe cauſas putrefactionis: ⁊ hec ſententia eſt. Auic. de balneo libro quarto capitulo de curatione febris effimere ſecundum modum vniuerſalem ī ſene concedi poteſt ⁊ ſpecialiter in corporibus ſiccis ſimiliter potare aquam frigidam cum ſucco granatoruꝫ acetoſorum aut per ſe eſt vtile ⁊ conueniens preter ꝙ̄ in illa que eſt ex opilatione nutritiuorum ⁊ ex ſacietate nauſeatiua ⁊ apoſthemate ex in digeſtione: ⁊ iſti tales in principio ab omni cibo abſtinere debent: ⁊ prouocare in eis ſomnum vtile eſt. Illi vero qui patiuntur ꝓpter famem vigilias ⁊ laborem non debent in principio abſtinere a cibo ſed debent comedere panem ablutum cum vino vel aqua vt ſit magis penetrans: cū vino ſi virtus eſt debilis ⁊ non indigeret forti extinctione cum aqua ſi virtus conſtat ⁊ non patiuntur in viſceribus ⁊ indigentium ħ multa infrigidatione deliciari ⁊ gaudere eſt conueniens in his quia patiuntur effimeram propter anguſtiam ſolicitudinem ⁊ cogitationē in illis qui propter opilationem vel faſtidium patiuntur non eſt ſic conueniens ſed eis conuenit proprie vt vtātur ſubtiliatiuis ⁊ aperitiuis vt eſt oximel compoſituꝫ ſepe in die cum aqua calida decoctionis radicum feniculi ⁊ petroſillini ⁊ ſimilium. Iterum fricatio extremitatum in omni effimera ſi leuis fuerit fricatio ſatis cōueniens eſt ⁊ ſpecialiter in illa que eſt propter opilationem cum repletione ⁊ nauſeatiua ſacietate, fundere aquam calidam decoctionis roſarum ⁊ florum camomille in fine eſt vtile ⁊ prouocare ſomnum quia equant naturam ſpirituum ⁊ complexionem totius corporis poſt febres ⁊ rorationem: nam in febre effimera vera nunquam ſit ſudor vt volunt omnes philoſophi roratio vero ſic: ⁊ ħ eſt propter exalationem caliditatis extranee que potuit diſſoluere partes ſubtiliores ⁊ aereas humorum ⁊ humiditatum membrorum ⁊ in vaporem ſatis humidum conuertere: ⁊ poſt conuerſionem ora ſue exalationis ad cutim trahere ⁊ omnes partes corporis quaſi quodam rorare ſudore.

Communis cura in omni effimera a quacunqꝫ cauſa contingat eſt conuertere corpus ad contrarium eius quod ipſam accidere fecit: ⁊ proprie fiat iſtud vſqꝫ ad horam rorationis corporis que fit communiter ad pluſ vſqꝫ ad horas. xxiiij. Si vero vſqꝫ ad hoc tempus ſedata non fuerint per rorationem vel per alium modū alterationis immo remanſit cum laſſitudine ⁊ tremore vel malo appetitu ⁊ vigilijs iā eſt ſignū ꝙ conuertitur vel conuerſa eſt ad aliud genus febris quod non ē effimera.

Cura febris cauſa vigiliarum eſt vt iaceat in molli lecto: ⁊ vt vngātur nares ⁊ aures ⁊ frons cum oleo violato tepido vel oleo de nenufarre quod meliuſ erit ſup caput eius fundatur aqua calida decoctionis florum camomille roſarum ⁊ violarum poſt declinationem caloris intret balneum vel fiant fomentationes cum aqua tepida decoctionis herbarum dictaruꝫ quod melius erit: ⁊ poſt ea fiat inunctio cum oleis dictis. Comedat carnes edi ⁊ pullorum coctas cum lacticis ⁊ ſimilibus conditas cum agreſta vel ſucco granatorum ⁊ bibat vinum limphatum ita quod aqua ſit tripla ad vinum vel bibat iulep aut ſyrupum de nenufarre cuꝫ aqua. poſſet etiam comedere portulacas cucurbitas ⁊ pruna ⁊ ſimilia ⁊ dormiat poſt comeſtionem per longū tempus quia bene erit ei ſi vero hora magni feruoris affligeretur ſiti bibat iulep ⁊ ſirupum violatum vel de nenufare cum aqua frigida in eſtate: ⁊ hyeme vero cuꝫ calida.

Cura febris effimere propter longam moram ſub ſole eſt vt fundatur ſuper caput ⁊ ſincipud liquor qui ſic fit. ℞. aque roſate. lib. j. olei roſati li. ſ. aceti. ℥. iij. miſceantur. Iterum infundatur pannus in eodem liquore ⁊ teneatur ſuper caput vſqꝫ ad finem febris ⁊ cum exſiccatur iterum infundatur in eodem capiti ſupponatur ⁊ fiat ſic ſucceſſiue vſqꝫ ad febris remotionem: cum vero quieuerit febris ponatur eger in balneum tepidum aque dulcis decoctionis roſarum vel violarum aut ſolatri ⁊ cū a balneo exiuerit aqua tepida ⁊ nō calida fundatur ſuper caput ⁊ totū corpus ⁊ poatur ad quieſcendum ⁊ dormiendum in loco frigido ⁊ lecto molli ⁊ quieto. ſumat in potu ante prandiuꝫ ⁊ poſt balneum ſirupum de nenufarre vel iulep aut ſirupum violatum vel vinum de granatis acetoſis cum aqua frigida ⁊ ſit aqua quintupla ad ſirupum: vel ſuccum de granatis: vel ſumat in potu furmentum fractum coctū ꝙ ſit prius ablutum multotiens cum aqua calida cui admiſceatur cum fuerit bene coctum multa aqua frigida: ⁊ ex iſto potu cibali ſumat patiens vſqꝫ ad ſacietatem. poſt remotionem febris comedat carnes edi ⁊ pullorum ⁊ brodia gallinarum ⁊ auium: ⁊ cucurbitas coctas ⁊ lactucas ⁊ attriplices coctas ⁊ conditas cum aqua pulloꝝ. Bibat vinum multū limphatum vel iulep aut ſuccū de granatis vel ſirupum ro. vel de nenufare cum aqua frigida poſtea redeat paulatim ad dietam conſuetam.

Cura effimere propter nimiam ſolicitudinē ⁊ cogitatōeꝫ eſt vt ſumat viuū odoriſeꝝ claꝝ ⁊ bene limphatū ⁊ mixtum cum aqua: ⁊ vtatur letificantibus ⁊ ſolatijs ⁊ dormiat ſm poſſe ⁊ vngatur totum corpus cuꝫ oleo ro. ⁊ extrema leuiter manibus fricentᷣ: ⁊ intret patiens aliquādo balneū tepidū aque dulcis decoctionis floꝝ camomille ⁊ roſaꝝ: ⁊ comedat carnes edi pullorū ⁊ gallinaꝝ conditas cum croco ⁊ aqua roſata ⁊ ſucco granatoꝝ dulcium vel muzoꝝ ⁊ fructus humidos vt pruna melones ⁊ cucurbitas portulacas: lactucas: maraſcas virides ⁊ ſiccas ⁊ ſimilia cocta ⁊ condita cū lacte amigdalaꝝ vel oleo roſato comedat vitellos ouoꝝ cum ſucco granatorū vel berberis ⁊ croco: vel bibat ſuccum ordei diſſolutum cū vino odorifero bene limphato.

Cura effimere propter laborem eſt trāquilitas in

loco qnieto ⁊ tēperato: ⁊ molli culcitra et lecto vt vult Ypo. Secūda particula Amphoriſmorum vbi dicit. In omni motiōe corporis cum cepit qs dolore ſtati qeſcere remediū ē. Inungere nodos ⁊ articulos ⁊ loca laxa cū oleo ro. tepido eſt multū vtile vel vio. ⁊ ſpecialiter ſi fiat inunctio circha ſpinaȝ vel colluȝ caput. Sepe poſt fe. intret balneuȝ aq̄ decoctiōis roſaꝝ ⁊ vio. Bibat vinū multe cōmixtionis ⁊ comedat vitellos ouoꝝ ⁊ carnes edi ⁊ pulloꝝ ⁊ iura gallinaꝝ ꝯdita cū croco et cinamomo ⁊ cardamomo: ⁊ minus comedat q̄ꝫ ꝯſueuit ꝓpter virtutis debilitatem ⁊ digeſtibilia de facili ⁊ brodiū ꝯditū cū croco ⁊ oleo violato cinamomo ⁊ cardamomo: multū quieſcat et dormiat pro poſſe

Cura fe. effimere pp̄ coriză et catarrū ē vt fiat flebotomia quãuis breue fuerit tēpus ī quo flebotomia fuit: vel fiat extractio ſanguinis cū vētoſis ⁊ poſt extractionē ſāguinis fiat purgatio cū pillulis cochijs Almā. aut cū medicamine deturbit: et comedat ſuccū ordei ꝯditū cū lacte amig. vl' brodiuȝ cicerū: ⁊ vel bibat iulep vel ſyrupū vio. ⁊ de nenufare ⁊ ſilia cū aq̄ decotiōis liqritie iuiubaruȝ et paſſulaꝝ. poſt qetē fe. vtaꝛ balneo vino limphato multū ⁊ carnibꝰ edi ⁊ pulloꝝ ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ cōdiantꝛ cū rob croco: cinamomo: cardamomo ⁊ liqritia. Mundificetꝛ ſepe cum pillulis cochijs.

Cura effimere pp̄ lōgū ⁊ ꝓfundū ſomnū ē vt fricentꝛ extrema fortiter ⁊ aſpgantꝛ facies oculi et frōs ⁊ totū caput cū aq̄ ro. ⁊ in eſtate ⁊ ī hyeme cū anſio ⁊ fiat cliſtere lenitiuū ſi die illa ſemel aut bis nō aſſelauerit ad minꝰ bibat ſepe mel roſaꝝ cū aq̄ calida hyeme ⁊ eſtate cū frigida: ⁊ h̄ vſq̄ꝫ ad ceſſatione fe. ⁊ cū fe. ceſſauerit intret balneū aq̄ decoctionis floꝝ camomille ⁊ abſinthij ⁊ comedat parum ⁊ dietā digeſtibilē de facili: ⁊ vinū bibat limphatuȝ videlicet carnes pulloꝝ ⁊ edi ⁊ ſiliuȝ conditas cū agreſta vino de granatis ⁊ cinamomo.

Cura effimere ex ira eſt vt ſup caput eiꝰ fundatur aq̄ ro. ⁊ ſup pectꝰ: ⁊ empiaſtretꝛ pectꝰ pacientis cū ſandalis roſis ⁊ cāphora nutritis cū aq̄ roſ. ſi ē poſſibile. Bibat aquā ro. cū vino de granatꝭ acetoſis vl' cū acetoſitate citri: ⁊ comedat portulacas ⁊ lactucas aut ſcariolas cū aceto: ⁊ bibat aquā frigidaȝ cū ſucco de ribes ⁊ cū ſucco maloꝝ acetoſorum: ⁊ aſtātes introducāt verbis ⁊ ſolatijs ꝓ poſſe trāquilitatē. poſt qetē fe. intret balneū tepiduȝ aq̄ dulcis decoctiōis violaꝝ ⁊ folioꝝ ſalicū ⁊ ſiliuȝ in qua paꝝ moretꝛ: ⁊ poſt exitū a balneo roretꝛ totum corpꝰ eius cū aq̄ ro. ⁊ ſup caput eiꝰ fundatꝛ aq̄ frigida ⁊ poſt omnia redeat ad ſuā conſuetudineȝ paulatiȝ ⁊ ad vſuȝ vini limphati.

Cura effimere pp̄ triſtitiā ē ſupiꝰ dicta in cura effimere pp̄ cogitationē ⁊ ſolicitudinē: niſi qꝛ ī cura effimera pp̄ triſtitiā infirmꝰ reqrit maiorem ꝯfortationē cordis cū rebꝰ frigidis odoriferis vt cū ſādalis roſis ⁊ cāphora ⁊ ſilibꝰ q̄ꝫ ꝭgrat q patitꝛ pp̄ cogitatōeȝ q. n. patitꝛ pp̄ cogitatōeȝ magꝭ indiget ꝯfortatiōe cerebri cū rebꝰ odoriferis calidis ⁊ cū muſco ambra ⁊ ſilibus: ⁊ cū hoc vterq̄ꝫ indiget gaudio tripudio cātilenis ⁊ ſolatijs ⁊ ludis ⁊ balneo tēpato aq̄ dulcis decoctiōis roſaꝝ ⁊ ſimilibꝰ.

Cura effimere pp̄ longā morā in aere frigido eſt vt fricentꝛ extrema ⁊ totū corpꝰ cū oleo de ſpica vel de ancto vel de camomilla. nō fortiter ſꝫ leuiter ⁊ tēperato modo. ⁊ cū fe. ceſſare cepit manifeſte intret balneū vel ſtuphā nō multū calidū et ſtet ꝑ tēpus vt ſudet ⁊ exeat a loco calido indutus ⁊ intret locū cū indumētis ⁊ qeſcat ⁊ ſudet ibi per tēpus ⁊ dormiat ⁊ quieſcat: poſtea comedat cibos ſubtiles ⁊ leues ad digerēdū ⁊ paꝝ in quātitate et bibat vinū forte ⁊ bonū odoriferꝫ abſq̄ꝫ aq̄: ⁊ ſi neceſſe fuerit iterū redeat a capite tā diu q̄ꝫ curetꝛ et redeat ad ſuā conſuetudinem.

Cura effimere pp̄ dimiſſionē balnei tēporibꝰ ꝯſuetis ē vt ſepe intret balneū aq̄ dulcis tepidum in quo corpꝰ eiꝰ fricetꝛ leuiter ⁊ ꝯtinue cuȝ furfure ⁊ ſemine. mellonū vl' cucurbite ⁊ aliquātulo ſalis deinde egrediaꝛ ⁊ quieſcat ⁊ vngaꝛ totalit̄ ex oleo ro. vel de nenufare: ⁊ comedat ſuccū farine ordei vel cucurbitas aut portulacas ſeu lactucas coctas ⁊ ꝯditas cum lacte amig. vel oleo ro. vel vino de granatis ⁊ ſilibꝰ. Bibat vinū claꝝ albū bene limphatum: ⁊ ſic ſm tempora redeat ad cōſuetudinē.

Cura effimere pp̄ balneū in aqnis termaꝝ eſt vt vngātꝛ omnia mēbra ⁊ totꝰ corpus cum oleo de ancto vel de camomilla leuiter ⁊ ſuauiter ⁊ ponatꝛ in ſtupha tempate calida: ⁊ ſup eū fundatꝛ aq̄ calida dulcꝭ tēpate decoctiōis camomille aneti ⁊ melliloti ⁊ ſiliuȝ: ⁊ exeat a ſtupha ſic indutꝰ ⁊ quieſcat ⁊ dormiat in loco tempato ⁊ molli poſtea comedat carnes edi ⁊ pulloꝝ ⁊ iura gallinaꝝ ⁊ ſiliū: ⁊ bibat vinū claꝝ odoriferꝫ in quo ponatꝛ aliquid aq̄: et ſic redeat ad ſuam conſuetudinem.

Cura effimere ꝓpter longaȝ morā in balneo ē vt ſup corpus eiꝰ fundatꝛ aq̄ que ſit quaſi frigida: ⁊ poſt illud ſpgatꝛ totū corpus ⁊ pectꝰ ⁊ cor ſpecialiter cū aq̄ ro. mixta cuȝ ſandalis roſis cāphora et ſimilibꝰ: ⁊ tūc qeſcat ⁊ dormiat ꝓ poſſe: ⁊ bibat hora qua vult dormire aquā frigidā cū ſucco de granatis vel berberis ⁊ ſiliū: ⁊ cū dormierit comedat iura gallinaꝝ ⁊ edi ⁊ pulloꝝ cuȝ agreſta vel ſucco de granatis vel aq̄ roſata ſeu ſucco berberis ⁊ bibat vinū rubeuȝ clarum odoriferum ⁊ mixtum cū aqua frigida.

cus humidis ⁊ herbis humidis eſt vtile niſi recti-
ficent̃ cuꝫ rebꝰ ſtipticis ⁊ acetoſis. Multiplicare ci
bos ī numero meliꝰ ē ꝙ̄ multiplicare ipſos ſꝫ quā
titatem. Rectificare aerē peſtilentialē infectuꝫ ex
vaporibus fetidis eleuatis a corporibꝰ mortuoruꝫ
⁊ paludibꝰ bonū eſt quia ſicut de ꝓprietate pluuie
⁊ nubiū ⁊ vapoꝝ hūidoꝝ eſt inficere aerē ꝑ viā cō
mixtionis ⁊ ipſaꝫ ꝑparare ad putrefactionē. ⁊ pe-
ſtilentiam ita de natura ignis ē reſoluere ⁊ deſtru
ere omnes vapores ⁊ ſuꝑfluitates mixtas cū aere
que putrefaciūt aerem ⁊ diſponūt ad putrefactio
nem. Si aūt aliquis hominum ꝑmanentiū in loco
peſtilentiali videt̃ repletus ſm venas ⁊ eſſet vſus
ſubtractione ſanguinis fiat flebotomia vel ſubtra
ctio ſanguinis cū ventoſis: ⁊ veꝝ eſt ꝙ omnis ho
mo qui eſt in loco vel in terra peſtilētiali ſi ſumpſe
rit de pillulis que ſic fiunt omni die pondus. xxvj.
granoruꝫ ordei aut. xviij. ⁊ ſpecialiter in principio
peſtilentie ⁊ mortalitatis euadet a peſtilentia ⁊ eā
non incurret. ℞. aloes. ℥. j. mirrhe croci añ. ℥. ß.
terrant̃ ⁊ ꝯficiant̃ cuꝫ vino: ⁊ cū vino recipiant̃.
Bibere cū ſuis cibarijs in prādio ⁊ cena acetū bo
num vel agreſtā cū aqua niuis vel cuꝫ aq̄ veri fri-
goris eſt de melioribꝰ rebꝰ: ⁊ comedere cum aceto
lentes excorticatas ⁊ coctas eſt conferēs: et ſumac
cū cibarijs. odorare camphorā: ſandalos: lignum
aloes roſas thus: coſtum: ſtoracē ⁊ ſimilia: ⁊ ſuffu
migatio domos ⁊ cameras ex eis multū ꝯfert. ſu-
mere bolum armenū cū aceto ⁊ aqua frigida reme
dium affert: ⁊ fit qualibet vice pondus boli arme-
ni. ℥. j. qui vtit̃ tyriaca de tertio ī tertiū diē, in au
rora tēpore peſtilentie ⁊ mortalitatis: ⁊ eaꝫ recepe
rit cū vino de granatis: vl̓ ſucco berberꝫ: aut agre
ſta vel vino ſtiptico decoctiōis ſumac aut cū aceto
ſitate citri mixtis cū aqua veri frigoris ſecurꝰ erit
ab egritudine peſtilentie ⁊ mortalitatis ſi deus vo
luerit.

Cura egritudinis vel febris peſtilentialis iam
facte eſt vt a ꝑncipio ſi vincens fuerit ſanguis fiat
flebotomia multiplicata in numero. Si vō alij hu
mores fuerint magis vincētes ꝙ̄ ſanguis in ma-
teria febris euacuet̃ ꝑter digeſtionē cū medicinis
ſimplicibus vel cōpoſitis a ꝓpriatis ad humorem
vel humores habundantes vel peccātes in infir-
mitatibus ꝯfortent̃ a medico ⁊ ab ſtantibꝰ infirmi
patiētes peſtilentialē febrem vt viriliter comedāt
maxime ſi appetitꝰ malus ⁊ debilis fuerit: nā plu-
rimi eoꝝ qui viriliter agūt ſuꝑ illud ⁊ violent̃ co-
medunt ter vel quater in die rectificatos cibos ab
ſoluūt ⁊ viuūt. hi vō faciūt ꝯtriū moriunt̃ ⁊ ſpecia
liter ſi ypocūdria tendunt̃ ⁊ multiplicant̃ vigilie ⁊
ꝑmixtio rationis ⁊ calus appetitꝰ nutriant̃ cū mi
ca panis abluta cū aqua veri frigoris ſuper quam
poſt ablutionē addat̃ ſuccus granatoꝝ vel berbe

ris aut agreſta: aut acetoſitas citri aut cū lacte acetoſo: ſeu cū ſucco ordei ſup quē ponat̄ agreſta vel ſuccus acetoſus. Bibat vinū de granatis cū aqua veri frigoris: aut comedat lactucas vel portulacas ſeu ſcariolas cū aceto fortiſſimo ⁊ coctas ⁊ crudas Si virt⁹ incipiet debilitari ⁊ diminui appetit⁹: nutriat̄ cū pullis aſſatis ⁊ carnib⁹ edi aſſatis ⁊ ꝑdicibus ⁊ ſimilib⁹ nutritis ⁊ ꝯfortatis cū acetoſitate citri: ſucco de granatis vl' berberis: vel agreſta: aceto: mirtis ⁊ ſumac: aut fructibus acetoſis: ⁊ bibat cū eis vinū albū odoriferꝫ limphatū cui ſit admixtum quãtuꝫ eſt quintuplū eius aq̄ dulcis veri frigoris. Nullomodo ſubſtineat ſitiꝫ neqꝫ famē ſꝫ bibat aquā frigidam vſqꝫ ad facietatē ⁊ ſpecialiter ſi mēbra nutritiua fuerint abſqꝫ opilatione et aꝑate roret̄ facies cū aq̄ roſata ſepe in die ⁊ pect⁹ ⁊ latera ⁊ fiat emplaſtꝝ ſup pect⁹ cū ſandalis ⁊ roſis ⁊ cãphora mirtis ⁊ incorporatis cū aq̄ roſata et ſterne domos cameras ⁊ lectū cū folijs ſalicis altee: mirtorum neſpiloꝝ ſorbaꝝ ⁊ pomoꝝ acetoſoꝝ ⁊ pirrorum ⁊ citonioꝝ roſaꝝ rubeaꝝ ⁊ vitis ⁊ ſimilia. roret̄ parietes camere ⁊ lecti cū aceto et aq̄ roſa. mixtis. abluat̄ lingua ⁊ mūdificet̄ a ſua aſperitate cuꝫ aceto ⁊ mucillagine pſilij et ſyrupo acetoſo. ſepe ſumat in die ⁊ nocte de trociſcis cãphore cum vino de granatis ⁊ acetoſitate citri ⁊ ſimilib⁹: aut ſumat de diarodon abbatis mixto cū triaſandalo ⁊ bibat poſt illud vinū de granatis vel agreſtã vl' ſuccū berberis cū aq̄ frigida. Nō ſic dies in q̄ medicus nō faciat infirmū aſſellare cū ſuppoſitorio vl' cliſteri aut cū decoctiōe medicine medicãtis materiam peſtilētie. a principio vſqꝫ ad finem ſemp debent fieri medicine ex reubarbaro tamarindis mirobalanis citrinis ⁊ kebulis ⁊ indis confortatis et mixtis vel decoctis cū aq̄ decoctiōis prunoꝝ acetoſorum aut mirtoꝝ aut pomoꝝ acetoſoꝝ. Abſtineat patientes febrē peſtilentie a balneo calido aq̄ dulcis: ⁊ potu aque calide tamqꝫ ab inimico mortali: q: multiplicat peſtilētiaꝫ multiplicãdo calidum accidentale cū humido ⁊ appetitū deicit ⁊ ſpirituꝫ exalare facit: ⁊ cū rarificat per h̄ virtutē debilitat vniuerſalem. Tu nō inuenies aliqd taꝫ vtile ⁊ bonum in curatiōe febris peſtilētialis quēadmodum abſtinere ab vſu aq̄ calide ⁊ ablutiōe eius ⁊ ab vſu brodioꝝ carniū habētiū caliditatē ⁊ humiditateꝫ actu niſi ipſa brodia rectificata fuerint cuꝫ agreſta vino de granatis berberis vel aceto ⁊ ſimilibus. Electuaria ſeu ſyrupi q dant̄ cū aq̄ frigida vtilia ⁊ valde bona ſunt vt triaſandalū ⁊ diarodon abbatis ⁊ zuccharū roſatū ⁊ ſilia. ⁊ h̄ vult Alnã. ⁊ omnes alij. c. de curatiōe huius febris. Si vō infirm⁹ non dormiret ſup timpora ⁊ frontē ponant̄ petie infuſe in ſucco ſolatri ⁊ ſucco ſempuiue ⁊ aq̄ ro. mixtis vel ſucco lactucaꝝ ⁊ folioꝝ papaueris cuꝫ oleo de papauere aut de nenufare ⁊ aliquãtulo aceti. Sumat ſero cū vadit dormituꝫ ſyrupuꝫ de papauere vel de nenufare cū aq̄ veri frigoris q: bonuꝫ erit, poſſet infirm⁹ in fine infirmitatis ponere ſup ſua cibaria aut poſt remiſſionē feruoris de puluere q ſic fit miſcendo ipſuꝫ cum aliquãtulo vel aliquo ex ſuccis acetoſis ſupiusdictis. ℞. cardamomi. ʒ. ſ. cinamomi electi. ʒ. j. galãge. ʒ. j. croci. ℈. j. gariofiloꝝ nuciſmuſ. añ. ʒ. ſ. terant̄ ⁊ cribellent̄: ⁊ eſſet hic puluis etiã ꝯueniens ſup cibaria cū ſuccis acetoſis q vtunt̄ in ꝑuſione ꝓpter defenſionē de quibus facimus ſupius mētionem in principio cure. Halyabas. in comento tegni. c. de reſumptiōe vl' de regimine conualeſcētis ſub verbo. Et iam narraui omnes iſtas res ſicut dixi paulo ante ⁊c̄. dicit ꝙ poſt. G. ⁊ diaſcoridē inuēte ſunt herbe vltimi iuuamēti velocis valoris ſic valoꝝ cãphore ī egritudinibus peſtilētialib⁹ calidis: ⁊ muſcus in egritudinibus peſtilentialibus frigidis: ⁊ multa alia bona ponit in alijs herbis illic ⁊c̄. Et ſpecialiter dicit velocitas faciēdi euadere herbe cuius flos aſſimilat̄ celeſti ⁊ vocat̄ roſtrū porcinū ſeu cicorca ex ꝑūctura ſcorpionū ⁊ ex morſu ſerpentis ⁊ viperarū donec dicit̄ ꝙ qui biberit ex ea aliqd ⁊ mordet ipſuꝫ vipera aut ſerpens aut ſcorpio non ſentiet ꝓpter eas dolorē: et ſi eſſet ex rebus que ſunt deteriores eis vel iſtis rebus ⁊ maligniores: q: ſtat anno vno ꝙ non imprimit in corpus eius venenum ⁊c̄.

Caplm. xxvij. de variolis ⁊ morbilis.

Variole ſunt puſtule

parue rotunde que cōmunites accidūt toti corpori: ⁊ vt plurimū eueniunt pueris ⁊ doloſcētibus ⁊ fiūt a materia mala multiplicata in venis calida ſanguinea putrefacta cū quibus ſemp eſt febris concluſa. Et morbili ſunt puſtule colerice in quãtitate numero ⁊ duritie minores variolis ⁊ maioris timoris niſi ī oculis quia minus accidūt in oculis q̄ꝫ variole et fiunt ex materia ſanguinea mixta cū colera in quapl⁹ multuꝫ habundat colera q̄ꝫ in variolis imo ſm plurimū fiūt maioris ex colera pura: ⁊ ſūt anguſtie doloris ⁊ pūctiōis q̄ꝫ variole ꝑꝑ acuitatē colere: ⁊ variole ſunt maioris grauedinis in dorſo ꝓpter venam magnã extenſam interius ſupra dorſum que eſt ſemp plena ſanguine qui ſanguis fit malus ex materia variolaꝝ ſm plurimuꝫ ⁊ eſt magis calida coꝝ materia ⁊ aduſta q̄ꝫ fit materia variolaꝝ: ⁊ nō accidunt ita morbilli cōmuniter ꝑ totuꝫ corpus vt variole ⁊ ſpecialiter in oculis.

Signa variolaꝝ ⁊ morbilloꝝ ſunt febris acute caliditatis et dolor dorſi ⁊ narrium pruritus ⁊ in ſomno timor ⁊ grauitas capitis ⁊ oculoꝝ rubedo cum pulſatione in timporib⁹ ⁊ fronte ⁊ punctio in toto corpore ſentitur. Et debes hic ſcire ꝙ hec accidētia in morbilo ſunt intēſiora ⁊ magis acuta q̄ꝫ in variolis. Et ſcias ꝙ morbilus vel variole citrine ⁊ dure parue vl' minute vel inuolute ⁊ violacee ⁊ rubee vehementis rubedinis: ⁊ ille que ſunt ambulatiue vt formica: ⁊ ille que faciunt ſupficiē corporis quaſi ſpaſmatam: omnes tã variole q̄ꝫ morbili ſunt male diſpoſitionis ⁊ nature ⁊ ſpecialiter ſi dure vel cū labore egredi videant̄ ⁊ mutari neqꝫ febris neqꝫ eſtuatio ſedant̄ neqꝫ alleuiant̄: ⁊ ſi cū hoc ſincopis ſupuenerit ⁊ tremor cordis eger abſqꝫ dubio morient̄. econtrario ſi febris cito atqꝫ calor ſedaret̄ ⁊ egreſſio variolaꝝ ⁊ maturitas: non erit timenduꝫ de egro qꝛ bene ⁊ cito liberabit̄.

Cura variat̄ modus curatiōis morbillorum ⁊ variolaꝝ ſm diuerſitatē tēporum ipſius infirmitatis: quia alia eſt cura variolarum ⁊ morbilloruꝫ ante q̄ꝫ apparere incipiant: ⁊ alia poſtq̄ꝫ manifeſte apparēt: ⁊ alia cuꝫ incipiunt mutari ⁊ apiri: ⁊ alia quãdo faciunt cruſtas ⁊ eſcaras. Ratione tēporis in quo ſentit dolorē in dorſo ⁊ pruritum in naſo ⁊ alia accidētia ſignificantia futuraꝫ infirmitatē: ſed mundū ipſa infirmitas incipit apparere conuenit vt fiat flebotomia aut ſubtractio ſanguinis cuꝫ vētoſis: ⁊ ſumat micã panis cum ſucco granatoꝝ ⁊ aqua frigida: aut ſumat trociſcos de ſpodio qui ſic fiunt. ℞. roſaꝝ rubearum ſpodij añ. ʒ. v. ſeminis acetoſe. ʒ. ij. ſ. ſumac ſeminis portulace añ. ʒ. j. ſ. balauſtie. ʒ. j. gūmi arabici ʒ. j. opij. grana. ij. cōficiant̄ cuꝫ ſucco berberis vel acetoſe: ⁊ ſit pondus vniuſcuiuſqꝫ. ʒ. j. vel. ij. dantur cū ſucco granatorum aut berberis ſeu agreſta ⁊ ſimilibus: vel ſyrupo de mirtis aut de agreſta ⁊ de aqua frigida: aut ſumat trociſcos camphoratos quos fecimus in cura ethice. Comedat eger ſuccū

farine ordei vel auene aut ſpelte ſeu farri condi/
tum cum lacte amigdalarum ſuper quem. Sem-
per aſpergant ſuccum berberis aut ſuccum gra-
natorum acetoſorum ſeu agreſtam ⁊ his ſimilia.
In potu ſumat aliquem ſuccum iſtorum cum aqua
frigida: aut comedat lentes excorticatas coctas
cum aceto conditas: comedat etiam cibarum fac/
tum ex holeribus frigidis videlicet ex lactucis por
tulacis ſcariolis ⁊ cucurbitis conditum cum lac-
te amigdalaruꝫ ⁊ ſucco aliquo acetoſo ſtiptico nul
lomodo aliud bibat neqꝫ comedat.

Si vero ſtrictus fuerit ſecundum ventrem ſu-
mat in mane aquam decoctionis prunorum: aut
tamarindos cum aqua decoctionis prunorum aut
mãnam: hoc enim regimine aut omnino puſtula-
rum vel variolarum aut morbillorum egreſſio pro
hibebitur: aut ſi quid egreſſum fuerit paruuꝫ erit
poſtqꝫ vero apparere inceperint morbilli vel vario
le nullomodo flebotometur neqꝫ ſanguis ſubtra-
hatur neqꝫ aliquid quod ventreꝫ ſoluat in futuro
detur quod ideo fieri conuenit quia flebotomia
tardat exitum earuꝫ ⁊ materiã earum corruptam
⁊ malam quam natura propter eius malitiã inten
dit expellere ad exteriora repꝛimit ⁊ dat cauſaꝫ vt
currat ⁊ redeat ad interiora ⁊ principalia ⁊ interfi
ciat. Si vero h̄ tempore daretur aliquod ſolutiuũ
vt prepararet materiam variolarum vt ad inteſtina
deriuaretur ⁊ ſic ſolutiuum debile vel forte fieret
cauſa magne ſolutionis ventris diſinterie quod ẽ
ſignum mortale in variolis ⁊ morbillis: ⁊ cum hoc
diſturbamus naturaꝫ ab intenſione propria mun
dificationis materie male per viam conuenienteꝫ
⁊ eſſet talis operatio contra ſermonem. Hypo/
cratis pͥma particula amphoriſmorum vbi dicit.
Quecũqꝫ oportet ducere vndecunqꝫ natura repit
inde ducere oportet per conuenienteꝫ regionem
nullomodo h̄ tempore aliquo oleo tangatur neqꝫ
comedat vnctuoſa neqꝫ bibat vinum: quia oleum
multiplicat eius corruptionem ⁊ febrem maiorem
inducit: ⁊ materiam variolarum ⁊ morbillorum in
flammat ⁊ auget. omnia alia eam acuunt ⁊ faciunt
ipſam maligniorem et magis acutam ⁊ doloroſam
Iterum nullomodo poſtqꝫ inceperint variole ap
parere ſumat infirmus de trociſcis ſpodij neqꝫ cã
phore quia operantur contra illud quod natura
intendit. tempore expulſionis cohoperiatur tem
perate ita ꝙ non ſentiat debilitatem: neqꝫ graue
dinem cuꝫ pãnis vt ſudor prouocetur ⁊ materia ad
cutis ſuperficiem tota leuiter ⁊ ſuauiter ⁊ cito tra
hatur. Sepe in die ſi nauſeam ⁊ tribulationem ⁊
eſtuationem ſenſerit ſumat de aqua que ſic fit. ℞.
ficuum ſiccarum: vue paſſe: lentium excorticata-
rum ſeminis fenugreci: ligni de lacca vel de mir-
tis: aut ſandali rubei añ. ℥. j. piſtentur ⁊ buliant
in. lł. iij. aque donec eius medietas ſit conſumpta
colletur et reponatur: h̄ auteꝫ aqua: vel eius vſus
variolas prouocat ⁊ cito maturat ⁊ appetituꝫ con
fortat ⁊ eſtuationem remouet. Aliud ad idem.
Recipe radicum feniculi ſeminis aniſi petroſili-
ni: ſucci berberis añ. ℥. j. ſandalorum. ℥. s. fic-
cuum ſiccarum paſſularum añ. ℥. iij. piſtentur ⁊ bu
liant in. lł. iij. aque donec meditas ſit conſumpta:
colletur et tota die vel multotiens in die infirmo
tribuatur. Comedat hoc tempore etiam vt ſuperi
us dictum eſt ⁊ bibat aquam decoctionis paſſula
rum ⁊ radicis feniculi ⁊ ſeminis mirti et grano-
rum granatorum vel berberis. Sepe in die ponat
in oculis narribus ⁊ auribus ⁊ gargarizet de a-
qua que ſic fit ne oculis vel auribus aut gula vel
narribus aliqua colligatur vel fiat variola aut
morbillus. Recipe aque roſate. lł. j. ſumat carnoſi
tatis granati añ. ℥. s. piſtentur ⁊ buliant aliquan/
tulum cum aqua roſata colleꝛ ⁊ infrigideꝛ. Ad idẽ
℞. granorum granatorum acetoſorum ſumac vel
berberis añ. ℥. j. buliant in aqua roſata ⁊ collentur
Si teraꝛ anthimoniuꝫ vltima triciõe ⁊ fricetur cũ
ſucco coriandri vel ſucco ſolatri ⁊ poſtea colleꝛ ille
ſuccus cum petia et ponatur in oculis narribus ⁊
auribus: defendit membra illa a malicia variolaꝝ
⁊ morbillorum. Sciẽ hic conuenit ꝙ morbillus vł
variola ſi naſcatur ⁊ augumentetur in oculo auri-
bus vel narribus ꝙ deſtruit operationẽ illius mẽ
bri in quo maturata fuerit. Si vero in gula multi-
plicaretur bene deſtrueret anhelitum aut cibi trã
ſitum ad ſtomachum. Ungantur ſepe nares ⁊ au-
res cum oleo de mirtis vel oleo roſato propter lo
ci defenſionem. Cum vero morbillus ⁊ variole be
ne mature fuerint ⁊ pfecte ad ſupficiem cutis exie
rint ⁊ ſanguis vel virus ex eis emanat aut incipit
emanare. regatur cum dieta ⁊ potibus dictis ſupe
rius niſi fuerit nimis debilis ⁊ tunc ſi nimia debi-
litas. vel ſincopis ſupueniret poſſet comedere car
nes pullorum vel edorum coctas cum lactucis cu-
curbitis ⁊ portulacis endiuijs ⁊ ſimilibus ⁊ condi-
tas cuꝫ aceto vel agreſta aut ſucco berberis vł gra
natorum aut acetoſitate citri vel arancij. Uinũ nul
lomodo bibat ſecundum ꝙ dictum eſt. Locetur h̄
tempore vltime maturationis ad iacendum ſuper
folia ſalicis vt dormiat: aut ſuper folia populi vel
pomorum acetoſorum vel puluerizetur lectus ſu/
us totus ex roſis tritis vel floribus violarum ſic-
cis: vel ex floribus nenufaris bene tritis et mixtis
cum puluere ſandalorum: naꝫ iſta adiuuant ad mũ
dificationem variolarum cum confortatione loco-
rum in quibus fuerint ⁊ variolas exiccant. abſtine
ant ꝑ poſſe a carnibꝰ ⁊ vino vſqꝫ ad horam in qua
febris ⁊ calor ⁊ feruor ⁊ eſtuatio receſſerint et corti
ces qui ſunt ſuper loca variolarum ⁊ morbillorum
qui incipiunt ren ouerı aut remota ſunt: tunc enĩ
bibat vinum debile limphatum multum: ⁊ come-
dat carnes alteratas cum rebus et ſiccis acetoſis
et herbis frigidis vt dictum eſt. Si autem eorum
exiccatio nimis tardaretur tangantur variole cuꝫ
coto vel lana icui infuſa in aq̃ ſalſa. Si vero eſtas
fuerit: fiat ſuffumigium ex ſandalis roſis ⁊ mirtis.
Si vero hyemes locetur infirmus coram igne fa-
cto ex lignis tamariſci vel ſalicis. Tempore vero
exiccationis vel cruſtarum vel eſcararum: vario-
larum ⁊ morbillorum: vngantur cortices fedi ⁊ ſic
ci cum oleo tepido leuiter: vel cum oleo roſato et
oleo de camomilla mixtis et tepidis. et ſepe ablu-
antur membra balnectur totũ corpus in aqua dul
ci tepida vel in aqua dulci decoctionis maluauiſci
vel malue ⁊ florum camomille. poſſet etiam pone-
re plantas pedum in aqua calida dulci ⁊ aquis hal
neorum dictis tempore quo incipiunt apparere et
maturari ſi anguſtiam ⁊ puncturam fecerint mor/
billi ⁊ variole tempore ſupra dicto: quia mollificã
do loca illa remoueret anguſtiam ⁊ traheret ma-
teriam ipſam ad extrema cum velociori matura-
tione. Cum vero cadunt cruſte vel cortices. come-
dat carnes alteratas cum herbis frigidis ⁊ ſuc-
cis acetoſis dictis ⁊. Bibat vinum album valde
limphatum. Si autem ſigna concaua vel feda re-
manent in locis variolarum impinguetur corpus
cum iuribus gallinarum ⁊ carnium conditis cum
vitellis ouorum: aut cum ſuccis factis ex farina in
iuribus carnium ⁊ bibat vinum dulce limphatum
et vtatur ſepe balneis aque dulcis: et ſpecialiter
poſt comeſtionem per longum tempus. Ungan-
tur loca concaua ⁊ feda omni ſero cũre que ſic fit
Recipe litargiri contriti et abluti cum aqua per

nouem vices radicum cannarum ſiccarum: farine riſi: oſſium vetuſtorum: ſeminis. mellonum. farine ciceris granorum fabarum excort. coſti lupinorum excor. añ. ℥. ij. puluerizent̄ optime et cribellentur ⁊ incorporentur ⁊ miſceantur cū mucillagine pſilij ſenugreci ⁊ ſeminis lini: emplaſtrent̄ cum h̄ loca leſa ⁊ cōcaua morbillorum ⁊ variolaruꝫ omni nocte ⁊ in mane abluatur h̄ ⁊ remoueatur cū aqua tepida dulci: aut cum aqua decoctionis fabarum vel rizi ⁊ ſimilium.

Caplm. xxviij. de cognitione longitudinis et breuitatis febris.

e

A autem ex quibus

cognoſcitur breuitas vel longitudo cuiuſlibet egritudinis ſunt ipſa egritudo ⁊ modus afflictionis: ⁊ an ſit cita vł tarda apparitio ſignoruꝫ digeſtionis materie que in ſuperfluitatibus cōſideratur. Ipſa vero egritudo ſup ſeipſam ſignificat vtruꝫ ſit breuis vel longa: quē omnis egritudo que eſt de materia calida breuior ē ꝙ̄ que ē de materia frigida: niſi illa egritudo que eſt de materia frigida ſit fortiſſime leſionis ex nocumento facto in nobili op̄atione mēbri principalis vt eſt apopleſia vel ſpaſmus aut epilepſia: ratione hore acceſſionis vt eſt colica de ventoſitate ⁊ frigida materia cōgregata in inteſtinis: nam tales egritudines nō fiunt breues ꝓpter materiam ſed propter nocumentū accidens in membris que longo tempore leſioneꝫ fortiſſimā ⁊ velocem ſubſtinere nō poſſunt: ⁊ h̄ contingit propter continuā neceſſitatē et nobilitatem operationis mēbri in quo apparet leſio et ſit que operatio neceſſe eſt vt deſtruatur niſi natura infirmitatē vel cauſam eius vincat per ſe aut cū beneficio medicinali: aut neceſſario natura ſuperabitur a morbo ⁊ eius cauſa: propter fortiſſimā ⁊ malā leſioneꝫ accidentalem in nobili operatione quaꝫ natura diu tolerare nō poteſt ⁊ ſic per iſtam viaꝫ egritudo ſit egritudo frigida breuis cum eius materia fuerit pauca ⁊ natura fortis in reſolutione ⁊ expulſione eiuſdem: vt multotiens contingit in colica cui ſuperueniret fluxus ventris in eadē hora ⁊ expulſio ventoſitatis cuꝫ ſonitu ⁊ abſqꝫ ſonitu: ⁊ vt contingit in appopleſia vel ſpaſmo cui ſuperuenit febris ⁊ apparitio emoroydarum. Item non omnis egritudo que eſt parui et debilis nocumenti eſt longa vt effimera ſed illa in qua accidentia contraria ad egritudinem breuem coniungunt̄: longa dicitur. Per modū afflictionis cognoſcitur egritudinis breuitas vel longitudo: naꝫ ſi in breui poſt principium infirmitatis accidentia omni die intendunt̄ et fortiora et maligniora fiunt: ⁊ anticipent reſpectu ſolitorum anticipare et magis durant ꝙ̄ ante conſueuerunt neceſſario breuitatem principij augumenti ⁊ ſtatus ſignificāt: ⁊ ſcḋm h̄ ſignificant totius temporis infirmitatis breuitateꝫ: naꝫ impoſſibile ē vt modus infirmitatis ſic quaſi a principio varietur et infirmitas prolongetur: econtrario in contrarium. Unde. Hypocras quarta particula amphoriſmorum. Quibuſcunqꝫ per oxiſmi fiunt ſi qua hora febris dimiſerit in craſtinū eadem hora accipiat diſcreta. Tempora anni ſignificant breuitatem et longitudineꝫ egritudinis: naꝫ eſtas infirmitates omnes ad bonuꝫ vel ad malum abreuiat: hyemes vero prolongat. Unde. Hypocras particula ſecunda amphoriſmorum eſtiue quartane vt plurimum fiunt breues: autumnales vero longe et maxime que ad hyemeꝫ coniunguntur. Cita apparitio ſignoruꝫ digeſtionis: vel tarda que in ſuperfluitatibus cōſideratur vel apparet ſignificat breuitatem vel longitudinē egritudinis: nam ſi appareant ſigna digeſtionis in vrina egeſtione et ſputo cito poſt principium ſignificant principium fuiſſe breue ⁊ augumentum breue ⁊ ſtatum: et ſic totū tempus infirmitatis breue erit et econtrario. Si ſigna digeſtionis in egritudine ſalutifera multuꝫ tardauerint ab eorum apparitione poſt principiū infirmitatis longam ſignificant infirmitatē. Sed ſi ſigna indigeſtionis omni die augumentantur ⁊ fiunt maligniora cū virtutis debilitate ⁊ malo appetitu: et cuꝫ eis viſa fuerit aliqua ſigna criſis mortem in breui vel longam egritudinem ſignificant ex neceſſitate.

Ea autem que iuuant ad egritudinem abreuiandam ſunt paucitas cibationis ⁊ vſus ciboruꝫ calidorum ⁊ tempora calida: et regiones calide: et vt corpus habeat mollem carnem et paucam ⁊ cutim laxam: et omnia que corpus calefaciunt. Et vehementia incendij febris: et accidentiū ipſius fortitudo et concluſio febris.

Sed corporis durities et tempus frigidum et multitudo cibationis: et multitudo carnis cuꝫ duritie: et paucitas caloris febrilis: et leuitas accidentium: et tarda digeſtio: et vſus rerum frigidaruꝫ prolixitatē febris ſignificant.

Similiter ſpecies febris breuitatem vel longitudinem ſignificant. Nam effimera ſe eſſe breuem ſignificat: quia quartum non pertranſit: terciana quoqꝫ pura decimoquarto non tranſit diem ⁊ ex ſubtilitate et mobilitate materie breueꝫ ſe eſſe ſignificat: vt plurimum remouetur in ſeptimo diebus vel. xi. et eſt valde ſecura.

Notha vel non pura tertiana cuius materia mixta ex flegmati et cuius accidentia mixta ſunt accidentibus flegmatis non eſt bene ſecura. Et adeo ſit manſiua vt plerūqꝫ per quartam partem anni aut medietatem durat. Cum ea enim eſt acuitas et digeſtionis tarditas. Et corruptio viſcerꝫ

Quartana enim longam ſe eſſe ſignificat et eſt valde ſecura et durat ſi non in eius cura fuerit error: aut ad medium annū vel ad annum ad plus ſi pura fuerit. Si vero pura non fuerit vel ceciderit error in eius cura durat vſqꝫ ad annos. xij. vel minus: et iſta propter ſui longitudinē ducit hominē ad ydropiſim: et pura etiā in qua error curationis fuerit multiplicatus.

Flegmatica vero mala eſt et longa et ſuſpecta ad mortem et mortis ſuſpitionem in ſe habens ex eius continua quaſi afflictione et inobedientia materie eius et frigiditate cuꝫ multiplicatione putrefactionis omnes preterea febres que ſunt continue breuiores ſunt interpolatis ſuis excepta ethica que eſt longa: quia calor in ethica cum vehementior fuerit erit magis longa: eo ꝙ calor eius fundatus eſt in ſubiecto duro: et cū difficultate imprimitur et remouetur. Cum vero eius calor debilis fuerit: erit magis breuis: eo ꝙ non ſic profundatur in membris duris.

Febris autem concluſe vehementis caloris et fortis incendij et inflammationis et velocis motus tertiana continua et ſanguinea quas medici continuas egritudines ⁊ febres vocant: decimo quarto diem non tranſeunt: ⁊ ſpecialiter ſi non fuerint in vltimo caloris et incendij cum vero ad vltimum caloris et incendij deuenerint in tertio et quarto die delebuntur. Si vero in medio fuerint in ſeptimo ſinientur. In iſtis febribus timor eſt maximus.

Febris etiā peſtilētiales ſunt breues eo ꝙ ſpiritus

alia multuꝫ in eis leduntur quarū leſionū natura longo tempoꝛe ſubſtinere nō poteſt ꝓpter nocumentū contingens in opatione nobili ⁊ continue neceſſaria ad conſeruationē vite.

Febꝛes autē ꝯpoſite omnes. ſ. de materia cōpoſita ſunt longe omnes ⁊ difficilis curationis.

Caplm. xxviij. de cognitione tēpoꝝ febꝛis.

Tempoꝛa febꝛis ⁊ egritudines cōſiderantur duob⁹ modis videlicet vniuerſaliter ⁊ particulariter vniuerſaliter reſpectu totius tēpoꝛis infirmitatis ſalutifere: q: omnis egritudo de qua quis conualeſcit habet quattuoꝛ tēpoꝛa pꝛincipium: augumentuꝫ: ſtatū: ⁊ declinationē nō ſalutifera aliquādo in augumento acceſſionis interficit: particulariter cōſiderantur tempoꝛa infirmitatis reſpectu cuiuſlibet peroxiſmi vel acceſſionis: quia in quolibet peroxiſmo vel acceſſione ſunt et cōſiderantur iſta quattuoꝛ tempoꝛa particulariter videlicet pꝛincipiū augumentuꝫ: ſtatus ⁊ declinatio pꝛincipiū autē in medicina dicitur tribus modis. ſ. hoꝛa in qua incipit egritudo manifeſte apparere ⁊ ſentiri ab infirmo: ſiue hoꝛa in qua infirmus ſentit manifeſte agitationeꝫ ⁊ alterationē ⁊ conuerſionē a ſanitate ad infirmitatē nō appellatur pꝛincipiū punctum initiale a medico pꝛopter eius inſenſibilitatē: ⁊ eſt ridiculoſum dicere hunc punctū eſſe pꝛincipiuꝫ infirmitatis quo ad medicū: eo ꝙ in ipſo nō repitur aliqua vtilitas q̃tū ad operationē medicinalē: ⁊ ē aliud pꝛincipiuꝫ ꝙ appellatur ſpaciū trium dieꝝ in infirmitatib⁹ habentibus pluſq̃ʒ ſint dies. vij. ⁊ vlti. nam tale pꝛincipium non aſſignat̄ in infirmitatibus que terminant̄ in quarto die vel ante vel circha id. Modo tertio eſt aliud pꝛincipiū infirmitatis ꝙ eſt vna pars ex partibus tempoꝛum vel tempoꝛis totius infirmitatis. Pꝛincipiū autē ꝙ eſt pars totius infirmitatis eſt hoꝛa in qua caloꝛ innatus pꝛefocat̄ a materia ſubmerſa tam diu in membꝛo donec nō apparet maturationi aut diuerſitati eius cōtrarie maturationi veſtigiū. Augumentuꝫ quidem eſt hoꝛa in qua mouet̄ caliditas innata ad reſiſtendū materiei motu manifeſto ⁊ apparent ſigna digeſtionis aut cōtraria digeſtioni. Status eſt hoꝛa in qua vehemens fit pugna inter nāꝫ ⁊ māꝫ apparet victoꝛia vnius eaꝝ ambaꝝ ſup aliam ⁊ eſt hoꝛa pugne ⁊ eius ſpaſmuꝫ in acutis et habentib⁹ poriſmos acutos eſt vnus poriſmus: aut ſecundo peroxiſmi: ⁊ nō poteſt cognoſci niſi ꝑ illuꝫ peroxiſmuꝫ. Declinatio eſt hoꝛa in qua caloꝛ innatus iam dominatur materiei ⁊ vincit eā: ⁊ exiſtit in ſeperatione cognitionis eius rei poſt rem ⁊ tunc aleuiatur caliditas oculti ⁊ expellit̄ ad extremitates donec reſoluit̄ ⁊ multotiens ingroſſat̄ et ſcire quidē cōuenit ꝙ plures febꝛes ꝯplent pꝛincipium augumentū ⁊ ſtatuꝫ in paroxiſmo vno: ⁊ faciunt paroxiſmū aliū declinando. Exiſtimandū ē ꝙ illud q̄ ē plus neceſſariū ad curationē egritudinū acutaꝝ eſt cognoſcere egritudinis ſtatū non n. ē terroꝛ vl̄ dubiū niſi vſq̃ʒ ad h̄ tempus: neq̃ʒ nutricatio vel oꝛdinatio regiminis menſurat̄ niſi ſm̄ h̄ tēpus ⁊ nullomodo moꝛit̄ eger poſt ſtatum niſi ſupuenerit alia egritudo poſt ſtatuꝫ q̄ neceſſario inferat vel ꝑ accidens cū. n. infirmus fuerit valde debilis in fine criſis ⁊ natura rē innaturalē expellit vel deſiderat expellere expellendo rē innaturalem ſecū res caloꝛis naturalis ⁊ ſpiritus tranſit et pꝛopter debilitatē et paucitatē caloꝛis ⁊ ſpirit⁹ q tranſiuit cū re innaturali hoꝛa expulſionis nō potuit caloꝛ ⁊ ſpirtus redire ad coꝛ et radiceꝫ imo in ſuo reditu deficit: ⁊ ſic fit moꝛs per accidens hoꝛa declinationis poſt ſtatū ⁊ ſpecialiter fit talis moꝛs qū homo ī fine criſis fatigat̄ ⁊ turbat̄ ꝑter naturā.

Signa ergo que in ſupfluitatibus. cōſiderant̄ ſi ſemꝑ fuerint vt in pꝛincipio apparuerūt: ⁊ acceſſiones vel paroxiſmi nunq̃ʒ mutant hoꝛā affligendi: neq̃ʒ foꝛtius ſolito affligūt neq̃ʒ longius durat afflictio acceſſiōis q̃ʒ ꝯſueuit ſemꝑ infirmitas in pꝛincipio erit. Si aūt ſigna digeſtionis in ſupfluitatib⁹ incipiant apparere oculte vel manifeſte ⁊ afflictio vel poxiſmi fiant maligniores ⁊ magis acuti ⁊ durant longius ſolito iam augumentū venit: ⁊ tam diu ꝙ ſic fuerint et variatione ⁊ augumēto tali durabit augumentū in omni infirmitate cōtinua ⁊ interpolata. Cū aūt ſigna digeſtiōis apparuerint manifeſte et cōplete in ſuperfluitatib⁹ ⁊ afflictiones ⁊ poxiſmi equales erūt in afflictōe ⁊ durabilitate erit egritudo in ſtatu: poſtq̃ʒ vo ſigna digeſtiōis incepint diminui ⁊ ſupfluitates iaꝫ vident̄ redire ad ſuas naturales cōditiones ⁊ accidentia vel acceſſiōis ⁊ poxiſmi manifeſte vel oculte declinant vere declinatio tūc tēpoꝛis erit. Et dicēdū ē hic ꝙ ſigna digeſtionis ⁊ indigeſtiōis cōſiderata in ſupfluitatib⁹ et materijs ſunt foꝛtioꝛa in ſignificando differētiaꝫ tempoꝝ infirmitatis omnibus alijs ſignis ⁊ ſignificationibus et maxime ſi egritudo fuerit pure materialis ſeu humoꝛalis q̃uis in peſtilentiali vt ſcriptum ē ſupꝛa quodammodo inſtantia reperiatur.

Caplm. xxx. de ſignificationibus bonis ⁊ malis apparentibus in febꝛibus.

Dormire vt eſt cōſuetudo hominis ſani: ⁊ ſentire lenitatē ꝑ ſomnū abſq̃ʒ ſtupefactōe ⁊ mentis turbatione valde bonū ē et vtile q̄dlibet iſtoꝝ pulcritudo coloꝛis egri et ſui motus leuitas ⁊: ꝙ facile egritudinē tolerat ⁊ pulſus foꝛtitudo: et anhelit⁹ bonitas ⁊ intellect⁹ ſtabilitas cū memoꝛia ⁊ virtus appetitiua mala manēs in lecto decēter in modū ſani ſuper aliqd̄ lateꝝ iacere vel ſupꝛa ventrē ſi in cōſuetudine habuerit hec oīa ſunt bona ſigna et laudabilia. Maturitas manifeſte appens in vrina egeſtione ⁊ ſputo et in omnib⁹ ſupfluitatib⁹ cū ꝯtinuatione appitiōis ſup bonitatē ꝑfectā ⁊ ſalutē ⁊ dominiū nature ſup moꝛbū ⁊ eius victoꝛiā ſignificat cū virtus pulſuꝫ faciens ſana fuerit et coꝛpis motus faciles et appetit⁹ comedēdi vel bibēdi foꝛtis neq̃ʒ deſtruit̄ bonū ē: neq̃ʒ pauendū accidētia mala ſi qua apꝑuerint ꝙ ſi cū h̄ materiei digeſtio iaꝫ ꝓceſſerit nullomō ex eis ē timēdū: ſꝫ cōſiderēdū ē ꝙ ipſa accidētia erūt cā criſis ⁊ ꝓcipue ſi in die appuerint q̄ diē creticū ꝓcedit. Signoꝝ virtutes intra ſe cōferēde ſunt iure: videlicet cū alijs vnū nāq̃ʒ ſignū bonū videlicet vt pulſus bon⁹: vel bon⁹ anhelitus vl̄ bon⁹ appetit⁹ aut bōa virtus toti⁹ coꝛpis aut aliqd̄ aliud bonū ſignū cū foꝛte fuerit multis malis ꝓponderat ſignis plerūq̃ʒ ēt in ſignis bōis multa nō bona ſigna cōiungunt̄. De ſignis malis vel ſignoꝝ maloꝝ q̄dā ſunt debilia ſiue nō bona: q̄dā ſunt mala ſiue foꝛtioꝛa alijs q̄dā ſunt moꝛtalia ſiue foꝛtiſſima in ſignificādo malū valde: h. n. oꝛdine ⁊ modo ꝓnoſticatio ex eis aſſumpta verioꝛ ⁊ firmioꝛ erit. Scias ꝙ nihil ē deteri⁹ in īfirmitatib⁹ omnib⁹ ⁊ ſpecialiter in longis q̃ʒ deſtructio appetitus: ⁊ maxime qū infirm⁹ renuerit: ⁊ nauſeauerit ſup ipſum poſt repꝛeſentationē coꝛā eo. Cū facies infirmi multū remota fuerit a diſpoſitōe quā habebat in ſanitate ⁊ fit macra: mala toꝛnatilis: ⁊ ſicca: ſignū h̄ eſt malū niſi h̄ euenerit infirmo ꝑ accidens h̄ ē ex alia cā q̃ʒ ex ꝓpꝛia īfirmitate ſicut ex triſtitia vigilijs ventris fluxu nimia abſtinētia et doloꝛ aut ex aliqua euacuatione ⁊ ſimilibus: tunc n. malitia ſignoꝝ erit minoꝛ ſi ex talib⁹ ꝯtingeret accidētib⁹. ſi facies egri repletōi apꝛopinq̄ re viſa

fuerit malū erit niſi h̄ acciderit ꝓꝑ nimiū potum:
aut cibū ſumptū de nouo tūc.n. eius mala ſignifi
catio erit minoꝛ. Diuerſitas caloꝛis ī coꝛpe febꝛi
citantis recepta ita ꝙ ſ꞉ ventrē ⁊ ypocūdria ſit cali
duꝫ ⁊ ſ꞉m alia mēbꝛa frigiduꝫ ſignū eſt, nō bonuꝫ.
Unde. Hypo. quarta ꝑticula amphoꝛiſmoꝛum.
In deficientibus febꝛibus ſi qua extrema frigida
fuerint ⁊ cetera ⁊ tertia ꝑticula ꝓnoſticoꝛuꝫ vbi
dicit. Et ventris ⁊ laterꝫ caloꝛ magnus ſ꞉ frontis
⁊ extremitatū diſpoſitio frigidioꝛ ⁊ cetera. Cū fa-
cies in coloꝛē extraneū cōuerſa fuerit ꝓꝑ aerē qui
eſt talis nature ꝙ mutat faciē et coꝛpus, paulatim
⁊ qꝛ bono eſt vſus cibis generatiuis humoꝛis qui
eſt talis coloꝛis ſignuꝫ malū erit. Cū vrina fuerit
nigra: ⁊ omnes ſuꝑfluitates que ꝑ os ⁊ inferioꝛa
expellunt̄ nigre fuerint ſignū moꝛtale erit: ⁊ ſi ap
ꝑuerint in febꝛe magni incendij erit adhuc magis
moꝛtale. Cū vrina fuerit viſa in egritudine longa
que erit ſimilis vrine hominis ſani virtute exiſten
te debili moꝛtē in pꝛoximo ſignificat in egritudi-
ne bꝛeuij raptum materie ad caput vel moꝛtem.
Quando in egritudine acuta vrina retinetur. Si-
gnificat criſim aut moꝛtē cū virtutis debilitate: ⁊
anteꝗ̄ ſigna digeſtionis apꝑeant oculte vel mani
feſte moꝛtē: ⁊ ſpecialiter ſi talis retentio in nō die
cretica pꝛimo apꝑuerit cū contrarijs ꝯditionibꝰ
criſi. Quando in egritudinibus acutis anhelitus
erit fetens: ⁊ os etiā ꝓꝑ ꝙ ſit in infirmo ꝑ naturā
aut ante infirmitatē erit ſignū moꝛtale. Frequēs
reuolutio in lecto et ex figura iacendi in figura mu
tatio ⁊ diſcohopire verecūda ex diſcohopertura
quoꝛuꝫ cōſueuit in ſanitate infirmus verecūdari
⁊ ventoſitatū expulſio cū ſonitu ſunt ſigna nō bo-
na: ſignificant.n. egri inquietudinē ⁊ mentis per
turbationē. Quādo facies egri fuerit extenuata ⁊
erunt oculi ꝯcaui ⁊ timpoꝛa plana: ⁊ aures frigide
et citrine ⁊ pulpe eaꝝ cōtracte ⁊ totius faciei cutꝫ
tenſa erit ⁊ coloꝛ faciei ⁊ coꝛpoꝛis aliquādo apꝑue
rit citrinus vel viridis aut niger neꝗ̄ eger paſſus
fuerit ſolutionē aut aliꝗ̄ euacuationē de his q̄ fa-
cere conſueuerunt: ⁊ cū h̄ nō videat neꝗ̄ audiat ⁊
pꝛopter h̄ infirmo viſa fuerint ſigna alia moꝛta-
lia omnia illa moꝛtē demonſtrabunt in bꝛeui. Cū
in febꝛe vnus oculoꝝ puioꝛ ſolito apꝑuerit ⁊ oꝛis
toꝛtura: aut alba oculoꝛuꝫ in ſomno pꝛeter ſolituꝫ
viſa fuerint hec ſigna omnia ꝑnitioſa erūt. Stri-
dere dentibus pꝛeter ſolitum in egritudine acuta
maluꝫ erit: ſpaſmū.n. ſignificat et alienationē vel
maniā. Cū eger faciē a lumie remouerit ⁊ ad tene-
bꝛas fugerit ⁊ oculi inuoluntarie fuerint lachꝛima
tes: neꝗ̄ h̄ acciderit ꝓꝑter fluxuꝫ ſanguinis narrīū
maluꝫ ita ſignificabunt in egritudine acuta. Ru-
bedo in albis oculoꝝ ⁊ vene oculoꝛuꝫ rubee in eis
ſunt ſigna mala in acuta. Cū oculi fuerint ꝯgella-
ti qui nō mouentur et tremuli nō quieſcentes ſed
ex multo tremoꝛe videntur circuire ex ſignis ſunt
moꝛtis. Et ſi pꝛeter h̄ vident̄ egredi ad exterioꝛa
et pꝛofundari: ⁊ lippitudo in eis apꝑaruerit: om-
nia hec ſunt ſigna nō bona in acutis. Quādo eger
aliqd̄ ex lateribus nō quieuerit: ſed ſupinus ſem-
per iacere apꝑaruerit ⁊ ꝓꝑter h̄ ad parteꝫ peduꝫ
deſcendit ſignū eſt moꝛtale. Apoſthema magnuꝫ
in ventre calidū cū vehementi febꝛe eſt ſignū ma
lum: virtue vero exiſtente debili caloꝛe febꝛili re-
manente eſt ſignū ꝑnitioſum. Frigiditas extremi
tatuꝫ in acutis ſignū ē nō bonū: ⁊ quādo frigidi-
tas earū magis augumentat̄ fit maius malū; et ſi
cū h̄ magnus caloꝛ fuerit in ventre et ſitis ē moꝛ-
tale: ⁊ cū h̄ ſi anhelitus fuerit ſpiſſus ⁊ pulſus ſimi
liter cuꝫ virtutis debilitate moꝛs pꝛopinqua erit.
Quando extremitates et vngues mutantur in co
loꝛem nigrū vel liuidū et manus ⁊ pedes ſimiliter

et virtus non fuerit debilis imo ſatis foꝛtis et ap-
paruerint talia in die cretico poſt apparitionē di
geſtionis oculte vel manifeſte h̄ erit bonū ſignuꝫ
ſignificat enim egri euaſionē per viaꝫ mundifica-
tionis ad extrema ꝙ ſi loca illa vlcerent̄ et coꝛꝛum
pantur et fiant putrida non ſunt medicamina re-
percuſſiua et cōfoꝛtatiua locoꝛuꝫ apponenda: naꝫ
talia medicamina faciunt infirmitateꝫ ad interio-
ra redire et egruꝫ interficiunt. Quando rubedo
fuerit circha radices auris et eger cōqueritur de
doloꝛe circha radiceꝫ et fuerit h̄ in freneſi: aut ocu
li in ſquinantia rubere ceperint: aut aliquis locus
pectoꝛis in pleureſi aut apoſthema fuerit ſub aſel
lis aut in mamillis non erit locus aliquis ex locis
dictis et conſimilibus infrigidandus neꝗ̄ cōfoꝛ-
tandus cū rebus frigidis et ſtipticis: ſed empla-
ſtra tēpeꝛate calida apponenda: ⁊ ſuper loca aqua
calida decoctionis floꝛuꝫ camomille et ſimiliū ab
alto diſtillando fundenda erit et ventoſe ſuperpo
nende: ſi materia ad digeſtionē ad moduꝫ ſtupidi
viſa fuerit peruenire: cum h̄ enim eger liberabit̄
ſi deus voluerit. Contractio teſticuloꝛū et virge
in acutis egritudinibus eſt malum et cuꝫ ſpaſmo
et vltima debilitate virtutis eſt moꝛtale. Quando
ſigna criſis apparuerint ante digeſtionē materie
et in die nō cretica neꝗ̄ criſis ſecuta fuerit ſunt ſi-
gnificantia malū. Cum eger in nocte vigilauerit
et die doꝛmierit laboꝛioſe tamen: ⁊ nō ꝯtinue ē ſi-
gnum non bonū: et ſi excitat̄ aliquādo a ſomno
et ſemper debilitas ac ipſius malitia agumentat̄
eſt ſignum pernitioſum. Priuatio digeſtionis cū
remanentia virtutis egritudinis pꝛolixitatē ſigni
ficat: ſed cuꝫ caſu virtutis eſt pernitioſuꝫ. Egritu
dines calide et foꝛtes in ſenibus et in habentibꝰ
complexiones frigidas et tempoꝛibꝰ ⁊ regionibꝰ
frigidis deterioꝛes ſunt ſuis cōtrarijs. Squinan-
tia cū febꝛe foꝛtis caloꝛis pernitioſa eſt. Cuꝫ per-
uenerit cauſoni tremoꝛ ſemel et plures et nō ſuda
uerit eger: ⁊ egritudo nō fuerit aleuiata ſed debi-
litas et diſpoſitionis malitia fuerint augumētate
ſignum eſt pernitioſum. Cum labia contoꝛquen-
tur aut narres vel palpebꝛe aut ſupercilia in acu-
tis poſt multam debilitatē ⁊ poſt amiſſioneꝫ ſen-
ſus eſt ſignum pernitioſum. Tremoꝛ coꝛdis aſſi-
duus in acuta egritudine ſignuꝫ eſt nō bonū: ſimi
liter ⁊ ſingultus: ⁊ ſi cuꝫ h̄ anhelitus fuerit cōſtri-
ctus ⁊ febꝛis caloꝛ augumentatus eſt ſignū ꝑnitio
ſum. Doloꝛ frontis cū acutiſſima febꝛe eſt ſignum
pernitioſuꝫ: ⁊ ſpecialiter ſi fuerit in capite aut au-
re vel ventre. Cuꝫ in coꝛpoꝛe egri fuerit vlcus ci-
trinum aut rubeum aut nigrū ſignū eſt ꝑnitioſuꝫ
Oculoꝛuꝫ cōgellatio quoꝝ palpebꝛe nō palpitant
eſt moꝛtale accidēns. Egritudo in homine ſemꝑ
ſano qui nunꝗ̄ egrotauit timoꝛoſa ē. Cū teſticuli
⁊ virga in acutis pꝛocedunt̄ ⁊ inteſtinū pꝛolapſuꝫ
fuerit ſignū ē ꝑnitioſum. Sanguinē ex narribus
paulatim ⁊ debiliter fluere non eſt bonuꝫ: ⁊ ſi cū h̄
fuerit niger eſt deterius: ⁊ ſi in die cretico contin-
gerit eſt pernitioſum. Quādo apoſthema oꝛit̄ in
aliquo membꝛo aut doloꝛ: ⁊ ſequit̄ poſt ipſaꝫ eſtu
atio et inflāmatio ⁊ ſitis ⁊ inquietudo eſt malū: ⁊ ſi
contingit tremoꝛ coꝛdis cuꝫ eo eſt moꝛtale. Uomi
tus coloꝛis ſicle et fluxus ventris ſimilis eſt malꝰ.
Faciei feditas aut apparens in ea vt pulnis in acu
tis eſt ſignū maluꝫ. Moꝛtuoꝛuꝫ nomina pꝛoferre
eſt ſignum maluꝫ. Quando vomitus aut ventus
in acuta febꝛe multus fuerit eſt ſignum malum: ⁊
ſi fuerit ſecutus ſingultus erit pernitioſuꝫ. Quā
do oculus ſubito fit citrinus aut: niger et eger
ſubito pꝛefocatur ita ꝙ ſaliuam trahicere: non
poteſt eſt ſignum pernitioſum. Sitis vehemens
cuꝫ ſudoꝛe frigido ē ſignum pernitioſum. Anheli

tus frigidus cū caſu virtutis ſignificat egruz ap-
propinquare morti. Cū in lingua puſtule apparu
erint eq̄lis ciceribꝰ in magnitudine ⁊ fuerit fortis
feb. ⁊ acuta eger in p̄ncipio ſequētis diei morietur
Quando vulua frenetici apoſtematur tunc iam
prope mortem eſt. Cum ſudor fluxerit vt ſerpens
eſt mortale. Cum ſpaſmus ſuperuenerit febri acu
te poſt dies aliquos a principio ſignum erit per-
nitioſum. Quando eger rem ſimilem ziniar euo-
muerit ſignum malum erit: et deteriores febres
ſunt incendentes quas iſta committantur acciden
tia. Tremor in principio abſq̧ ſudore qui ipſum
ſequatur: et ſudor paucus: et precipue in capite
⁊ fronte et timor et ſenſuum perturbatio ⁊ extre-
mitatum frigus: ⁊ precipue ſi fricate fuerint non
calefacte: ⁊ vehemētia vigiliaꝝ eſtuatio ⁊ nauſcea
⁊ ſuperficiei corporis frigiditas cū magno incen-
dio in interrioribus ⁊ anhelitus ſpiſſus ⁊ extremi
tatum rubedo ⁊ vrina nigra ⁊ pauca ⁊ viridis ſpiſ
ſa quaſi mel ⁊ ſitis abſq̧ caloris febrilis: quiete de
ſtruitur ⁊ apoſthema in epate ⁊ ſtomacho ortuz et
vrine conſtrictio ⁊ ventris fluxus niger ⁊ viridis
⁊ diſtillatio ſanguinis nigri fluentis ex narribꝰ ⁊
egri reuolutione de vno latere ad aliud: ⁊ ſi ipſius
ſitus diuerſis cōſtat diſpoſitionibꝰ ⁊ ventris in-
flatio: ⁊ in ſtomacho apoſthematis generatio. Et
ſi eger omnibus que inuenit adhereat ⁊ ſuſpēdat
ſe omnia hec malū protendunt. Cum res nigra et
acetoſa ex qua terra ebulit ſup quā cadit de ven-
tre egreditur p̄nitioſa ē: ⁊ ſi fuerit cum virtute de
bili mors iam eſt. propinqua. Quando ex narribꝰ
egri colera diſtillauerit citrina: vel viridis maluz
erit. Cum eger parū ſudauerit: aut ipſius corpus
quaſi humectatū fuerit ⁊ precipue caput ⁊ ceruix:
poſt anhelitū frigiduz mors propinqua eſſe ſigni
ficatur. Sudor in fronte poſt vehementiam labo
ris ⁊ caſum pulſus ⁊ motus eſt mortale: ⁊ ſi caſus
pulſus eſt vehemens mors propinqua eſt. Quan-
do eger pedes vſq̧ ad pectus eleuauerit ſurſum:
deinde retro proiecerit erit ſignum p̄nitioſum.
Quanto febris fuerit adurens fortiter que ſubito
ſe aleuiauerit et calor quieuerit abſq̧ euacuatione
precedēte neq̧ ſunt premiſſa que calorē extinguāt
neq̧ ex permutatione in frigido aere pulſus velo
citer quieuerit ⁊ motus fuerint debilitati ⁊ diſpo
ſitio quieti ſimilis ſupuenerit ſignū eſt ꝙ cito mo
rietur. Cum os contorquetur in frenesi neq̧ inde
eger fit leuior: neq̧ eius ſenſus reddit ad eū ſignū
eſt mortale: ſed ſi cum h̄ leuior ⁊ ad ſuuz reddit ſen
ſum eſt bonuz. Cūq̧ egro ſuperuenerit ycteritia
ex qua ipſius egritudo fuerit nō aleuiata: ſed po-
tius eius malitia augetur ſignū eſt mortale. Om-
nis ſudor qui nō tenet totuz corpus nō eſt bonus
ſimiliter qui ſit in die non cretico: neq̧ eſt talis ex
quo eger aleuictur ē nō bonus. Si autē in die fiat
cretico ⁊ fuerit calidus eſt bonus. Si fuerit frigi-
dus ⁊ paucus: ⁊ fuerit in capite tantū ē mortalis.
Sudor frigidus cū febre acuta pernitioſiſſimus ē.
Quādo poſt ſudorē tremor ſequit̄ ſignū eſt maluz
Cum rigor inciderit febre non deficiente iā debili
exiſtente corpore mortale. Febricitanti ſudor ſup-
ueniens febre non deficiente malum morbus pro
longatur ⁊ humorē plurimū ſignificat verba. Hy
pocratis in ſuis ſecretis. Quando in facie infirmi
fuerit apoſthema cui nō inuenit̄ tactꝰ ⁊ fuerit ma-
nus eius ſiniſtra poita ſup pectus ſuū ſcias ꝙ mo
rietur vſq̧ ad. xxiij. dies: ⁊ p̄cipue quādo in prin-
cipio ſue egritudinis palpat ſepe narres ſuas. Et
quando fuerint in vtriſq̧ genibus infirmi apo-
ſthemata vehementia magna: ſcias ꝙ morieť vſq̧
ad. viij. dies ⁊ precipue quādo in p̄ncipio ſue egri
tudinis ſudauerit ſudore multo. Quādo fuerit ſu-
per venam que eſt ſup ceruicem que generat ſom
num puſtula parua: ⁊ ſuper ipſam ſicut forma pul
ueris tunc ſcias ꝙ ille infirmus morietur in quin-
quageſimo ſecundo die ⁊ ſignum eſt q: in princi-
pio ſue egritudinis ſitiuit multū. Quando fuerit
ſuper linguā puſtula vt eſt muſca canina: aut ſicut
granum penta dactili ꝙ ſimilatur ſemini miraſo-
lis tunc ſcias quod patiens illā moritur in die illo
quo apparuerit talis puſtula: ⁊ ſignum illius ē q:
deſiderat in principio ſue infirmitatis res calidas
in ſuis cibis. Quando fuerit ſuper aliquē digitoꝝ
puſtula parua nigra ſimilis horobo. i. robilio et
dolebit tunc ſcias ꝙ patiens eam morieť in duo-
bus diebus ab egritudine ſua ⁊ ſignū illius eſt: q:
erit in egritudine ſua grauis corporis. Quando
fuerit in police manus ſiniſtre puſtula parua ſimi
lis fabe fuſci coloris vel palidi que nō dolet: tunc
ſcias quod infirmus morietur in ſex diebus a prin
cipio ſue egritudinis ⁊ ſignuz illius eſt quia a prin
cipio ſue egritudinis aſſellabit multis aſſellatio-
nibus. Et quando in digito medio pedis ſiniſtri
fuerit puſtula cuius color eſt color terſionis aurifi-
cis que terſio appellatur embrunice tunc ſcias ꝙ
habens eā morietur in. xii. die a principio ſue in-
firmitatis: ⁊ ſignū illius eſt quia deſiderat in prin
cipio ſue egritudinis res acrimoniā habentes de
ſiderio vehementi. Cū fuerint vngues digitoruz
fuſci vel pallidi coloris ⁊ in fronte puſtula ſangui
nea: tunc ſcias ꝙ habens eā morieť in quarto die
a principio ſue egritudinis: ⁊ ſignuz illius eſt quia
erit multe ſternutationis in principio inceptionis
ſue egritudinis ⁊ multaꝝ oſcitationū. Et quando
fuerit in pollicibus duoruz pedū pruritus vehe-
mens: ⁊ fuerit color ceruicis fuſcus valde tūc ſcias
quod habens illud morietur in quinto egritudi-
nis ſue ante occaſum ſolis. Et ſignū illius eſt quia
mingit in principio inceptionis ſue egritudinis
vrinam multū exuberantez. Quando fuerint ſup
palpebras infirmi tres puſtule quarū vna ſit ni-
gra alia fuſci vel pallidi coloris: ⁊ tertia ad ſub al-
bedinem decliuis: tunc ſcias ꝙ habens eā morie-
tur in die. xxvij. a p̄cipio ſue egritudinis ⁊ ſignū
illius eſt quia erit in principio ſue egritudinis ſpu
ti multi. Quando fuerit ſuper palpebrā illius ocu
lorum puſtula ſicut auelana leuis fuſci coloris tunc
ſcias ꝙ habens eā morieť in duobus diebus egri
tudinis ſue: ⁊ ſignuz illius eſt quia in principio in-
ceptionis ſue egritudinis dormiet ſomnū multuz
grauē. Quando currit ex narribus ſanguis tra-
hens ad ſub albedinem vel ruffedinē: et apparet
in manu eiꝰ dextra puſtula alba que nō dolet tūc
ſcias ꝙ habens eaz morietur in. xiij. die a princi-
pio ſue inceptionis egritudinis: ⁊ ſignuz illius eſt
quia nō deſiderat cibū omnino. Quando appare-
bit in coxa ſiniſtra infirmi rubedo vehemens que
nō dolet tunc ſcias ꝙ habens eaz morieť in. xxv.
die egritudinis ſue: ⁊ ſignuz illius eſt q: in princi-
pio inceptionis ſue infirmitatis inuenit pruritum
vehementē ⁊ deſiderat comedere olera. Quando
fuerit poſt aurē ſiniſtraz puſtula nigra: ⁊ tunc ſci-
as ꝙ habens eam morieť in vigeſimoquarto: die
egritudinis ſue: ⁊ ſignuz illius eſt quia deſiderat
in principio ſue egritudinis potare aquā frigidaz
deſiderio vehementi. Quando poſt aurez ſiniſtrā
vel retro fuerit puſtula dura vel grauis alba ſimi
lis frumento tunc ſcias ꝙ habēs eā morieť in die
xx. a p̄ncipio ſue egritudinis in illa hora in qua ap
paruerat puſtula ⁊ ſignū illius ē q: mingit a p̄ncipio
ſue egritudinis vrinā multā. Quādo fuerit poſt au
rē dextrā puſtula rubea calida ſil's cōbuſtiōi ignis
tūc ſcias ꝙ habens eā morieť in. vij. die a p̄ncipio
ſue egritudinis: ⁊ ſignuz illius ē q: in p̄ncipio ſue

egritudinis vomit vomitu multo. Quādo fuerit ſub mento puſtula rubea in magnitudine fabe: egiptiace ſcias ꝙ habens eā morieť in quadrageſſimo ſecūdo die ab inceptione ſue egritudinis. Et ſignū illius ē q: exſpuit in ꝑncipio ſue egritudinis ſputū multū. Et accidit in principio quibuſdā hominibus dolor in pelle ē cohopit caput virge: cū ergo accidit illud alicui deinde apparet in cubito. i. iūctura illa puſtula fuſci coloris tūc ſcias ꝙ morieť in die quinto ſue egritudinis: ⁊ ſignū illius ē q: deſiderat in ꝑncipio ſue egritudinis bibere vinū. Quādo fuerit ſuꝑ latus dextrū puſtula nō dolens fuſci coloris tūc ſcias ꝙ habens eā morieť nono die ſue egritudinis ante ortū ſolis. Et ſignū illiꝰ ē q: erit in egritudine ſua multaꝝ excitationū. Quādo fuerit in titilico ſiniſtro. i. ſub aſella puſtula fuſci coloris in magnitudine citonij tūc ſcias ꝙ habens eā morieť in quintodecimo die egritudīs ſue ⁊ ſignū illius ē q: accidit in inceptione ſue egritudinis ſomnus multus ⁊ grauis. Quādo fuerint ſuꝑ calcaneū puſtule multe nigre tūc ſcias ꝙ infirmus morieť in. xxiij. die a principio ſue egritudīs ⁊ ſignū huius ē q: deſiderat a principio ſue infirmitatis aerē frigidū: ⁊ cibos frigidos deſiderio vehemēti. Quādo fuerit ſuꝑ pectus ſiniſtrū puſtula ſubalbida tunc ſcias ꝙ habens eā morieť in die quarto ſue egritudinis Et ſignū illius ē q: accidit in inceptione ſue egritudinis pruritus vehemens in oculis ſuis ⁊ nō ſufficit ſcalpere eos. Quādo fuerit in medio capitis puſtula ſicut nux nigra lenis que nō dolet tunc ſcias ꝙ habens eā morieť in die xl. ſue egritudinis ⁊ ſignū illius ē q: accidit a principio ſue egritudinis deſideriū mellonis ⁊ exuberatio vrine. Quādo fuerit ſub cute puſtula ⁊ in palpebra oculi ſiniſtri inferiori puſtula etiā alba tunc ſcias ꝙ patiens eas morieť in. xl. die ſue egritudinis ⁊ ſignū illius eſt q: accidit ei in inceptione ſue egritudines deſideriū rerū dulciū.

Caplm. xxxi. de cognitione digeſtionis ⁊ indigeſtionis humoꝝ in febre.

h

bõbaci carminato ꝑgnationẽ ſignificant. Reſolu
tiones ſpermatice cũ in vꝛinis apparuerint diuul
ſe ꝑ coꝛpꝰ vꝛine habẽtes figurã longã ⁊ rotũdaꝫ ⁊
que ſunt albi coloꝛis ſignificãt coitũ factũ de no-
uo naturalẽ vel nõ naturalẽ: aut emiſſionẽ ſꝑmatꝫ
in ſomno aut emiſſionẽ ſꝑmatis inuolũtariã ſicut
in gonoꝛea: aut paraleſim virge ⁊ teſticuloꝝ ⁊ debi
litatẽ virtutis retẽtiue ſꝑmatis in teſticuloꝝ ⁊ mẽ
bꝛo generatiuis ſignificãt. Reſolutiones cũ appa
rent in vꝛina ſimiles cineri ⁊ pulueri ſignificãt ſi-
cos ⁊ cõdilomata ⁊ emoꝛoydas ⁊ vitiũ ſplenis ⁊ re
tentionẽ mẽſtruoꝝ ⁊ habũdantiã melãcolie ⁊ egri
tudinẽ melãcolicã. nã tales ſuꝑfluitates decidũt̃
a materia melancolica que de ꝓpꝛietate facit tales
egritudines. vnde cuꝫ materia melãcolica ſit talis
coloꝛis ⁊ ſubſtãtie ſignificãt tales egritudines ꝓ-
uenientes a tali materia. Ypoſtaſis eſt quodã ꝯten
tuꝫ vꝛine ⁊ eſt ſuꝑfluitas tertie digeſtionis q̃ ſeꝑa
tur ab humiditate ⁊ humoꝛibꝰ q ꝯuertunt̃ in hu-
miditates mẽbroꝝ que in ſanoꝝ vꝛinis nõ videt̃ eo
ꝙ natura reſoluit eos in fumos ⁊ vapoꝛes. In vꝛi
nis vero infirmoꝝ videt̃ eo ꝙ natura illas ſuꝑflui
tates reſoluere nõ poteſt: ſꝫ cũ eſt potẽs digerere
humoꝛes in venis expellit venatiꝫ eãdeꝫ ſuꝑflui-
tatẽ ad epar ꝑ eaſdeꝫ vias ꝑ quas humoꝛes cucurre
runt ad mẽbꝛa ⁊ in epate ⁊ miſcent̃ cũ vꝛina ⁊ extra
expellunt̃. Ypoſteſis q̃daꝫ appellat̃ naturalis que
dam nõ naturalis. Naturalis dicit̃ in qua circun
ſtantie ⁊ differẽtie reꝑiunt̃ q̃ ſunt. v. quaꝝ p̃ma ẽ
vt reſideat in fũdo eo ꝙ deriuet̃ a mẽbꝛis haben-
tibus grauitatẽ ⁊ ſꝫ hãc grauitatẽ habere ꝯuenit
q̃ ſignificat ꝙ natura nõ impedit̃ ab infirmitate in
ſuis actiõibꝰ quin det vnicuiqꝫ qḋ ſuũ eſt .ſ. locũ ⁊
alia ſecũda vt in ſubſtãtia ſua ꝯtinuitatẽ partiũ ha
beat qḋ ſignificat vniformẽ actionẽ nature vt i ipa
⁊ humiditatibꝰ ⁊ humoꝛibꝰ in qbus ſeꝑata fuerit.
tertia eſt vt habeat figurã pineatã q̃ ſignificat no
bileꝫ ⁊ ꝑfectã actionẽ nature in ipſa ⁊ digeſtiõe cu
ius eſt ſuꝑfluitas: eo ꝙ vnicuiqꝫ parti dedit in cõ-
poſito ꝓpꝛiã cõpoſitionẽ. videlicet partibꝰ terreis
⁊ groſſis ⁊ grauibꝰ inferioꝛẽ locũ: aereis et igneis
in ipſa ypoſteſi locũ ſuꝑioꝛẽ: et ſic ipſa ypoſteſis ex
h̃ acqſiuit acuitatẽ in parte ſuꝑioꝛi ⁊ groſſiciẽ ⁊ la-
titudinẽ in iferioꝛi: ⁊ ꝑ iſtã viã habuit formã pinea
tam. quarta eſt vt ſit albi coloꝛis: nã tũc ſignifica
ꝙ natura in tertia digeſtiõe aſſimiliat mẽbꝛis per
viã digeſtiõis eoꝝ nutrimẽtum q̃ ſunt alba: ⁊ ex h̃
ſuꝑfluitas illius nutrimẽti albedineꝫ acqrit in ſua
mutatiõe. v. eſt vt ꝯtinuet̃ aparitio in tꝑe vſqꝫ ad
finẽ q̃ ſignificat ꝙ natura in ſuis actionibꝰ nõ im-
pedit̃ qn ꝯtinue poſtq̃ꝫ incepit faciat qḋ ſuũ ẽ. cuꝫ
n. talis ſuꝑfluitas incepit in vꝛinis apparer̃ cũ dif
ferentijs dictꝫ: ꝑfectã digeſtionẽ in venis ⁊ in mẽ
bꝛis oibꝰ ⁊ victoꝛiã nature ſuꝑ materiã moꝛbi ⁊ ſic
ſalutẽ denuntiat ex neceſſitate futurã. Ypoſtaſis
vo nõ naturalis appellat̃ qñ peccat in vna differẽ-
tiaꝝ vl' pluribꝰ. verbigratia qñ peccat in coloꝛe qꝛ
ſit nigra ⁊ reſidẽs in fũdo ſignificat ꝙ nã deficit i
ſuis ꝓpꝛijs locis ⁊ deſtruit̃ ꝑ h̃ ſignificat extinctio-
neꝫ caloꝛis naturalis ⁊ moꝛtẽ. qñ vo non obſeruet
tẽpus. ſ. ꝯtinuationẽ ſue apparitiõis ſignificat ꝙ
natura interpolat' in ſuis actiõibꝰ ⁊ ꝑ h̃ debilitatẽ
nature ⁊ impedimẽtuꝫ in mẽbꝛis notat: ⁊ malitiã
materie ad reſiſtenduꝫ oꝑationibus naturalibus.
Quãdo vo ypoſteſis peccauerit in ꝯtinuatiõe ſub-
ſtãtie ⁊ forma: ⁊ ꝙ nõ reſidet in fũdo ſignificat de
bilitatẽ nature q̃ nõ poteſt reſoluere fumos ⁊ va-
poꝛes ⁊ vẽtoſitatẽ q̃ diſſoluit ꝯtinuationẽ ſubſtã-
tie ⁊ eleuat ipſaꝫ ypoſtaſiꝫ a loco in quo reſidẽtiaꝫ
habere dꝫ ꝑ naturã vt dictũ ẽ ſupꝛa: ⁊ cũ h̃ ſignifi
cat malitiã materie quã natura vincẽ nõ poteſt ꝑ-
fecte: ⁊ longã infirmitatẽ ⁊ male terminabilẽ. Ua
riat̃ iteꝝ vꝛine ſignificatio ꝑ etatẽ: nã vꝛina in pue
ris diſcoloꝛata ⁊ ſpiſſa eſſe debet qbꝰ ꝓpter gulo-
ſitatẽ ⁊ humiditatẽ multiplicatã in eis. humiditas
eniꝫ obtũdit caloꝛẽ ⁊ inſpiſſat ſuꝑfluitates: ſꝫ ra-
tione virginitatis ⁊ in virginitate vꝛina liuida vi-
det̃ ⁊ nõ ſerena vel clara ⁊ h̃ eſt ꝓpter ꝯgregatio-
nẽ ſuꝑfluitatũ q̃ debẽt purgari ꝑ coitũ: ſꝫ in eis q̃
coitu vtunt̃ dũmodo ſane ſint non ſunt liuide imo
ſerene ex cauſa ꝯria. In iuuẽtute vꝛina ſit coloꝛata
⁊ tenuis mediocriter bonitate caloꝛis naturalis ꝑ
ficientis digeſtionẽ ⁊ dãtis vnicuiqꝫ ꝙ ſuuꝫ ẽ. In
ſenectute cũ caloꝛ iaꝫ incipit minui ſit pallida ⁊ te-
nuis quodãmodo cũ ſuꝑfluitatibꝰ q̃ ſeꝑant̃ a mẽ-
bꝛis ⁊ humoꝛibꝰ q nõ rectificant̃. In ſenio ſit diſ-
coloꝛata ⁊ tenuis ꝑ naturã ex dominio frigiditatꝫ
cũ ſiccitate naturali: ⁊ reſolutiões apparẽt manife
ſte in ea que a mẽbꝛis reſoluunt̃ ex humoꝛibꝰ adu
ſtis qui inducũt pꝛuritũ naturalẽ. In decrepitꝫ vo
ꝑ accidẽs vꝛine eoꝛũ qui ſunt in ſeio ſpiſſe ſiũt ꝓꝑ
humiditatẽ multiplicatã in mẽbꝛis ⁊ epate ꝑ viam
indigeſtiõis que miſcent̃ in vꝛina ⁊ ipſaꝫ rubificãt
⁊ iſpiſſant. Per ſexũ vꝛina etiã variat̃. nã vꝛina vi
ri videt̃ coloꝛatioꝛ ⁊ magis digeſta naturaliter q̃ꝫ
vꝛia mulieris. vꝛina mulieris magis ſpiſſa ẽ ⁊ tur
bida ⁊ athomoſa q̃ꝫ viri quãuis ꝑ accidens h̃ ꝯdr
aliquãdo variet̃ ꝓpt̃ purgationẽ vꝛina dꝫ in mu-
lieribꝰ variari: qꝛ ꝑgnãtis p̃mo mẽſe ⁊ ſecũdo ſpiſ
ſa ⁊ turbida videt̃: ⁊ in eius fũdo ⁊ ꝑ coꝛpus vꝛine
ſunt reſolutiones albe in modũ bombicis carmi-
nati. iij. iiij. ⁊. v. mẽſibꝰ ſit vꝛina magis clara ⁊ ſe-
rena ⁊ cũ minoꝛibꝰ reſolutionibꝰ ⁊ minꝰ in quãti-
tate qꝛ frequẽtius mingit ex grauedine matricis
ad veſicã. Secũdũ tẽpus ẽt variat̃ vꝛina qꝛ tempꝰ
calidũ calefacit coꝑoꝛa ⁊ humoꝛes: ⁊ frigidũ infir-
mat. vnde coloꝛat̃ vꝛina vel diſcoloꝛat̃ multiplica
tur vl' diminuit̃. eſtas minuit vꝛinã ⁊ hyemes mul
tiplicat: ꝑ accidẽs vo tp̃s mutat vꝛinã in ꝯriũ ſue
nature. Cõplexio mutat vꝛinã: qꝛ ꝯº calida tingit
vꝛinã. frigida nõ tingit: ſicca inducit tenuitatẽ. hu
mida ſpiſſitudineꝫ. ⁊ ſm̃ h̃ colicꝰ facit vꝛinã coloꝛa-
tam ⁊ tenuẽ: ſanguineꝰ coloꝛatã ⁊. ſpiſſaꝫ: melãco
licus diſcoloꝛatã ⁊ tenuẽ: flegmaticꝰ diſcoloꝛatã et
ſpiſſaꝫ. Uariat̃ ſm̃ habitudinẽ vꝛina etiã: qꝛ habi
tudo ſicca vꝛinã attenuat: humida eã ſpiſſa reddit.
Repletio ⁊ inanitio variãt vꝛinã: nã inanitio vꝛi-

naȝ minuit in quãtitate ⁊ addit in colorẽ eiuſdẽ ru
bificãdo: ecõtrario repletio opat. Qualitate cibi ⁊
potꝰ ⁊ quãtitate variat vrina in ſubſtãtia ⁊ colore:
naȝ cibꝰ calidis tingit vrinã ⁊ ſiccꝰ attenuat: humi
dus inſpiſſat frigidus võ nõ tingit vrinã. Iterum
multiplicatio potꝰ vrinã multiplicat: ⁊ paucitas vri
ne minuit quãtitatẽ. Motu ⁊ qete fit vrine varia-
tio p ſe ⁊ p accidẽs p ſc vt motꝰ mltiplicãdo calorẽ
⁊ ꝯfortãdo digeſtionẽ vrinã tingit: ⁊ facit ſm ſub
ſtantiaȝ eã mediocrẽ: ſȝ deſtruẽdo ⁊ cõſumẽdo hu
miditatẽ ſubſtãtialẽ extiguit calorẽ ⁊ ĩ frigidat cor
pus ⁊ fit vrina diſcolorata ⁊ tenuis. Quies debi-
lis ⁊ in pncipio ꝯgregãdo calorẽ intra p accidens
tingit vrinã: ſȝ cũ lõga fuerit cõgregãdo humidi-
tatẽ obtũdit calorẽ ⁊ facit dirrecte vrinã diſcolora
taȝ ⁊ ſpiſſaȝ: q: flegma multiplicat. Somno ⁊ vigi
lijs vrina variat: nã ſomnꝰ in pncipio tingit vrinã
⁊ ſi nõ fuerit nimis longus reddit ipſaȝ digeſtam
Si võ longꝰ fuerit ⁊ ſupfluus facit vrinã diſcolo-
rataȝ ⁊ ſpiſſaȝ vigilie multiplicãdo calorẽ ⁊ mino-
rãdo ſupfluitates in pncipio vrinã tingũt ⁊ faciũt
ipſaȝ mediocrẽ in ſubſtãtia: ſȝ finaliter conſumãdo
corpꝰ attenuat vrinã ⁊ faciũt ipſaȝ diſcoloratã. Ac
cidẽtia animi diſponũt vrinã q̃ ante reuocant ĩ pn
cipio ad interiora vt triſtitia ſolicitudo ⁊ nimia co
gitatio ⁊ ſimilia: in pncipio tingũt ea: ſed finaliter
deſtruẽdo digeſtionẽ in ſtomacho ⁊ epate diſcolo
rare habẽt vrinã ⁊ reddere eã melãcolicaȝ ⁊ tenuẽ
Gaudiũ võ ⁊ letitie ꝯfortãdo calorẽ ⁊ equãdo com
plexionẽ: virtutẽ digeſtiuaȝ in epate ⁊ nutritiuis
ꝯfortãt ⁊ ſic reddit vrinã bene coloratã ⁊ mediocri
ter ſpiſſaȝ ⁊ naturalẽ. Per horã viſionis ſignifi-
catio vrine variat. Quidã voluerũt ꝙ vrina poſt-
q̃ eſt facta p. vj. horas debeat videri: ſȝ nõ eſt ve-
ruȝ q: turbat eiꝰ ſubſtãtia ⁊ mutat eiꝰ color ab eo
qd fuit ante ⁊ falſificat eiꝰ ſignificatio quãuis ali-
quãdo vrina nõ turbaret p morã acqrit diſpoſitio
neȝ ab aere extriſeco ⁊ eiꝰ calor extiguit a quo erat
rectificata ita ꝙ nõ ſeruet verã ſignificationẽ: ⁊ p
h voluerũt omnes philoſophi ꝙ vrina nõ ẽ viden
da niſi vſq ad horã vnã poſtq̃ factã eſt viſio in illa
hora videnda ẽ ĩ ptes tres h modo ſtatiȝ cũ micta
eſt dȝ videri ⁊ in medio hore ⁊ in fine hore: nã h tẽ
pore acqrit omnes varietates cũ qbꝰ medicꝰ recti
ficat eiꝰ ſignificationẽ ⁊ q̃ ſunt ydonee ad ꝯſiderã
duȝ eiꝰ ſignificationẽ. Iteȝ p horas voluũt deter-
minare de loco ⁊ vaſe in quo vidẽdaȝ eſt. Vas dȝ
eſſe de vitreo vel criſtallo mũdo claro lucido ⁊ de-
bet habere formã ve. ⁊ dȝ videri in loco claro vbi
ſol ſuos radios nõ emittat: q: diſgregãdo viſuȝ ⁊
attenuãdo colorẽ vrĩe variaret eiꝰ ſignificatio iteȝ
nõ dȝ eſſe multũ lõginqua a viſu aſpiciẽtis nec ni
mis ꝓpinqua q: quãtũ magis a propinquat ad vi-
ſuȝ tãto ſpiſſior videt: ⁊ quãto magis elõgat a vi-
ſu tãto clarior videt: ⁊ h eſt ꝓpter ſupfluitates q̃ ĩ
ipſa ſunt q̃ cũ ſubſtãtia vrine nõ vniunt ſȝ natãt p
ipſaȝ. In alijs liquoribꝰ repiet ꝯtriũ ſm plurimuȝ
Omne balneũ eo ꝙ trahit ſupfluitates ad cutĩ vri
naȝ attenuat: ſȝ q: balneuȝ aliud aq̃ ẽ dulc: aliud ẽ
ſulfureũ: aliud eſt eneũ aliud ẽ gipſeũ: color vrine
variat ſm naturã balnei: nã balneũ dulce nõ mul
tum tingit vrinã ſulfureũ ⁊ alia ſic: ⁊ plus attenuãt
vrinã q̃ꝫ balneũ dulce. Vnctiones emplaſtra ⁊ me
dicine q̃ ore ſumunt vrinã variãt nam medicine q̃
ore ſumunt ſm eaꝝ cõplexionẽ ſubſtãtiaȝ ⁊ colorẽ
vrine tigũt: q: ſi ſunt ſubſtãtie eaꝝ crocee vl nigre
aut virides ſeu alterꝰ coloris variãt vrinã penes
eaꝝ colores: ⁊ ſi ſunt calide vel frigide addũt in co
loreȝ vel minuunt ſȝ ꝙ eaꝝ ꝯplexio cõſtat: ſi vero
ſicce vel humide fuerint mutãt ſubſtãtiaȝ vrine ſȝ
ſpiſſitudinẽ vel tenuitatẽ. Empiaſtra vel vnctio-
nes calida vel frigida: frigida diſcolorare habent
vrinaȝ ⁊ calida colorare. ſȝ p accidẽs frigida cõgre
gando pma facie addunt in colorem ſupfluitatũ: fi
naliter extinguũt calorẽ ⁊ de albant vrinã q: faci-
unt finaliter qd ſuũ eſt p nãȝ. calida võ addunt in
colorẽ finaliter: ⁊ pma facie p viam naturalẽ eo ꝙ
calidũ ſemp naturaliter calefacit ⁊ addit in colorẽ

Caplm. xxxvj. de ſignificationibꝰ egeſtionum.

Sicut vrina eſt generalis ſu
perfluitas dige
ſtionis ſecũde ⁊ ſignificat ſup egritu-
dines epis ⁊ venaꝝ: ⁊ p ꝯſequẽs ſuper
egritudines totiꝰ corporis ita egeſtio ẽ
generalis ſupfluitas digeſtionis prime ⁊ ſignifi-
cat ſup egritudines inteſtinoꝝ ⁊ ſtomachi ⁊ p ꝯſe
quẽs ſup egritudines totiꝰ corporis cũ inteſtina ⁊
ſtomachꝰ recipiant omnes ſupfluitates a toto cor
pore mediantibꝰ meſaraicis. Egeſtionũ alia ẽ bo-
na ⁊ naturalis: alia eſt q̃ nõ eſt bona ſed elongata
naturali ⁊ bona. Egeſtio naturalis ⁊ bona eſt illa
que nõ peccat in ſubſtãtia neq quantitate neq nu
mero neq qualitate ⁊ que expellit hora vel horis
ꝯſuetis. dicit ꝙ egeſtio nõ peccat in ſubſtantia qñ
nõ eſt liqda vt fluat: neq exiccata vt materia lapi-
dis ſȝ eſt mediocris ſubſtãtie. qñ vero ẽ penes quã
titatẽ aſſumptoꝝ tũc nõ peccat in quãtitate. quan
do emittit ſemł aut bis aut ter in die et ſpecialiter
quãdo homo ſurgit vel in aurora aut ſm horaȝ vel
horas cõſuetas nullomodo in numero peccat. Cũ
vero eiꝰ color fuerit citrinꝰ vel vergẽs ad citrini-
tateȝ dicit obſeruare q̃litatẽ vel colorẽ naturaleȝ
⁊ odorẽ cũ nõ fetet plus ſolito: ⁊ ꝙ nõ vrit in exitu
vltra ꝯſuetudinẽ. Color eiꝰ naturalis dȝ eſſe citri
nus q: naturaliter ⁊ ingenio naturali colera man
dat a kiſti fellis ad inteſtina vt pungat muſculos
qbus virtꝰ expulſiua pficit ſuaȝ opationem in ex-
pellẽdo ſupfluitates cũ grauat inteſtina ab eis et
vt viſcoſitatẽ ſupfluitatuȝ q̃ earũ impediret expul
ſioneȝ ⁊ ſuo colore citrino cũ ſupfluitatibꝰ eas tin-
gat. Cuȝ eniȝ egeſtio talis cũ talibꝰ ꝯdictionibus
fuerit viſa in aliquo homine ſano vel infirmo ſani
tateȝ vel bonitatẽ ſup inteſtina ⁊ ſtomachũ ⁊ om-
nia nutritiua ſignificat: ⁊ p ꝯſequẽs ſup totũ cor-
pus ẽt ſignificat q: nihil mali ad inteſtina vel ſto-
machuȝ a mẽbris neq epate ꝙ poſſit mãdari ſi in
epate ⁊ mẽbris ꝯtineret cũ inteſtina ⁊ ſtomachus
ꝯtinent vel maximaȝ affinitatẽ habẽt cuȝ epate ⁊
omnibꝰ mẽbris mediantibꝰ meſaraicis: ⁊ ſupflui-
tates recipiãt ab epate ⁊ mẽbris ipſis meſaraicis
mediantibꝰ vt ẽ notu ſtudẽtibꝰ in anothomijs phi
loſophoꝝ: ⁊ ſi infirmꝰ nõ habuerit plenũ vẽtrẽ ſu
perfluitatibꝰ ſȝ vacuũ ⁊ tractabilẽ ⁊ ſpiſſuȝ carno
ſum ⁊ nõ extenuatũ ſic vel aridũ erit eiꝰ ſignificatõ
melior ⁊ nobilior ſup ſanitatẽ vniuerſalẽ. Nõ na-
turalis ⁊ que egreſſa a diſpoſitõe naturali eſt liq-
da que ſit abſq ſonitu vẽtoſo ſignificat ꝙ natura
expellit ſupfluitates nõ ꝯuenietes ad nutrimẽtuȝ
pter ꝙ impediat a morbo ⁊ digeſtione. ⁊ ſignũ hu
ius ẽ q: exit egeſtio abſq ſonitu ⁊ cũ ordie quãuis
fiat liqda p viaȝ indigeſtionis aut expulſionẽ ma-
terie que ẽ cauſa infirmitatis ad inteſtina ⁊ ſtoma
chuȝ: ⁊ cũ h infirmꝰ aleuiat p h aut infirmitas de-
ficit ſm ſſum vel ꝯſiderationẽ tamẽ in eo ꝙ liqda
eſt nõ ꝯſonãs nature: ⁊ ſignificat ꝙ natura labo-
rat ꝯ aliquã cauſaȝ quã vincit vel vince põt que ẽ
nõ naturalis ⁊ mala: ⁊ ſm h talis egeſtio nõ natu-
ralis eſt quãuis bona iudicari poſſit pp ſua conſe
quẽtia. Si võ talis egeſtio q̃ liqda eſt p induſtriaȝ
ne mũdificãtis ſupfluitates nõ ꝯuenietes ad nu-
trimẽtuȝ imo q̃ ſunt cauſe infirmitates pſentis cõ
dempſaret in aliq̃ die cretica ſignificaret tũc do-
minuȝ ne ſup infirmitatẽ ⁊ q: nutritiua omnia vȝ
epar ⁊ ſplen ſtomachus ⁊ inteſtina eſſent ſana ⁊ ꝙ

ſuis actionibꝰ regerent̃ a natura ⁊ nõ a morbo vel
infirmitate: ſ; ſi talis egeſtio ꝑmanet in ſua liq̃di-
tate: ⁊ exiret abſq; ordine ⁊ frequẽter ⁊ cũ ſonitu:
⁊ infeſtaret egrũ vigilijs ⁊ labore ſic induceret i in-
firmo finaliter ⁊ mortẽ. nã talis egeſtio nõ fit ta-
lis vel talis ꝯdictionis niſi ꝑ victoriã infirmitatis
⁊ cauſe ſupra naturã ⁊ ſup ↄpationẽ naturales exi
ſtentes in epate nutritiuis ⁊ toto corpore. Egeſtio
aquoſa liq̃da ⁊ alba ſignificat deſtructiões digeſti
onis in ſtomacho ⁊ virtutis retẽtiue debilitatẽ: et
ꝑter h̃ ſignificat ꝙ nihil de colera ad itestina ⁊ ſto
machũ mãdat̃: ſ; egeſtio citrina ſignificat multi-
tudinẽ colere mixte cũ egeſtiõe: ⁊ ꝑ h̃ dominiũ ex-
tranee caliditatis ſup nutritiua ⁊ totũ corpꝰ. Ege
ſtio viridis ſignificat multitudinẽ colere viridis
generate ꝑ viã aduſtiõis q̃ cõmiſcet̃ egeſtiõibus et
fit viridis ſm̃ illud. fit ẽt viridis ex comeſtiõe her
barũ quarũ digeſtio nõ rectificat̃ in ſtomacho ſicut
ſunt blete porri ⁊ ſilia: ſ; differt q: viriditas q̃ fit in
egeſtiõibꝰ ꝑ victoriã colere viridis vel citrine adu
ſte eſt abſq; viſcoſitate ⁊ ſpiſſitudine ſubſtãtie. viri
ditas v̾o q̃ fit ex herbis eſt cũ ſpiſſa ſubſtãtia vl̾ li-
quida in q̃ eſt viſcoſitas vel tenacitas partium ſeu
adherẽtia vt in viſco ⁊ terbẽtina: ⁊ talis egeſtio vi
ridis q̃ fit ꝑmixtionẽ colere viridis ſignificat ex-
ceſſum caliditatis extranee in ſtomacho ⁊ epate et
cõmunẽ aduſtionẽ: ⁊ ſpaſmũ finaliter. Egeſtio v̾o
viridis q̃ fit ex cõmixtiõe herbarũ ſignificat indi-
geſtionẽ ⁊ debilitatẽ caliditatis naturalis i ſtoma
cho ⁊ epate: ⁊ diminutionẽ nutrimẽti qđ ſolet mẽ
bris mãdari: eo ꝙ ſtomachꝰ male cibaria ⁊ in ꝑfe-
cte rectificat ꝑꝑ malitiã reꝑtã in herbis ⁊ fructibꝰ
nõ maturis ⁊ mal̃. Si aũt cũ egeſtiõe lumbrici fue-
rint mixti ⁊ expulſi erit ſignum fortitudinis natu-
re ⁊ eiꝰ potẽtie i expellẽdo ſupfluitates malaſ ⁊ ſpe
cialiter ſi h̃ fiat in die criſis vel circha criſis. ſi autẽ
abſq; egeſtiõe expellant̃ mortẽ ſignificãt: ſiue mor
tui ſiue viui fuerit: neq; mouent̃ vermes ꝓpter in
cõtinẽtiã nature vel defectũ ad exterior: aut nõ mo
riat̃ cũ infirmo ſ; vt ꝯſeruẽt̃ in eſſe naturali. Ege
ſtio pauca viſcoſa lenis ſiue ſit alba ſiue citrina ſem
per mala ẽ in omni egritudine acuta ⁊ nõ acu. nã
fit pauca ex debilitate expulſiue ⁊ inobediẽtia eius
qđ expelli d;. viſcoſa fit ex liq̃factiõe adipis noui
q̃ liq̃fit a caliditate q̃ nõ eſt vehemẽtis malitie. ⁊ al
ba ex ipſo adipe q nundũ putruit. lenis ſiue eq̃lis
fit qñ nõ eſt in egeſtiõe mala aliq̃ pars cui nõ eueni
at nocumẽtũ ab ĩfirmitate: ⁊ cauſa ſic egeſtio bona
⁊ naturalis dicit̃ lenis eq̃lis. Quãdo nõ inuenit̃ in
re q̃ digerit̃ aliq̃ ꝑs quã natura nõ rectificet ⁊ reſo
luat: ⁊ fit ſ; iſtũ modũ eq̃lis ꝑ viã nature: ⁊ alia eq̃
lis ꝑ viã innaturalẽ ⁊ malã. Fit ẽt alba ⁊ viſcoſa et
pauca ex humoribꝰ viſcoſis q male expellunt̃: ⁊ al-
ba ex eiſdẽ albis humoribꝰ ⁊ crudis: ⁊ lenis ex eorũ
lenitate. ſ; differt h̃ a ſuꝑiori q: fit pauca viſcoſa al
ba lenis: ꝓpt̃ liq̃factionẽ adipis ẽ fetens. q̃ non ex
humoribꝰ frigidis nõ eſt fetẽs ⁊ vtraq; eſt mala in
ſui natura ⁊ malã egritudinẽ ſignificat vl̾ lõgã vel
mortẽ. Si v̾o talis egeſtio pauca viſcoſa lenis: fue
rit citrina vel viridis ſignificat liq̃factionẽ adipis
veteris q̃ fit a caliditate vehemẽtioris malitie ⁊ in
tẽſioris q̃ fit caliditas liq̃faciẽs nouũ adipẽ: ⁊ ſ; h̃
eiꝰ ſignificatio peior ⁊ magis timoroſa ẽ. Egeſtio
v̾o nigra vel viridis pinguis ⁊ fetida mortẽ ꝓcul-
dubio ſignificat. Nigra aũt fit ꝑꝑ admixtionẽ me
lancolie pure ⁊ male vincẽtis in ꝑtibꝰ nutritiuorũ
ſ; viridis fit ꝑꝑ admixtionẽ melãcolie aduſte ⁊ ma
le q̃ ſignificat aduſtionẽ ⁊ ſpaſmũ. pĩguis v̾o fit ꝓ
pter liq̃factionẽ adipis q̃ fit a caliditate ignea quã
natura refrenare non põt. fetida v̾o fit a caliditate
accidẽtali q̃ inducit ebulitionẽ in humiditatibꝰ nu
tritiuorũ ⁊ naturalẽ in eis deſtruit caliditatẽ: ⁊ ꝑ
h̃ ſignificat omnẽ putrefactionẽ in humoribꝰ ⁊ to
to corpore. Egeſtio v̾o diuerſorũ colorũ eſt mala et
ſignificatiua eſt mortiſ ⁊ ſignificat lõgitudinẽ mor
bi multotiẽs. nã talis egeſtio ⁊ q̃ eſt multorũ colo-
rũ ⁊ multarũ diuerſitatũ notat ꝙ materia egritu
dinis ẽ diuerſarũ naturarũ ⁊ ꝙ humores mali di-
uerſi habũdat in corꝑ in qbꝰ natura vniuerſalit̃ age
nõ põt: imo ex eorũ diuerſitate ⁊ malitia nõ regunt̃
a virtute vel natura: ⁊ oꝑant̃ ꝯ naturã diuerſimo
de ſm̃ ꝙ ſunt diuerſi: ⁊ ꝑ viã iſtã talis egeſtio mor
tẽ cũ debilitate virtutis ſignificat. cũ fortitudine
v̾o: egritudinis longitudinẽ ſignificat. Sed ſi ta-
lis egeſtio diuerſorũ colorũ apparet ꝑꝑ medicinã la
xatiuã exhibita homini infirmo vel ſano ſignifica
ret bonitatẽ medicine et eiꝰ vtilitatẽ ⁊ po. nature
ſup malã materiã indeſtruẽdo ⁊ vincendo bñficio
mediciali ꝯueniẽtis. ⁊ h̃ vult Hypo. iiij. particula
amphorũ vbi dicit. Egeſtiões nigre vl̾ q̃lis ſãguis
ſpõte veniẽtes ⁊c. Quãdo vẽtoſitas cũ ſonitu ⁊ abſ
q; ſonitu expellit ⁊ de volũtate paciẽtis nihil mali
ſignificat: imo vigorẽ dicit ne in expellẽdo ſupflui
tates: ⁊ ſpecialiter ſi i ſua ſanitate de expulſiõe hu-
ius rei nõ fuerit verecũdus. Si v̾o infirmus fuerit
verecũdus de expulſione huiꝰ rei cũ ſonitu ⁊ abſ-
q; ſonitu: ⁊ in ĩfrigiditate emitteret vẽtoſitatẽ abſq;
ſonitu vl̾ cũ ſonitu nõ cũ ſua volũtate ſignificaret
nimiũ dolorẽ cogẽtẽ naturã huiꝰ rei ꝑter volũta
tẽ patiẽtis. aut ſignificaret mẽtẽ lexã q: nõ eligit
cũ ſit ꝯſuetꝰ verecũdari in ſua ſanitate de h̃ inter
honeſtũ ⁊ in honeſtũ ꝯueniẽs ⁊ incõueniẽs: ⁊ ſpe-
cialiter h; locũ hec ſignificatio ꝯcta ex vẽtoſitate
expulſa cũ ſonitu ⁊ abſq; ſonitu cũ expulſa fuerit i
ꝑſentia aſtantiũ ⁊ amicorũ vl̾ mulierũ. Vẽtoſitas v̾o
abſq; ſonitu minorẽ malitiã ⁊ ſubtiliorẽ materiã
⁊ magis carminatã ex q̃ facta fuit ſignificat q̃ vẽto
ſitas q̃ expellit̃ cũ ſõitu ⁊ potẽtiorẽ naturã ſup ſup
fluitates in expellẽdo ⁊ carminãdo. Vẽtoſitas v̾o
que intꝰ claudit̃ ⁊ reſoluit̃ ꝑ iteſtina groſſiciẽ me ⁊
vẽtoſitatis ſignificat ⁊ ne debilitatẽ in expellẽdo
⁊ carminãdo ⁊ reſoluendo qđ reſoluendũ erat ⁊
expellendũ: ⁊ ſm̃ h̃ cũ alijs malis ſignis ⁊ cõmuni
debilitate virtutis mortem ſignificat.

Caplm̃. xxxvij. de ſignificationibus contract̃
expulſu.

Philoſophi ꝯuenerũt ſup h̃
ꝙ ſciã pulſꝰ ma-
le ꝑ doctrinã ex altero ⁊ ex ſcriptis an-
tiquorũ aꝑhendit̃: imo plurimũ eiꝰ re-
ctificat̃ ꝑ vſũ ⁊ tactũ. Dicit̃ ꝙ pulſus
eſt motꝰ receptaculorũ ſpiritꝰ ad regendũ ipſũ ꝑ
aerẽ attractũ ſm̃ dilatationẽ ⁊ cõſtrictionẽ ſm̃ ꝙ
narrat Auic. G. dixit ꝙ lõgo tꝑe ſtetit ꝙ non ꝑce
ꝑit ꝯſtrictionẽ pulſus vel ſiſtolẽ: ſ; poſtq; ꝑcepit
apte fuerunt ei porte pulſus ſalua pace ſui quãuis
dicat ſic cũ ſiſtoles ſeu ꝯſtrictio ſit remotio a tactu
⁊ tactꝰ nõ aꝑhẽdit aliq̃d niſi tãgendo: nõ videt̃ ꝙ
ſit ꝯꝑhẽſibilis res ꝑ ſenſũ tactꝰ ſ; ꝑ extimationẽ
in expiẽtia pulſus: ⁊ in acq̃ſitione ſcie eiꝰ ꝑ tactũ
quinq; requirũt̃: tria ex ꝑte hois qui tãgit̃ ⁊ duo
ex ꝑte eiꝰ q; tãgit: ꝑmũ qđ requirit̃ ex ꝑte hois q
tãgit̃ ẽ vt homo ſit melioris cõplexiõis ⁊ maior̃
eq̃litatis ⁊ nobilioris ſanitatis ſ; ꝙ põt eſſe in ſua
vita. nam per viã iſtã acquiret medicꝰ q̃ñtũ elon
gabit̃ pulſus in omni aduerſitate que aduenit ho-
mini vltra tẽꝑamẽtũ ſuũ ⁊ ſanitatẽ que incurat ꝑ
naturã ⁊ ſpecialit̃ ſi recte ⁊ cũ diſcretione in moti
bus ⁊ quietibꝰ pulſus ꝯſiderauerit. ſm̃ eſt ꝙ pul-
ſus d; tãgi hora q̃ homo ẽ magis elõgat̃ ab omni
re mutãte ⁊ turbãte cõplexionẽ ⁊ eiꝰ naturã ſicut
ſunt accidẽtia aĩe: ⁊ oẽs res neceſſarie tñ itẽdun
tur vel remittunt̃ plus ſolito: eo ꝙ alterat cõple-
xionẽ ⁊ mouet nã idebite. tertiũ ẽ ꝙ pulſus d; tã-

gi in brachio manu exiſtēte ſup latus ⁊ nō ſup vo
laʒ neqꝫ reſupinata: ⁊ h̄ eſt ex ꝓpͥjs cauſis: vna q̄ꝛ
eſt humilitas loci ad tāgendū. alia eſt honeſtas lo
ci ad tactū: nā honeſte abſqꝫ ſcandalo in quolꝫ ho
mine pōt brachiū tāgi ⁊ ꝓprie in loco q̄ eſt ꝓpe ra
ſetā in pte honeſtica vbi meliꝰ ⁊ nobiliꝰ morꝰ pul-
ſus vel variatio ſentiť vł manifeſtať. Iteꝝ ꝑ tactū
pulſus in loco p̄nominato nō cogiť homo diſcoho
periri neqꝫ pānos reicere a ſe neqꝫ ēt cogiť ad ali-
quā ꝯueniēteʒ alterationē vel mutationē. Et pter
h̄ vena pulſatilis q̄ tangiť in loco dicto dedirecto
trāſit ad cor ⁊ radices eiꝰ. vñ directe ⁊ meliꝰ varie
tates ⁊ mutatiōes cordis qđ eſt radix vite demo-
ſtrat alijs vēis ⁊ ꝑ ꝯſequēs mutatōes ⁊ alteratōes
q̄ in toto ſunt vel fiūt demōſtrare pōt. Iteꝝ manꝰ
nō dʒ locari ſup volā q̄ꝛ talis ſituatio manꝰ addit i
augumētū latitudis ⁊ minuit ex eleuatiōe ⁊ lōgitu
dine. neqꝫ dʒ ſuppinari q̄ꝛ addit in eleuationē ⁊ lō
gitudinē ⁊ diminuit ex latitudīe. Primū ex duo-
bus q̄ requiruť ex pte medici ⁊ in expiētia de pulſu
eſt ꝙ medicꝰ dʒ eſſe tēpatꝰ ⁊ bene cōponiť ⁊ elon-
gatus ab omni re variāte eiꝰ extimationē ⁊ imagi
nationē. ſ. ab ira ⁊ ab omnibꝰ accidētibꝰ anime et
ab inanitiōe ⁊ repletiōe ⁊ motu ⁊ labore ſupfluo et
ſilibꝰ: nā talia turbāt digeſtionē tactꝰ medici ita ꝙ
varietates q̄ ꝯtingūt in pulſu eiꝰ q tāgiť ab eodeʒ
actore ſꝫm ꝙ ſunt nō poſſunt diſcerni vel diſtingui
modo debito ⁊ ꝯueniēte. Secūdum ē q̄ꝛ ꝑtinet ad
medicū vt tāgat pulſuʒ in brachio ſiniſtro ꝓpť ma
iorē directionē pulſus ptis ſiniſtre ad cor ⁊ vt eie-
uet manū īfirmi ſiniſtrā cum ſua ſiniſtra ⁊ figuret
manū īfirmi ſup latꝰ nō extēdendo digitos homi
nis. neqꝫ ꝯſtringēdo eos vltime: ſʒ ponat eos me-
dio modo īter vltimā extēſionē ⁊ plicaturā ⁊ tūc cō
uenit vt medicꝰ cū quattuor digitis manꝰ ſue dex
tre extēdēdo pulpas quattuor digitorum ordinate
ſup venā in loco dicto tāgat pulſuʒ eius ⁊ ꝯſideret
omnes eiꝰ varietates ex pte diaſtolis ⁊ ſiſtolis ⁊ ex
pte quietis inter illas. nā ꝑ iſtū modū pōt ap̄hen-
dere lōgitudinē ⁊ breuitatē groſſiciē ⁊ ſubtilitatē
⁊ omnes alias varietates q̄ in eo accidere poſſunt.
De cauſis pulſus q̄dā ſunt ꝯmunes ⁊ neceſſarie in
grediētes ꝯſtitutionē pulſus: ⁊ ſunt tres. p̄ma eſt
virtꝰ vitalis q̄ eſt in corde q̄ ē mouēs pulſū: ⁊ ſecū
da. eſt īſtrumētuʒ obediēs tertia ē neceſſitas ꝓpť
euētatōeʒ ⁊ ſupfluitatū expulſionē. et q̄dā ſunt nō
ingrediētes in ꝯſtitutionē pulſus: ⁊ de iſtis quedā
ſunt inſepabiles ꝑ mutationē quaꝝ ꝑmutať iudi-
ciuʒ pulſus: ⁊ tales ſunt oēs tres naturales. Et q̄
daʒ ſunt ſepabiles ⁊ vocanť mutatiōes abſolute ⁊
⁊ ſunt res non naturales ⁊ res contra naturam ſi-
cut ſunt egritudines. ⁊ cauſe egritudinum.

Genera pulſus ſunt. x. Primū eſt genꝰ ſump-
tum ex quātitate diaſtolis. Secūduʒ genꝰ ē ſump
tum ex q̄litate ꝑcuſſiōis vene in digitos. Tertiū ē
genꝰ ſumptū ex tpe cuiuſcūqꝫ motiōis q̄rtū ē ge-
nus ſumptū ex eſſentia īſtrumēti. Quintū ē genꝰ
ſumptū ex eiꝰ euacuatiōe aut repletiōe. Sextuʒ eſt
genꝰ ſumptū ex caliditate tactꝰ ipſius vł frigidita
te. Septimū ē genꝰ ſumptū ex tēpore q̄etis. Octa
uum ē genꝰ ſumptū ex eq̄litate pulſus aut ieq̄lita-
te vel diuerſitate. Nonū genꝰ ē ſumptū ex eiꝰ ordi
ne vel inordinatiōe in diuerſitate ſui: Decimū ge-
nus ē ſumptū ex pondere. Genꝰ vō p̄mū qđ ſumi
tur ex quātitate pulſus ſignificat ſꝫ ꝙ i eo ꝯſiderā
tur: lōgitudo latitudo ⁊ ꝓfūditas penes iſtas tres
dimēſiones vł diametros diſtinguntur nouē ſpeci-
es pulſus ſimplices in eo quaꝝ tres p̄me ſꝫm longi
tudinē ꝯſideranť ⁊ ſunt longꝰ curtꝰ ⁊ mediocris:
⁊ alie tres ſꝫm latitudinē ⁊ ſunt latꝰ ſtrictꝰ ⁊ medio
cris. vltime vō tres ꝯſideranť ſꝫ ꝓfunditatē ⁊ ſūt
ꝓfundꝰ vel ocultꝰ aptꝰ vł altꝰ vel mediocris. oēs
ſpecies iſte ſimplices huiꝰ generꝭ ꝯſiderati ſꝫ quā
titatē diaſtolis multitudinē caliditatis naturalis
vel extranee ſignificāt aut diminutionē vel medio
critatē. verbigratia lōgꝰ latꝰ ⁊ aptꝰ ⁊ multitudinē
caliditatis. Curtꝰ vō ſtrictꝰ ⁊ ꝓfundꝰ ꝯriū: medio
cris iter iſta mediocritatē caliditatꝭ ſignificat. Di
ſtinguiť ēt ſꝫm genꝰ qđ ſumiť ex quātitate pulſus
ꝓut in eo ꝯſideranť lōgitudo ⁊ latitudo ⁊ ꝓfundi
tas. Noue vō ſpecies pulſus cōponite ⁊ de his q̄-
dam ſunt q̄ nomē habēt: q̄dā q̄ nomē nō habent.
Eſt nāqꝫ q̄dā pulſus qui in lōgitudine ⁊ latitudine
⁊ altitudine eſt augumētatꝰ ⁊ vocať magnꝰ: ⁊ ſigni
ficat multitudinē caliditatis naturalis cū obediē-
tia īſtrumēti abſqꝫ diminutiōe virtutis. Sed ſi in
oībus illis dimēſiōibꝰ fuerit diminutꝰ vocať par-
uus ⁊ ſignificat ꝯriū: ⁊ eſt aliꝰ qui exiſtit inter eos
⁊ vocať tēpatꝰ ⁊ hʒ ſignificationē mediā īter illos
Pulſus vō q ē in latitudine ⁊ altitudine augumē
tatus vocať groſſus ⁊ ſignificat materiā multaʒ ⁊
bonā cū multo calore ⁊ virtute. Ille vō qui minu-
tus in eis diciť ſubtilis ⁊ ſignificat ꝯriuʒ. qui non
eſt īter illos diciť eq̄lis ⁊ ſignificat eq̄litatē in hoc.
Species vō generis qđ ſumiť ex q̄litate ꝑcuſſiōis
vene in digitos ſunt tres. ſ. fortis ⁊ eſt ille q apud
diaſtolē tactui reſiſtit ⁊ debilis q ē ei ꝯrius eo ꝙ
apud diaſtolē tactui nō reſiſtit: ⁊ ē eq̄lis q īter eos
medius ꝯſiderať. fortis. n. vigorē ⁊ augumētū vir
tutis ſi aūt: debilis vero contrariū: equalis mediā
naturam inter illa.

Species vō genris qđ ſumiť ex tēpore cuiuſqꝫ
motionis ſunt tres. ſ. velox ⁊ eſt ille qui cōplet mo
tum ſuum in breui: ⁊ eſt aliꝰ qui ē ei ꝯrius ⁊ vocať
tardus: ⁊ qui eſt inter eos medius diciť eq̄lis ve-
lox calorē cū virtute ⁊ neceſſitate ſignificat. tardꝰ
vero ꝯriū: medius equalitatē inter iſta.
Species generis qđ ſumitur ex eſſentia īſtrumēti
ſunt tres. ſ. mollis qui recipit redditū ad interio-
ra facili cōpſſione ꝯrius durus diciť. mediꝰ inter
illos mediocris appellať. mollis vō obediētiam in
ſtrumenti ſignificat: durus contrariū. equalis in
ter illos medius.

Specis generis qđ ſumiť ex eo qđ ꝯtineť ſunt
tres: videlicet plenꝰ qui ſentiť ſicut in eius forami
ne eſſet humor implens: ⁊ ei ꝯrius eſt vacuus: ⁊ in
ter eos eſt mediocris. plenꝰ vero ſignificat habū-
dantiam humiditatis: vacuus cōtrariū: mediꝰ me
dium. Species generis qđ ſumiť ex tactu ſūt tres
ſ. calidus frigidus ⁊ tēpatus. calidus vō calidita-
tē: frigidus frigiditatē: ⁊ tēpatꝰ mediū ſignificat.

Species generis ꝙ ſumiť ex tēpore ſunt tres
ſ. frequēs rarꝰ ⁊ mediocris. frequēs diciť ille cuiꝰ
tēpus ſenſibile qđ eſt inter duas ꝑcuſſiones ē bre
ue. ſ. inter diaſtolē ⁊ ſiſtolē q̄n ſiſtoles ſentiť: quā-
do vō ſiſtoles nō ſentiť tūc diciť tepus breue qđ ē
inter duas ſiſtoles. ⁊ contrariꝰ eſt rarus ⁊ qui ē in
ter eos eſt mediocris ſpiſſus vł ꝯſequēs eminēteʒ
neceſſitatē cū virtutis debilitateʒ ſignificat ⁊ ra-
rus ꝯtrariū qui laſſus vel reſolutꝰ appellať ⁊ me-
diocris mediocritatem.

Genus vō pulſus qđ ſumiť ſꝫm equalitateʒ di
citur equale vel diuerſum ſeu inequale: ⁊ h̄ quideʒ
ē ꝑ cōperationē ſimilitudinis vel diſſimilitudinis
aut partiū vnius pulſus: aut vnius partis pulſus
verbigratia ſicut aliquis pulſus qui eſt mediocris
inter fortitudineʒ ⁊ debilitateʒ vel inter magnitu
dinem ⁊ paruitateʒ ⁊ ſic in alijs. ratiōe partiū vni
us pulſus ſicut quādo diaſtoles multe cōſideranť
⁊ vna illarū vltima velocior apparet ratiōe vnius
partis pulſus quādo. ſ. diaſtoles vniꝰ variať a me
dio eius q̄ꝛ in fine eius velocior videť q̄ꝫ in medio
diciť etiā ꝙ pulſus equalis duobus modis abſo-
lute vł ſimpliciť q̄n eſt mediocris vel eq̄lis iter oīa

genera pulſuum dicta vel nõ ſimpliciter: ſed reſpe
ctu extremitatis vnius generis tantum, ſ. quando
eius equalitas tantum ꝯſideratur inter magnitu-
dinem ⁊ paruitatem vel inter fortitudinem ⁊ de-
bilitatem: ⁊ tale genus ſignificat bonitatem vir-
tutis ⁊ caloris equalitatẽ ⁊ inſtrumenti obedien-
tiam econtrario in equalis. diuerſus vero vel ine-
qualis qui nõ eſt inequalis abſolute neqꝫ ſimpli-
citer neqꝫ in aliqua re. Genus quod eſt ſumptum
ex ordinatione duas habet ſpecies ordinatꝰ diuer
ſe et inordinatus diuerſe. vnde dicitur ordinatus
qui habet certũ ordinẽ ſup quem tranſit ⁊ ſʒ vnã
diuerſitatẽ vel plures tñ ſemp redit a capite ſicut
eſſet vnꝰ circulus verbigratia ſm vnam diuerſi-
tatẽ ⁊ plures ſicut qñ fit pulſus magnꝰ fortis: ⁊ ſic
in ſuis diaſtolibꝰ ſemp redit a capite ſm multas: ſi
cut quãdo pulſus fit magnꝰ fortis velox ſpiſſus: et
ſic ſemp redit a capite ⁊ tale genꝰ virtutis ꝯſtãtiã
ſignificat. In ordinatꝰ fit ſm ꝯrium: ⁊ cõtrariũ ſi-
gnificatũ nõ habeat ordinẽ aliquẽ ſup quẽ trãſeat
h genus pulſuũ qd eſt vnũ de. x. generibꝰ pulſuũ
poteſt ꝯtineri ⁊ locari ſub ineqli ⁊ eſſet vna ex ſpe-
ciebus pulſus inequalis: nã vbicũqꝫ eſt inordina-
tio ibi inequalitas repit. ſed nõ ꝯuertit: nã inequa-
litas fit multotiẽs ꝓpter intẽſionem factã in vna
diaſtole reſpectu aliaꝝ q̃ eaꝝ ꝓceſſerũt in qbꝰ fuit
forſan equalitas ⁊ etiã fit inequalitas ⁊ conſiderat
in vna diaſtole ſub vno digito vel pluribꝰ qꝛ finis
eiꝰ quantũ ad ꝑcuſſionẽ fit fortior vel debilior ſuo
ꝓncipio ⁊ medio. Ordinatio ⁊ inordinatio ſemp re
quirunt diuerſitatẽ vel in genere aut in ſpecie vel
numero manifeſte: cum ordo ſit ꝓportio prioris ⁊
poſterioris in loco ſuo: ⁊ ecõtrario ⁊ inordinatio.
Genus võ qd ex pondere ſumit eſt ꝑ ꝓportionẽ
⁊ cõparatiõẽ tẽpoꝝ quattuor q̃ ſunt duobꝰ motibꝰ
⁊ duabꝰ quietibꝰ ſm ꝙ ſenſus cõphendere poteſt
vł diſcernere: ⁊ ſi ſenſus h nõ poſſet tũc fit ⁊ cõſide
ratur ꝑ oppoſitionẽ ꝓportiõis quãtitatũ ꝓportio
num tẽpoꝝ diaſtolis ad tẽpus ꝙ eſt iter duas dia
ſtoles ⁊ ad vltimũ tẽporis in quo eſt motus ad tẽ-
pus in quo eſt quies: ⁊ fit etiã ꝑ cõpoſitionẽ tẽpo-
ris motꝰ ad tẽpus motꝰ ⁊ temporis qetis ad tẽpꝰ
quietis. ſed prior modꝰ ẽ magis rationabilis ⁊ me
lior. In iſto genere cõſiderant duo modi: qꝛ dicit
ꝙ talis pulſus ponderis quidã eſt boni ponderis
⁊ quidã eſt mali ponderis. pulſus võ boni ponde-
ris dicit ille qui ſeruat cõpationẽ ꝓportiõis quã-
titatum ꝓportionũ quattuor tẽpoꝝ que ſunt duo
bus motibꝰ ⁊ duabꝰ quietibꝰ. ⁊ talis pulſus pon-
deris ſignificat virtutis cõſtantiã ſm neceſſitatem
vt eſt pulſus iuuenis ſani in iuuene: ⁊ pulſus pue-
ri ſani in puero ⁊ ſilibꝰ. In pulſu võ mali ponderꝫ
tres ſpecies repiunt. vna eſt illiꝰ cuius pondus eſt
mutatũ iuxta etatẽ illius cuius eſt pulſus: ſicut cũ
iuuenis hꝫ pondus pulſus pueri vel ſicut quando
erat puer. ſecũda eſt ſepati ponderis ſicut cũ puer
habet pondus ſicut eſt pondꝰ ſenis tertia ẽ in qua
eſt multa egreſſio ſicut ille cuius pondus hominis
nõ aſſimiliat ⁊ talis pulſus magnã mutationẽ ſi-
gnificat in diſpoſitionibꝰ ⁊ h ⁊ illud genꝰ pulſus in
quo ꝓportiones muſice ꝯſiderant ⁊ cadũt. nã ſicut
in vocibꝰ ⁊ ſonis muſice cõſiderant ꝓportiões tẽ-
poꝝ motus ⁊ quietis ⁊ ꝓpter h fit vox bona ⁊ de-
lectabilis: ⁊ cõtrariũ in cõtrariũ: ita in pulſu pon
deris ſm ſimilitudinẽ ꝓportionis tempoꝝ ex par
te motuũ ⁊ quietũ conſiderant ⁊ tũc fit pulſus qui
pulſus ponderis appellat. Species aũt pulſus cõ
poitur vel cõtinui qui habẽs ꝓpria nomina ſic ordi
nantur ⁊ numerant: quaꝝ vna eſt pulſus gazelãs
qui eſt diuerſus vel inequalis: facit vnã ꝑcuſſionẽ
deinde interſecatur vel quieſcit ⁊ fit velox ſignifi-
cat enim fortitudinem virtutis cũ plurima neceſſi
tate ⁊ duritie inſtrumẽti vel cauſa eius eſt virtutꝫ
fortitudo cum plurima neceſſitate ⁊ duritie inſtru
menti quare non obedit ſm ꝙ virtutes precipiunt
de diaſtole in vna vice; ſed iuuatur a neceſſitate ⁊
fit velox ⁊ fortior qua aũt ſicut aliquis quando nõ
obedit in actione ſua ⁊ iuuatur ab altero ⁊ fit velo
cior ⁊ fortior ⁊ nequior qua ante. Alia ſpecies eſt
vndoſus qui diuerſus eſt vel inequalis cum quo in
principio eſt molicies cum paruitate et eleuatione
partium ad ſuperiora: ⁊ habet latitudinẽ ⁊ aſſimi-
liatur vndis aquarũ alie alias ſequunt ſecũdũ re
ctitudinem cum quadam diuerſitate que eſt inter
eas cum eleuatione ad ſuperiora ⁊ deſcenſione ad
inferiora ſm velocitatẽ ⁊ tarditatem. cauſa huius
eſt debilitas ſecundũ plurimũ virtutis: quare nõ
poteſt fieri diaſtoles niſi paulatim ⁊ paulatim ⁊ in
ſtrumenti lenitas libet virtus non ſit multum de-
bilis. nam humidum inſtrumentũ ⁊ molle non re
cipit cõcuſſionem cum motu ſicut inſtrumentũ ſic-
cum que in vnamquãqꝫ partem ipenetrat quare ca
dit ſm quod ⁊ eleuat ſecũdum partem ⁊ ſic fit vn-
doſus. Et de illis eſt vermicularis qui ſimiliat vn
doſo ſed eſt paruus cum multa ſpiſſitudine ⁊ eius
ſpiſſitudo extimatur velocitas ſed non eſt cuiꝰ cau
ſa eſt fortis debilitas ita vt tarditas ſpiſſitudo et
diuerſitas in partibus pulſus cõiungant queꝫ vir
tus in vna hora dilatare non valet ſed paulatim et
paulatim. Et de illis ẽ formicãs cuius diuerſitas
eſt in eleuationis ad ſuperiora ⁊ preceſſione ⁊ con-
ſecutione ẽ manifeſtior ſine eius diuerſitates in la
titudine imo forſitan nõ apparet illud cuius cauſa
ẽ debilitas fortior qua in vermiculoſo. ita vt tardi
tas. ⁊ ſpiſſitudo ⁊ diuerſitas in partibus formicã-
tis augumentat: ita ꝙ virtus non valeat mouere
in hora debite cum dilatatione: ſed paulati ⁊ de il
lis eſt ſerinus ꝙ vndoſo aſſimiliat in formi mouẽ-
di. ſed eſt durior manifeſte et cum duritie partes
ipſius in duritie diuerſe exiſtunt ⁊ dicitur ſerinus
pulſus velox ſpiſſus durus cuius partes in magni
tudine diaſtoles diuerſe exiſtũt ⁊ in duritie ⁊ mol
litie. Cauſa huius eſt diuerſitas eius ꝙ in corpo-
re vene eſt infuſum ſecũdũ putrefactionẽ ſui: aut
in ipſius cruditate vel ſui maturitate ſiue diuerſi-
tas diſpoſitionis venarum in ſua duritie ⁊ molli
tie vt apoſthema in neruoſis membris. Et de il-
lis eſt cauſa ſorcinam que ordinatur vel gradatur
in diuerſitate ſuarum partium ⁊ demutatione ad
augumentum vel econtrario: ⁊ cauda ſorcina con
ſideratur in pluribus multis et i vno in partibus
multis et in vna ⁊ eius diuerſitas pendet propṫe
ex magnitudine ⁊ fit cum eſt in operatione veloci-
tatis ad tarditatem vel fortitudinis ad debilitatẽ
cauſa vero pulſus ſorcini eſt quandoqꝫ virtus de-
bilis quamuis ordinate procedat: ⁊ in eo ſunt tres
modi ſcilicet: quãdo incipit a debili ⁊ finitur in for
ti et appellatur cauda reditiua; et eſt alius modus
quando incipit a forti ⁊ finitur in debili: ⁊ appella
tur cauda finitiua. Et aliꝰ modus qui appellatur
manſiua cauda quia in eodem ſtatu permanet. de
terior omnibus eſt cauda finitiua: deinde manſiua
melior eſt omnibus reditiua que eſt ſignificãs ali-
quam fortitudinem quamuis omnes debilitatem
ſignificent: ⁊ de illis eſt meſaliuus ſiue acualis: et
dicitur ſic ad ſimilitudinem cuiuſdam acus que eſt
curuata in medio exiſtens groſſior cum duabus:
extremitatibus tenuis qua vtuntur inter ſarace-
nos ſutores ſuſteliorum ideſt: barbarum ⁊ ſellaꝝ
⁊ talis pulſus procedit ex diminutione ad aliquem
ꝑuum in augumento: poſtea rediantur inferius
et redit ad diminutionem: et eſt ſicut due caude
ſorcine cum continuantur apud maiores eius ex-
tremitates. ſemp. n. incipit a debili ⁊ finit in de-

bili: ſed in eius medio aliquē terminū vigoris recipit ⁊ parū durat eius: ea eſt debilitas innata ꝓꝑ indigeſtionē materie ⁊ inobedientiā inſtrumēti cū quadā duritie ⁊ diuerſitati ſui medij: ⁊ ď illis ē bis pulſans ſeu martelinus de quo quidā dicunt ꝙ ē vnus pulſus etiā preceſſione ⁊ cōſecutione: ⁊ quidaʒ ꝙ ſunt duo quoꝝ vnus ſequitᷣ alteꝝ: ſed q̄ꝛ in eo nō exiſtit tp̄s qđ dilatetur ad colligendū ſiſtolē deinde diaſtolē nō dicitur ꝙ ſit ſecundo ſed vnus nō enim omne de quo ſentiuntᷣ due percuſſiones oportet ꝙ ſint ſecundo pulſus: q̄ꝛ gaʒelans: eſſet duo pulſus: nō enim eſt cōueniens vt ſic duo pulſus niſi cū incipit ⁊ ſit diaſtoles ⁊ poſtea reddit inferius faciendo ſiſtoleʒ: deinde iteꝝ reddit ⁊ facit diaſtolē: cā cuius eſt virtutis fortitudo ⁊ plurima neceſſitas ⁊ durities inſtrumenti qᷣ nō obedit ei qđ virtutes ipſi precipiunt de diaſtole vt vna vice ſecū quis vult vnica actione aliquid incidere et nō obeditur ei adiuuatur ab alia precipue cū neceſſitas ſubito augumentatᷣ. et de illis ē etiā habens quietē cadens in medio qui aſſimilatur gaʒelanti ſed differentia eſt inter gaʒellantē ⁊ cadentē ī medio quē ſecunda gaʒelantis antevenit q̄ꝫ ꝯpleatur prima: ſed in cadante in medio eſt pulſus q venit poſt tempus quietis cū cōpletᷣ ꝑcuſſio prima: cuiꝰ cauſa eſt laſſitudo virtutis ⁊ eius defectus: aut accidens veniens ſubito ad qđ anima ⁊ natura ſubito redeunt: ⁊ de illis eſt pulſus mali ponderis verbigratia ſicut quādo pulſus iuuenis ſit ſicut pl'ſus pueri vl' quād o pulſus pueri ſit ſicut pulſus ſenis aut ſicut pulſus qui nō aſſimilatᷣ ponderi: ⁊ pl'ſus hominis quoꝝ cauſa eius eſt propter augumentū neceſſitatis quādo pondus fuerit malū in diſpoſitionibus tēporis quietis: ſi aūt maluʒ pondus fuerit in diſpoſitionibus tēporis motus tunc eius cā erit augumentū debilitatis aut priuatio neceſſitatis: ſed velox propter velocitatē ſui motus ē alius ab h̄. Et cū iſtis ſpeciebus ⁊ de iſtis capitulis ſunt pulſus ſpaſmoſus ⁊ tremulus ⁊ retortus qui ſilo: quod torquetᷣ aſſimilatᷣ: ⁊ eſt cū eis diuerſitas in preceſſione cōſecutione ⁊ ſitu ⁊ latitudine eius cordoſus aſſimilatᷣ retorto ⁊ retortus tremulo: ſed in tremulo diaſtoles ē magis oculta ⁊ ſimiliter exitꝰ ab equalitate in eleuatione ad ſuperiora eſt in retorto ocultior: ſed tenſio in cordoſo eſt manifeſta ⁊ eſt cuʒ eius inclinatione ad vnā ꝑtem tantum. Et cauſa cōmunis in omnibus iſtis eſt ſiccitas egritudinalis ſeu egritudines de ſicca materia vt accidit in fine freneſis et ſpaſmo ⁊ ethica. Species vero pulſuum cōpoſitoꝝ quo ad nos ſunt in finite nec ſunt hn̄tes nomina. In omnibus generibꝰ pulſuū prenominatis in quibus cadit ſuꝑfluitas augumēti vel diminutionis ille eſt pulſus naturalis qui eſt equalis niſi in forti. In forti vero q̄ꝫto fortitudo plus augumentatur tanto ē magis naturalis: naʒ cauſa fortitudinis directe nō ē niſi virtus ⁊ obediētia cū neceſſitate bona: ⁊ ſimpliciter h̄ aliqđ alioꝝ geneꝝ nō prebuerit augumentuʒ niſi fortitudinis augumentū ⁊ ꝑ viā iſtaʒ ⁊ cauſam factū fuerit manus ille pulſus erit naturalis: ſm̄ vero alia genera pulſuuʒ que nō tolerant augumentū neq̄ꝫ diminutionē ille pulſus ē naturalis qui erit mediocris et ordinatus: ⁊ qui erit boni ponderis. Scire hic cōuenit ꝙ debilitas pulſus quā facit hereditate mala cōdictio frigida maior eſt ea quā facit mala cōdictio calida hereditate: quē caliditas magis ē cōueniens calori innato q̄ꝫ ipſa frigiditas cuiuſcūq̄ꝫ generis ſit: ⁊ ſm̄ h̄ magis ē virtutibus omnibus conſonans. Complexionis vero calide pulſus eſt vehementis neceſſitatis. Et ſi virtus et inſtrumentū cōuenerint erit pulſus magnꝰ. Si vero vnū illoꝝ fuerit mutatuʒ mutabitur pulſus ⁊ neq̄ꝫ extimes ꝙ ſi calor innatus fuerit augumentatus ⁊ fortis q̄ꝛ minuat de virtute ⁊ ecōtrario in calore innaturali et cōplexione innaturali calida. Complexio frigida facit declinare pulſum ad ꝑuitatem ⁊ tarditateʒ ⁊ raritatē. Sed ſi inſtrumentū fuerit molle erit latitudo eius augumentata: ⁊ ſimiliter eius tarditas ⁊ raritas: ſed ſi duꝝ fuerit erit minus h̄. Cōplexio vero humida operatur vndationē ⁊ dilatationeʒ in pulſibus. Complexio vero ſicca facit cōſtrictionem et duritiē. tu vero in cōpoſitis obſerua pā̄n. ⁊ compone verbigratia ꝯꝰ calida et ſicca ponit pulſum magnū et velocē cū virtute et durū cuʒ coartatione. Calida vero et humida ponit pulſuʒ velocem ⁊ magnum ⁊ latuʒ ⁊ vndoſum. Cōplexio vero frigida ⁊ humida dat pulſuʒ ꝑuum tarduʒ ⁊ rarū cuʒ mollitie ⁊ dilatatione. Cōplexio frigida ⁊ ſicca dat pulſum ꝑuum rarum tarduʒ et durum cū coartatione et cōſtrictione. In omnibus illis pulſibus ⁊ motibus ꝯpoſitis ⁊ ſimplicibus obſerua virtutem neceſſitatem obedientiam vel inobedientiā inſtrumenti quandoq̄ꝫ enim accidit vni homini vt condi. duorū laterum ipſius diuerſificentur: erit enim in homine aliquo vt vnū duoꝝ lateruʒ ſit frigidum ⁊ aliud calidū ⁊ accidet propter diuerſitatem que prouenit ex caliditate ⁊ frigiditate horum duorū laterū vt pulſus diuerſi fiant: eritq̄ꝫ pulſus calidi latis pulſus calide cōplexionis: ⁊ lateris frigidi pulſus cōdictionis frigide. Et per h̄ ſcitur vere qđ pulſus in vna diaſtole ⁊ ſiſtole nō eſt ſʒ modum aceſſionis ⁊ receſſionis cordis imo ſm̄ motuʒ diaſtoles ⁊ ſiſtoles ipſius corporis artarie. pulſus maſculoꝝ ſunt maiores ⁊ fortiores pulſibus mulierum valde propter vehementiaʒ virtutū eoꝝ et neceſſitatis ipſoꝝ: ⁊ propterea ꝙ eoꝝ neceſſitas in magnitudine completur ē eoꝝ pulſus etiā tardior pulſu mulieꝝ ⁊ rarior ſm̄ plurimuʒ ⁊ omnis pulſus in quo ꝑſeuerat virtus et eſt ſpiſſus oportet proculdubio vt ſit velox: eſt enim cū ante eſt velocitas q̄ꝫ ſpiſſitudo: per h̄ igitur ſicut pulſus maſculorum eſt tardior ita rarior. pulſus puerorum eſt lenis propter humiditatem ⁊ debilis ⁊ ſpiſſus eo ꝙ calor eſt fortis ⁊ virtus nō eſt fortis eo ꝙ nundum ſunt cōpleti: ſed pulſus pueroꝝ complexione ſui corporis ſatis eſt magnus eo ꝙ inſtrumentum eſt obediens ⁊ molle ⁊ neceſſitas eſt ſatis fortis et virtus compatione paruitatis corporis ipſoꝝ nō eſt parue q̄ꝫtitatis: ſed reſpectu pulſus completorum ⁊ iuuenū nō eſt magnus ſed eſt velocior ⁊ ſpiſſior propter neceſſitateʒ: in eis autē multiplicatur fumoſi vaporis collectio propter multā digeſtionem ipſorum ⁊ frequentiā eius in eis: ⁊ propter h̄ valde eſt neceſſe ipſum extrahere ⁊ caloreʒ innatū euentare. Pulſus iuuenū ē multe magnitudis et nō multe velocitatis: imo ē in ipſa diminutꝰ a ſpiſſitudine: ⁊ ē tēdēs ad raritatē ſʒ pulſus in ꝑncipio iuuentutis ē maior ⁊ in medio ⁊ fine ē fortior: ⁊ h̄ ē ꝓꝑ virtutis fortitudinē: hn̄t ergo ex magnitudine ꝙ deſunt ex velocitate ⁊ ſpiſſitudine ⁊ ēt ꝓꝑ neceſſitatis augumentuʒ ⁊ inſtrumenti obedientiā cuʒ perfecte ſit magnus abſq̄ꝫ ſpiſſitudine. Pulſus ſenum ē ꝑuus vel minor ꝓꝑ debilitatē ⁊ ē rarus vel rarior ꝓꝑ diminutionē neceſſitatis ⁊ diminutus in neceſſitate. Pulſus vero decrepitoꝝ eſt ꝑuus rarus ⁊ tardus ⁊ eſt mollis ꝑ accidens ꝓꝑ humores extraneos ⁊ non propter naturales. In vere quidem pulſus eſt paruus non tamen in omni re: ſed eſt equalis in omni re. Et eſt in fortitudine augumentatus fortitudine virtutis vel bonitate cuʒ neceſſitate temperata.

In eſtate ſit velox ſpiſſus propter neceſſitatem intenſam cum virtutis debilitate que contingit ex reſolutione ſpiritus que ſit a calore exteriori

dominãte. In hyeme q̄dẽ ẽ maioris raritatꝫ ⁊ tardioris debilitatis: quẽ virtus debilitatur in corporibus frigidis et macilentis: ⁊ calor ad profunduꝫ trahitur ⁊ quaſi extinguit̃: ſed in corporibus calidis ⁊ carnoſis ⁊ fortibus calor confortat̃: ⁊ fit virtus fortis: ⁊ talis calor refrenat frigus. In autũno fit pulſus inequalis debilis ⁊ h̄ ꝓꝑ multitudinẽ conuerſionis cõplexionis accidentalis nec ad calorem ⁊ nunc ad frigiditatẽ illo tempore con⁹ vero diſſimilis ſemꝑ efficit deterius nocumẽtũ q̄ꝫ ſimilis ⁊ equalis q̄ꝫuis ſit mala: vnde cũ con⁹ autumni ſit cõtraria vite virtutẽ debilitat ⁊ humiditatem naturalẽ exiccat: ⁊ fit per h̄ pulſus debilis ⁊ ꝑuus ⁊ durus ⁊ ſpiſſus. Variatur pulſus ſm̄ regionem ⁊ mutatur: naꝫ regio temperata confortãdo virtutem fortificat pulſum ⁊ magnificat. Re vero calida diſſoluẽdo ſpiritũ addit in ſpiſſitudineꝫ pulſus debilitatẽ ⁊ velocitatẽ ex neceſſitate augumẽtata. Regio frigida quibuſdaꝫ corporibus addit in fortitudineꝫ ⁊ neceſſitateꝫ vt hyemes ⁊ ſm̄ h̄ variat pulſum vt hyemes ⁊ ſi regio fuerit ſm̄ conditionẽ autumni diſponit pulſuꝫ vt autumnus. Cibus et potus diſponunt pulſum propter eorũ q̄ꝫtitatem additaꝫ vel diminutaꝫ: ⁊ propter eoꝝ qualitates: naꝫ ſi cibus vel potus fuerit mediocris q̄ꝫtitatis vl̄ equalis augumentabitur pulſus in magnitudine ⁊ velocitate ⁊ ſpiſſitudine propter augumentum virtutis ⁊ caloris factum ex cibo mediocri vl̄ equali ⁊ ex potu. Sed ſi cib⁹ ⁊ potus fuerint multe q̄ꝫtitatis et ſpecialiter cuꝫ duritie ſubſtantie cibi fiet pulſus inequalis inordinatus ⁊ ſpiſſus ⁊ debilis propter grauitatẽ cibi ſuꝑ virtutem eo ꝙ virtus ipſum cibũ immutare nõ poteſt niſi plus longum tempus ⁊ cũ maximo labore et laſſitudine: ⁊ ꝓpter h̄ fit diuerſus ⁊ ꝑſeuerans vſq̄ꝫ ad fineꝫ digeſtionis ⁊ poſt digeſtionẽ ex laſſitudine acquiſita ĩ graui digeſtione tã diu ꝙ nã quieuerit ⁊ maxime cum non receperit nutrimentũ ⁊ confortationeꝫ tunc enim cuꝫ nutrimentuꝫ ⁊ confortationẽ receperit a cibo digeſto fit ſꝫ ꝙ erat ante aceptionẽ cibi ⁊ fortior ⁊ velocior ⁊ magis equalis. Si vero cibus et potus fuerit pauce q̄ꝫtitatꝫ fiet pulſus minoris diuerſitatis et magnitudinis ⁊ velocitatis q̄ꝫ in cibo multo cuꝫ ſua diuerſitate ⁊ malitia paruꝫ durabit quia materia pauca cito digerit̃. Scire hic conuenit ꝙ quãdocũq̄ꝫ virtus deficit vel debilitat̃: ſiue fit ex multitudine ſiue paucitate cibi ⁊ potus pulſus ſemꝑ ſimiles erunt in paucitate ⁊ raritate vſq̄ꝫ in fineꝫ rei. Si vero natura fortis fiat indigerẽdo fiet pulſus temperatus equalis ⁊ bonus: ⁊ ex multitudine etiaꝫ vini q̄ꝫuis vinũ ſit ſubtile ⁊ penetratiuuꝫ prouenit diuerſitas in pulſu ex nutrientib⁹ vel cibis tamen ex ipſo nõ prouenit tanta diuerſitas q̄ꝫtuꝫ eſt illud ꝙ prouenit a cibis vel nutrientibus que vino aſſimiliantur ⁊ h̄ eſt propter raritatem ſubſtantie vini ⁊ eius habilitateꝫ ⁊ penetrationeꝫ ad epar ⁊ membra: nã ꝓpter raritateꝫ ſue ſubſtantie vinuꝫ ⁊ velocitateꝫ ſue penetrationis quaſi moraꝫ nõ facit in ſtomacho imo ſtatim cũ calefit in ſtomacho immediate tranſit ad epar abſq̄ꝫ aliqua conuerſione. Qualitate vero cibi ⁊ potus pulſus immutatur: videlicet frigiditate et caliditate: naꝫ cibi ⁊ potus cum frigidi fuerint actu ⁊ potentia proueniunt ex eis ſicut ex alijs frigidis quia minorant ⁊ tardant pulſuꝫ ⁊ addunt in debilitateꝫ minuendo caloreꝫ ⁊ eo ꝙ frigidas tardat velocitatẽ penetrationis ad epar ⁊ membra. Si vero calidi fuerint actu ⁊ potentia ex cõtrarijs cauſis addunt in magnitudinẽ ⁊ velocitateꝫ et fortitudineꝫ quia caliditas adiuuant ad velocẽ penetrationeꝫ et ſic digeſtioneꝫ ⁊ virtutuꝫ confortationẽ. Vinũ preterea inter alios potus cũ fratrem ſumptũ, fuerit non fiet ex eo nocumentũ ſicut nocumentuꝫ ꝙ fit ex alijs rebus frigidis nã alie res tardant̃ in ſtomacho ⁊ morantur donec calefiant ⁊ mutent̃ ⁊ earuꝫ penetratio propter eaꝝ frigiditatẽ multũ tardatur: ⁊ fit ex eis nocumentuꝫ in natura: nã frigidas ⁊ res frigide faciunt deficere naturã ⁊ virtutes extinguunt ante q̄ꝫ ad penetrationẽ diſtributioneꝫ ⁊ reſolutioneꝫ perueniat: ⁊ propter hoc fit ex rebus frigidis ſpeciale nocumentuꝫ in corporibus que oxipilationibus ſunt apta: ſed ex vino frigido cuꝫ ſumitur nõ fit illud imo minus omnibus alijs rebus nocet ꝓpter ſuaꝫ frigiditatẽ actualeꝫ naꝫ velocius alijs rebus calefit in ſtomacho et remouetur velociter nocumentuꝫ ꝙ ex eo prouenit: ⁊ h̄ ẽ ex habilitate ſue ſubſtãtie ⁊ velocitate ſue penetrationis ad epar ⁊ membra. Cũ vero vinũ fuerit actu calidũ hora qua ſumitur penetrat in corpus ⁊ nõ elongatur multuꝫ a natura: ⁊ fit eius reſolutio velox ⁊ ante penetrat in corpus ⁊ venas q̄ꝫ ipſius cõpleatur calefactio et digeſtio: et ſimiliter res alie cũ calide ſumunt̃ nocumentuꝫ eorũ nõ eſt ita magnũ ſicut quãdo ſumunt̃ frigide: quẽ natura obuiat eis cũ diffuſione et penetratione et reſolutione. Vinũ et ſua ſubſtãtia et bonitate ſue conditionis ⁊ conuenientia ſue eſſentie ſanos efficit fortes eo ꝙ velociter prebet augumentũ in ſubſtãtia ſpiritus: ⁊ ꝑ viam iſtaꝫ addit in fortitudinẽ virtutis moderate ſumptũ: ⁊ per materiã iſtaꝫ addit in augumentuꝫ pulſus ⁊ magnitudineꝫ ⁊ velocitateꝫ ⁊ fortitudinẽ niſi in q̄ꝫtitatis multitudinẽ multiplicatũ fuerit. Scire cõuenit ꝙ vinum ⁊ omnes alie res cũ ſumunt̃ calide ⁊ frigide impediunt plura corpus quãdo inueniunt cõplexionẽ ſimileꝫ vel diſſimilẽ excedentem. verbigratia nã res frigide vt ſuccus granati ⁊ ſimilia reddunt homines fortes habentes cõdictionẽ malã calidã ⁊ oximel reddit infrigidatos ſemꝑ vigoroſos vt vult auic. auctoritate. G. capitulo de pulſu qui prouenit ex cibo ⁊ potu libro primo ꝑte ſecunda. Aqua preterea q: nutrimentũ penetrare facit quodãmodo vigorat ⁊ operat̃ in ſimilitudineꝫ operationis vini: ſed q: nõ calefacit ſed infrigidat nõ addit in neceſſitateꝫ ⁊ fortitudinẽ pulſus vt vinum. Variat̃ pulſus ex ſomno ⁊ vigilijs ex ſomno ratiõe principij ⁊ ex ꝑte digeſtionis ⁊ etiã ex parte ſomni qui fit in hora inanitionis: pulſus vero in principio ſomni ſi ſtomachus fuerit repletus fit paruus debilis ſpiſſus et ocultus eo ꝙ calor naturalis vel motus caloris naturalis tunc in principio eſt ad conſtringenduꝫ et ſubmergendũ ⁊ nõ ad dillatãdũ ⁊ manifeſtanduꝫ quẽ ipſe in hora illa totus tendit ad ocultũ: ꝓpterea q: alia mouet ip̄m ad digerenduꝫ nutriens et maturandũ ſuꝑfluitates. Et fit pulſus ꝑ h̄ aliquãdo tardus ⁊ rarus ⁊ amittit ſpiſſitudinẽ ⁊ lꝫ poſſꝫ dici ꝙ in calore accidit augumẽtũ ꝓꝑ conſtrictioneꝫ ⁊ coadunationẽ tamẽ priuatus eſt augumẽto quo dillatet ⁊ augumentet pulſuꝫ: eo ꝙ natura cũ anima retrahit ip̄m ad locũ digeſtionis ⁊ maturationis ſuꝑfluitatũ: ⁊ accidit ſimile ꝙ accidit ĩ anhelitu ⁊ pulſu ſubmerſi in aqua frigida ⁊ laſſi ⁊ eſtuati ꝓꝑ motũ nã qui ſubmerſi eſt in aqua frigida in principio habet pulſũ ocultũ ⁊ paruũ ⁊ debilẽ ecõtrario in eo qui eſtuatus ⁊ laſſatus ẽ ꝑ motũ plꝰ vero ĩ ſomno hora digeſtiõis vl̄ qñ fcã eſt digeſtio aut ẽ in via ꝯplementi reddit ⁊ fit fortis magn⁹ ⁊ apertus: eo ꝙ calor reddit ex profundo ⁊ ocultatione ad locũ ſuũ: ⁊ cũ h̄ virtus incipit augumẽtũ ex nutriente. Cũ aũt ſomnus inuenerit inanitõeꝫ ⁊ nõ inuenerit aliq̄d in ſtomacho ꝙ ad digerẽduꝫ tẽdat faciet decliare ꝯplexiõeꝫ ad ꝑtẽ infrigidatõis ⁊ ſic fiet pulſus ꝑuus tardus ⁊ rarus. Et quanto hic ſomnus fuerit lõgior ⁊ profundior erit ꝑuitas

pulſus et tarditas et raritas maior. Similiť ſom
nus modum excedens ꝓpter eius longitudinem
⁊ profunditatē addit in ꝑuitatē tarditatē ⁊ rari-
tatē pulſus: ⁊ h̄ erit ex cōgregatione ſupfluitatuꝫ
⁊ humiditatū que nō reſoluunť ſed calorem extin-
guunt naturalē ⁊ corpus ſtupidū reddunt. In vi-
gilijs variať pulſus ratione principij ⁊ longitudi
nis et ratione q: homo ſe euigilat a ſomno ꝑ natu
ſublimatũ. Aqua aũt ꝑma cuꝫ qua cõficiunt̃ tales
medicine ſic fit. ℞. calcis viue: chali gen⁹ ſalis ẽ ꝙ
repit̃ apud illos qui faciut vitrũ añ. ʒ. j. terantur
ꝑfecte ⁊ cũ eis miſceat̃. lī. j. aq̃ ⁊ dimittãt ſic ꝑ dies
tres agitãdo omni die trib⁹ vicib⁹ cũ ſpatula poſt
ea collet̃: ⁊ h̃ eſt ꝑma aq̃ de qua loq̃t̃ philoſophus
in h̃ caſu: h̃. n. medicamẽ deſicat emoꝛoydas ⁊ fi
ſtulas ⁊ vlcera ſoꝛdida ⁊ vrit vt cauteriũ. cum vero
loc⁹ veſicatus vel puſtuloſus fact⁹ fuerit abſterga
tus cum vitreolis ſale ⁊ aq̃ calida vel leuiter lauet̃:
deinde cũ terbẽtina diſſoluta cũ melle loc⁹ epithi
metur ⁊ ſic per dies tres ꝑmaneat quo remoto lo
cus cuꝫ ſale ⁊ aqua tepida lauet̃ et fricet̃ quo terſo
⁊ mũdificato epithimet̃ cuꝫ medicamine ꝙ ſic fit.
℞. arſenici citrini lapidis cũ vl' quo barberij acu
unt cultellos añ. ʒ. j. thuris. ʒ. s. terant̃ vt alcohol
⁊ miſceant̃ cũ mucillagine pſilij de h̃ medicamine
locus decies in die erit linicẽdus: ita ꝙ nihil de eo
aliqua vice remoueat̃: ſed addat̃ medicamẽ ſupꝛa
medicamẽ et ſic continue fiat vſq; ad dies tres. ꝙ
poſtq̃ tres dies ↄtinuos ſic factũ fuerit locus la
uetur cum ſale vel vitreo. ⁊ aqua tepida: ſi aũt per
h̃ nõ curaret̃ ad eũdem regimẽ redẽdũ erit donec
ſanet̃. nã tale regimẽ deſtruit eos. Aliud medica-
men valde bonũ ꝙ multotiẽs fecim⁹ ſic fit. fricet̃
locus leſus cuꝫ alumine fecũ diſſoluto cuꝫ lexiuio
omni die ſemel vſq; ad dies tres vel cũ oleo ei⁹ aut
cũ oleo de tartaro ꝑter ꝙ locus abluat̃ vel abſter
gatur cũ aliqua re in fine dieꝝ triũ in ſero lauetur
locus cũ lexiuio ⁊ farina oꝛobi vel lupinoꝝ ⁊ poſt
ablutionẽ epithimet̃ locus tot⁹ cũ vngẽto ꝙ ſic fit
℞. olei roſati. ʒ. iiij. cere. ʒ. s. ceruſe: arſenici citri
ni litargirij añ. ʒ. s. cãphoꝛe. ʒ. ij. liq̃fiat cera cum
oleo in cazola ⁊ poſt liquefactionẽ ponat̃ in ſcutel-
la vitreata: ⁊ addat̃ puluis omniũ aliaꝝ reꝝ trita
ruꝫ ⁊ cribellataꝝ ſubtiliter cũ oleo ⁊ cera liq̃factis
ꝑfecte ⁊ incoꝛpoꝛet̃ in fine addat̃ aliq̃d aq̃ roſate ⁊
aceti. Si aũt per h̃ nõ curaret̃ tãdiu redeas a ꝑnci
pio hec enim eſt via recta abſq; fallatia.

Capl'm. x. de impetigine ⁊ ſerpigine que fiunt
in facie ⁊ collo ⁊ alijs membꝛis.

Ales egritudines

t fiunt ex materia ſalſa aduſta vel ex ſan
guine ĩfecto ꝑ aduſtionẽ ſꝫ tñ eius adu
ſtio nũduꝫ finiuit ſuã humiditatẽ. Si-
gna impetiginis ⁊ ſerpiginis ſunt ꝙ ſcalpat̃ ſupfi
cies cutis ⁊ ipſa cutis etiã ⁊ naſcunt̃ in collo ⁊ oib⁹
mẽbꝛis: ⁊ ſunt cũ pꝛuritu ⁊ ardoꝛe ſerpigo ⁊ ẽt ĩpe
tigo ⁊ differũt ĩ h̃ q: ĩpetigo ẽ circha ſupficiẽ cutis
ſerpigo vero magis ꝓfundat̃ in cute et currit huc
⁊ illuc ſerpẽdo per cutẽ ⁊ vtraq; infirmitas tãtũ a
laycis appellat̃ ignis ſaluaticus vel volatica: ⁊ dif
fert illa que fit a ſanguine ab illa que fit a flegmate
ſalſo. q: illa que fit a ſanguine eſt cũ rubedine ma-
gis intenſa ⁊ ei⁹ cutis ſupficies magis humida vi-
detur cũ puſtulis humidis ꝑuis albis. ⁊ in ei⁹ ſup
ficie ↄtinet̃ aliq̃d quaſi in modũ roꝛis. Alia aũt q̃
fit a flegmate ſalſo eſt magis aduſta ⁊ cum pꝛuritu
maioꝛi ⁊ nõ cõtinet̃ in eius ſupficie ros neq; aliq̃d
in modũ humiditatis. ſꝫ eſt ſicca aduſta manifeſte
⁊ ẽ de genere albaras ⁊ ſignificat lepꝛã vt albaras
⁊ coꝛrodit radices capiloꝝ ita vt cadant.

Cura ↄueniẽs vtile erit patiẽti hãc ĩfir-
mitatẽ vt vtat̃ dieta narrata. c. de
melãcolia ⁊ vt dicet̃. c. de ſcabie ⁊ pꝛuritu: ⁊ vtatur
medicinis mũdificatiuis vt dictũ eſt illic ⁊ dicet̃ in
ſcabie. vngat̃ loc⁹ cũ adipe anatis vel galline poſt
q̃ locus fuerit ſepe ablutus ⁊ fricat⁹ cũ aqua tepi-
da decoctionis maluauiſci vel fenugreci: vel lapa
tij acuti ſcalpellet̃ locus ita ꝙ ſanguis fluat ⁊ ab-
luatur locus cũ aqua calida ne coagulet̃ in locis in
ciſis: vel ponãtur ſanguiſuge in loco ita ꝙ ſangui
nis ex loco exeat. poſt fricetur loc⁹ foꝛtiter cũ oleo
de tartaro aut cũ alumine fecũ vel fecib⁹ tãdiu ꝙ
locus veſicetur ⁊ mũdificet̃ poſtq̃ mũdificationẽ
⁊ veſicationẽ vngatur locus cũ aqua cuꝫ qua vaſa
terrea vitreãtur mixta cũ aceto: aut cũ oleo de fru
mento ꝙ ſic fit. ℞. triticũ mũdum ⁊ in piſcide vi-
treata habẽte collũ longũ ⁊ foꝛatum ponatur ⁊ pi
ſcis tota copiatur ex argilla vel terra cõfecta q̃ nõ
deſtruitur per ignẽ. vel ex terra de q̃ fiunt foꝛme
cãpanaꝝ: quo facto accipiatur vna teſtula in fũdo
cuius. ſ. in centro fundi ſit foꝛamẽ tam magnum ꝙ
colluꝫ piſcidis poſſit libere intrare. tunc vero op-
pilletur os piſcidis cum pilla facta ex filis eris ita
ꝙ frumentũ nõ poſſit exire cũ caput piſcidis fue-
rit verſum: ⁊ illa hoꝛa colluꝫ piſcidis foꝛatũ ponat̃
in foꝛamine teſte: ⁊ tũc circha colluꝫ piſcidis: ⁊ cir
cha piſcideꝫ ⁊ ſupꝛa piſcidẽ ponãtur ſtercus vaci-
num ſiccuꝫ ⁊ carbones ⁊ in ipſis acẽdat̃ ignis pau
latim ⁊ ſub foꝛamine teſte ponatur vas vitreuꝫ in
quo recipiatur oleũ ꝙ exibit ex oꝛe piſcidis opilla
to in quo eſt frumentũ. h̃ enim de ꝓpꝛietate ſanat
in petigineꝫ nouã ⁊ veterem. Aliud ad idẽ ꝙ im-
petigineꝫ ⁊ ſerpiginẽ curat. ℞. radices remiſij. vl'
lapatij acuti. ⁊ abluantur ⁊ cõtundãtur: ⁊ dimittã
tur cõtinue in aceto foꝛti: ⁊ de iſtis radicibus frice
tur locus leſus omni die in paucis diebus curabit̃
egritudo. Vngẽtũ de ceruſa cãphoꝛatũ multũ va
let ad h̃ facta mũdificatiõe loci cũ alumie fecũ: vel
oleo ei⁹ facta ſcarificatiõe loci vl' poſitꝫ ſanguiſugis

Caplm. xj. De his que clarificant ſubtiliant: ⁊ albificant faciem citrinant rubificant ⁊ eam denigrāt

Ste modus opatio

i nis plus trahit ex vſu ⁊ expimēto quā ratione: ⁊ propter h mulieres ex parte in talib⁹ multū de tali opatione nouerunt ⁊ ſciunt. Ea aūt que ſubtiliāt cutē ⁊ lucidā et clarā reddūt ⁊ dealbāt ſunt gūmere ꝯfectiones ⁊ epithimata facta ad h. Gūmera.i. ſimpiſma vel linitio habēs virtutē inſitā in ſe ſubtiliādi lucidādi clarificādi: ⁊ dealbādi ex ppꝛietate ſue cōpoſitiōis ſic fit. ℞. farine ciceris: fabarꝝ: oꝛdei ⁊ amidi: dragaganti ſeminis raffani añ pulueriзētur ⁊ ſup lapidem tādiu fricētur ꝙ fiat vt alcobol. tūc cū lacte cōſpergātur ita ꝙ fluat: ⁊ ex eis in nocte tota facies epithimetur. ⁊ mane lauetur cū aqua calida in qua viole ſicce cū furfure cocte ſint. h gūmera.i. linitio ſiue ſimpiſma ꝙ idē eſt vel medicina debet cōtinuari per longum tempus quādo quis vult ꝙ eis appareat effectus ⁊ ad min⁹ cōtinuetur vſqꝫ p x. dies. Ad idē ⁊ eſt gūmera vtilis. ℞. amigdalas excoꝛticatas: amilū ⁊ dragagātū cōterātur vltime ⁊ miſceātur omnia cū aqua croci oꝛtulani: ⁊ ex eis epithimetur facies in nocte: et in die lauetur cum aqua in qua camomilla ⁊ viole cocte fuerint. Aliud ad idē. ℞. amilū dragagātū: amigdalas dulces excoꝛticatas pulueriзatas cū lacte aſpgātur: ⁊ eis facies epithimetur: et cū ſiccari cepit remoueatur epithima ꝙ poſtqꝫ per ebdomadā vnā factū fuerit loc⁹ eſt abluēdus cū aqua calida. Aliud ad idē valde nobile ꝙ ſic fit. ℞. ceruſe. lī. j. teratur ⁊ diſſoluatur cū aqua lipida. facta diſolutiōe colleť cū pāno ſpiſſo valde ita ꝙ illa colatura recipiatur in paraſide vitreata illud vero ꝙ remanſit i petia reiciatur. colatura dimittatur p noctē ita ꝙ faciat reſidentiā in fundo paraſcidis: tūc aqua ſupnatans reiciatur: ⁊ reſidētia exiccetur optime ad ſolē: ⁊ ſit ſemp ſcutella copta cū pāno lineo mūdo ita ꝙ puluis neqꝫ aliud poſſit ſupuenire reſidētie: cū vo reſidentia exiccata fuerit cū ea miſceať tantū de amido quātum eſt reſidētia ceruſe. ⁊ tantū de dragagantis albiſſimus pulueriзatis ſubtiliť vt alcohol ⁊ reſidētie tūc ꝯſpergātur cū lacte omnia ⁊ epithimetur facies cōtinue. xv. noctib⁹: ⁊ in mane laueť cū aqua decoctiōis furfuris ⁊ violarꝝ ſiccarꝝ: h enī gūmera ⁊ ei⁹ vſus mirabiliter dealbat faciē ⁊ clarificat p ſe. res intrātes in hac gūmera abſqꝫ lacte ſolū cū aqua furfuris multū oparētur ad dealbandū ⁊ clarificandū faciē. Aqua aniſi ſiue aſiū ſic fit. ℞. radicū ⁊ foliorꝝ aſſari baccari valeriane ⁊ radicū ⁊ foliorꝝ gariofilate ⁊ betonice añ. ʒ. iij. cipi. ʒ. ij. leuiſtici. ʒ. j. floꝛentine: vel ſanſecule ꝙ idē eſt ſeu xentarole. ʒ. vj. florꝝ camomille roſarū rubearꝝ añ. ʒ. ij. florꝝ ſambuci vel beze ꝙ eſt idem florꝝ lilij. ʒ. ij. roꝛis marini. ʒ. ij. yſopi. ʒ. j. ſerpilij. ʒ. iij. gariofilorꝝ ſpice nucis muſ. cardamonij folij melegete añ. ʒ. ij. galāge macis zedoarie. añ. ʒ. j. cinamomi electi. ʒ. ij. зinзiberis cubebe añ. ʒ. ij. piſtentur omnia iſta bono modo cū ſpeciebꝰ ⁊ dimittantur in vino albo odoꝛifero per diē ⁊ noctē ⁊ poſtea diſtillētur cū alembico: vt ſit aqua roſata clarificat faciem frigidā ⁊ redolere facit: videlicet cōtra omnē egritudinē frigidā ⁊ ſpgitur ſup mēbꝛa infrigidata vt aqua roſata ſup mēbꝛa calefacta neruos infrigidatos calefacit ⁊ omnia pncipalia in frigidis ⁊ melācolicis caloꝛē ⁊ ſpiritus multiplicat ⁊ confoꝛtat. Ea autē que inducūt rubedinem in facie ſic ſiūt. ℞. ſinapis albi arſenici rubei partes equales. h trita cū lacte aſpgātur. ⁊ ex eis ebdomadā vnā facies epithimetur. ⁊ fiat epithima lene ⁊ ſubtile ne pellis excoꝛiareť. gūmera alia in hoc nobilis. ℞. croci oꝛiētalis rubee cum aqua tinctoꝛes tingunt thuris: mirrhe: maſticis añ ſuc cicepe ꝙ vocať bulbus ſiue ſcalōgnia tantū ꝙ ex eo poſſint res cōfici: ex hac cōfectiōe in nocte facies liniatur: ⁊ in die lauetur cū aqua tepida vł frigida. Medicamen rubificans. ℞. yſopi ſicci. ʒ. x. croci oꝛiētalis. ʒ. ij. зuchari. ʒ. xiij. ex eis fiat puluis de quo ſingulis dieb⁹. ʒ. ij. ſumanť comedere carnes ⁊ bibere vinū rubeū groſſū: ⁊ vti eis que ſiūt ex melle ⁊ cū aqua calida dulci lauari ſepe: ⁊ comedere vitellos ouorꝝ ſunt de his que rubificant: ſimiliter cicer ⁊ ficus ⁊ granata dulcia idē faciunt. Gūmera rubificās faciē. Accipiať de ligno ꝙ appellatur braſile: aut de radice pedis columbini: et piſtenť ⁊ buliant in aqua in qua ponať cotū: ⁊ dimittatur per horas: ⁊ poſtea extrahať ⁊ exicceť ad ſolē. cū vero cū ipſo opari volueris tāgas faciē cū ſaliua vel locū ſup quem humectatū cum ſaliua fiat fricatio cū coto rubificatio. Sola fricato cū pede columbino abſqꝫ decoctiōe ſup locū hūectatū cū ſaliua rubificaret. Citrinare faciē artificialiter ptinet ad ypocritā vel gaioſum vel fraudulētum: doꝛmire in loco vbi ſit ciminū ciminū citrinat faciem: ⁊ vti cimino in omni cibario: ⁊ odorare ciminum ⁊ linire faciē cū puluere cimini poſtqꝫ facies inclinata fuerit ſuper aquā calidā multum citrinat ſola ſuffumigatio h faceret. linire faciē cum puluere de cimino h facit. Si liniatur facies cū acetoſa mōtana citrinat moꝛari in locis calidis ⁊ aquas bibere ſtantes: ⁊ vti in comeſtione aceto ⁊ comeſtiōe luti vel crete ⁊ multum vigilare: triſtari cū ſollicitudine faciē citrinant mirabiliter ⁊ imediate doꝛmire ſup cibos in quibus ſit ciminū multiplicatū faciem citrinat. Denigrare faciem pertinet ad eos qui non delectant in oꝛnatōibus ⁊ decoꝛationibus ſicut eſt opponere ſe ſoli: ⁊ comedere ex cibis ſalſis ⁊ balneationem dimittere: ⁊ cum hoc etiā relinqre omnia que faciem abſtergunt ⁊ mūdificant comedere oꝛiganum ſepe i ſuis cibarijs ⁊ vti mirobalanis conditis faciē denigrant ſi epitthimeť foꝛtiter ⁊ ſepe facies vel locus aliqs cū pſilotro ⁊ merdaſcengi denigrabiť coloꝛ qui remoueri nō poterit niſi difficulter: ⁊ ſi talem coloꝛem remouere volueris laueť cū aceto in quo coctum fuerit vſnee vł ſtercus paſſerꝝ vel vermicularis vel acetoſa vt herba que appellať coꝛigiola vel cū herba que appellatur ſaponaria ⁊ eſt melioꝛ: aut laueť cum acetoſitate citri vel arācij vel cum lacte acetoſo: aut fricetur locus cum aceto ⁊ farina ciceris multis vicibus donec locus ad ſuam priſtinam redeat diſpoſitionem: tāgere locum cū ſucco coꝛticum nucis ⁊ ⁊ coꝛticum granatorꝝ viridium: ⁊ cū ſucco coꝛticū ligni q̄ naſcitur apud aquā quod vocať vnitiū cutim denigrat ⁊ faciem: ⁊ remouetur talis nigredo cū rebus ſuperius enumeratis: ⁊ ſpecialiter ſi locus cum vꝛina calida lexiuio ⁊ aceto ⁊ ſapone fricetur ſi tangatur loc⁹ denigratus cū oleo ⁊ fricetur cum vꝛina ſtatim remouebiť talis nigredo: ⁊ tunc in fine abluatur locus cum ſapone ⁊ aqua: comedēdo quando homo intēdit multiplicare nigredinē multum operať fames ⁊ vti rebus inmundis: ⁊ iacere ⁊ ſtare in loco imundo ⁊ vti rebus ſoꝛdidis et imundis ⁊ nō curare de ſeculo: neqꝫ de aliqua re ſeculari ⁊ munda. Gūmera aut linitio dealbās faciē ⁊ eſt magne honeſtatis ſic fit. omni ſero cū mulier vadit doꝛmitum abluat faciem ſuā cū lacte amigdalarum vel cū lacte ouium calido vel captarum vt exit ab vbere ⁊ poſtea epithimeť cum petia infuſa in ipſo que ſtet per noctem integrā ſuper faciē ⁊ mane abluať cum eodem lacte fiet decoꝛatio manifeſta in hoc multo melius eſt lac ouium vel caprinū qꝫ de amigdalis. Sciendū eſt hic ꝙ i gume

ris linitionibus ⁊ ablutionibus factis cum ceruſa
⁊ argentouiuo ſemꝑ cadit timor: nam vſus iſtoꝝ ⁊
ſimilium torturā ⁊ paraleſim ⁊ nigredinē dentiū
⁊ fetorem oris cuꝫ corruptione gingiuaꝝ finaliter
inducit abſq͂ dubio. hee linitiones per continuū
vſum effectum manifeſte oſtendunt bone bonū ⁊
male malum.

Capl̄m. xij. de his que ꝓhibet mutationē co/
loris que fit in facie a ſole ⁊ a vento.

X ſumma

huius capituli eſt facere vmbrā ⁊ fa
ciem cōtinue coperire cum pāno lineo
aut cum pāno lane humefacto cū pāno
lineo infuſo in aqua dragagāti vel pſi/
lij. Aliud ad idē. ℞. dragagāti amili gūmi arabi
ci mucillagīs pſilij mucillaginis citonioꝝ terant
⁊ miſceant cum mucillagine pſilij aut albumine oui
aut cuꝫ ſucco portulace ⁊ epithimet facies. vl' infū
datur pānus lineus in eis vel aqua ipſorum vel in
aqua vnius illoꝝ ⁊ ponat ſupfaciē in itinere. Ite
rum ſi infundat medula panis ficci albiſſimi in aq̄
frigida tādiu ꝙ bene diſſoluat ⁊ ex ea facies epithi
metur. vel ex pāno albiſſimo hora itineris epithi/
metur: vel ſoluꝫ ex albumine oui ⁊ dragagāti mul
tum defendit quodlibet iſtorum alterationem co/
loris faciei ⁊ a vento ⁊ ſole. Si autē color faciei fue
rit mutatus epithimet facies in nocte cum ceroto
ꝙ fit ex cera ⁊ oleo: aut adipe galine et farina cice/
ris ⁊ dimittat ſuperfaciē longo tempore: ⁊ poſtea
abluat facies cum aliqua ex gūmeris dictis ſuper
in decoratione faciei. Si autem dure remoueretur
color acquiſitus a ſole vel vento liniat continue fa
cies cum gūmera aliqua dealbantibꝰ ⁊ clarifican
tibus faciem ſm ꝙ ſuperius narrauimus in. c. de
decorationibus faciei: impinguari ⁊ longo tempo
re morari in vmbra ⁊ abſtinere de labore et motu
remouent colorem acquiſitum a ſole ⁊ vento ⁊ ſpe/
cialiter ſi continue facies ſit coperta cum panno li
neo mundo.

Capl̄m. xiij. de his que debent pannum faciei
⁊ letigines ⁊ vlcerum ⁊ cicatrices ⁊ veſtigia vari/
olarum.

A autē que pannū

faciei ⁊ locoꝝ ſolēt deſtruere ſunt que
leuiter cutim excoriant vt eſt epithima
quod ſic fit. ℞. ſeminis raffani vel ſe/
minis eruce vel fecis croci ortulani an̄ decoquant
omnia iſta. per feces croci ortulani intelligas reſi
dentiā quā facit aqua decoctiōis eius: ⁊ intelligas
per fecem cuiuſlibet herbe vel rei niſi ſpecifice di/
ceret fex olei vl vini ⁊c. croci ortulani an̄. decoquā
tur omnia iſta ſimul in aqua vel aliquod iſtoꝝ per
ſe donec aqua ingroſſet cuꝫ illa aqua conſpergat
puluis optime tritus et cribratus ex cinamomo et
coſto factus: ⁊ ex tali epithimate locus epithimet
Aliud. ℞. ſinapim ficus ſiccas vel virides. an̄. pi/
ſtentur: ⁊ cū eis locus epithimet cum aqua calida
aut epithimet locus cum pāno infuſo in aqua tā/
diu ꝙ locus rubeat: ⁊ cū rubeus factus fuerit tūc
locus epithimet cuꝫ rebus dictis ⁊ nō eſt negligē
dum ne pellis faciei vlceret cum epithimatibꝰ di/
ctis: nā cum dolor incipit ſtatim medicamē remo/
ueatur ⁊ locus ab epithimate quieſcat poſt quietē
redeundum eſt poſt medicamē. Aliud ad idē. ℞.
fructus arboris roſacij ſilueſtris ⁊ amigdalas ⁊ ſe
minis mellonū an̄ excorticent ⁊ piſtent: ⁊ miſceā/
tur cuꝫ equali menſura vnius illorum cuꝫ terra ar/
genti viui ⁊ fiat ex eis epithima. Aliud. ℞. lupino
rum ſeminis raffani ſeminis eruce coſti amigdala
rum amaraꝝ: baurach pipis bdelij pondera equa
liter confice ſic. diſſoluat bdelium in aqua acetoſe
montane aut in aqua ſaponarie ex qua alie medici
ne conſpergant ⁊ fiat ex eis epithima. Si abluan
tur pānus faciei cum ſapone diſſoluto in aqua cali
da ⁊ poſt cutis ablutionē vngat locus cum oleo de
tartaro vel oleo de alumine fecuꝫ deſtruit pānus
per longum vſuꝫ. Res autē que adiuuant ad de
ſtruendum letigines magnas ⁊ ꝑuas ⁊ pannum
etiā ſunt purgationes que fiunt cuꝫ pillulis ⁊ de
coctionibus dictis in. c. de melācolia ⁊ flebotomia
que eſt de vena in manu ſiniſtra inter anularem ⁊
auricularem digitum ⁊ vocat ſaluatella manꝰ ſer/
uiens ſpleni. Epithima ad lentigines magnas et
paruas ſic fit. ℞. farine lupinorum amigdalarum
amaraꝝ excorticataꝝ: baurach ſeminis raffani an̄
piſtent ⁊ cuꝫ mucillagine fenugreci conſpergant
⁊ fecis epithimet omni ſero: ⁊ mane in ortu ſolis:
facies lauetur cum aqua calida decoctionis viola/
rum ⁊ furfuris. Semper fiat ablutio cum aqua ca
lida ante poſitionem medicaminis ⁊ poſt eius re/
motionem. Aliud. ℞. farine lupinoꝝ: amigdala/
rum amaraꝝ ſeminis caulis ex his omnibus cum
lacte ficuum fiat epithima: ſi autē fiat emplaſtꝝ
cuꝫ ſapone idē operabitur: ſi tamen incipit ſapo
facere punctionem lauetur locus cuꝫ aqua tepida
⁊ vngatur cuꝫ oleo roſato vel de amigdalis. ⁊ ite/
rum poſtea ſapo apponatur ⁊ ſic fiat donec remo/
uetur. Si autem diſſoluatur armoniacū ⁊ fiat epi
thima idem facit: omnia autē epithimata vel em
plaſtꝝ vel vnctio que facit ad lentigines magnas
vel paruas vel ad pānum debet poni poſtq͂ pati/
ens exiuerit balneum aut poſtq͂ locus cum pāno
infuſo in aqua calida humectatus fuerit et calidꝰ
factus ⁊ non aliter. Si fricetur omni die locꝰ pan
noſus: vel lentiginoſus vel venoſus vſq͂ ad lon/
gum tempus leuiter ⁊ mediocriter cum alumine
fecum humectato: ⁊ poſt fricationem abluat locus
cum aqua calida: ⁊ poſt ablutionē tangat locus cū
balſamo: vel epithimet cuꝫ vngento de ceruſa vel
cum vngento citrino quod faciemus in antidota/
rio deſtruet omne veſtigium et omnis macula an
tiqua que per viam medicine deſtrui poſſit. Cica/
trices vulnerum meliorant ⁊ aplanantur ſed im/
poſſibile eſt veſtigium vulneris ⁊ variolaꝝ totali
ter remoueatur. locus vero albior: planior bene
fieri poteſt per medicinas. Cicatrices epithiman
de ſunt cuꝫ litargirio albificato cuꝫ oleo roſato ſi/
militer ſi ſepe tangant cuꝫ adipe anatis. vel anſe/
ris cicatrices cōferit ſup quas cicatrices inunctas
ponat cōtinue diaquilon: vel emplaſtrum de fer/
mento. aut emplaſtrum factū ex pane ſimilaginis
cuꝫ dactilis mixto ſuperponi debet veſtigia vario
larum deſtruunt ſm ꝙ eſt poſſibile deſtrui et re/
moueri per vſum balnei ⁊ per corporis impingua
tionem: nā veſtigia variolaꝝ cōcaua ⁊ nigra male
aut nullomodo remouent niſi nigre valde ſuperfi
ciales ſint. Epithima ⁊ vnctiones ⁊ lauatiōes que
dealbant clarificant ⁊ faciem ſubtiliant multū va/
lent in hoc ſi fiant vt dictum eſt ſuperius: ⁊ ea que
remouent etiā veſtigia vlceꝝ vel cicatrices multū
conferunt. Epithima ꝙ remouet variolaꝝ veſti/
gia ⁊ puſtulaꝝ ſic fit. ℞. merdaſengi zuchari ro/
ſati vel mellis roſati radicis cāne ſicce farine cice/
ris: oſſium vetuſtoꝝ farine rizi ſeminis mellonū
excorticataꝝ ſeminis ozimi domeſtici coſti omniū
an̄. piſtent omnia ⁊ miſceant cū mucillagine fenu
greci: ⁊ ſeminis lini ⁊ fiat omni nocte epithima ſu
per faciem ⁊ ſuper veſtigia variolaꝝ ⁊ puſtularuꝫ
Si veſtigia variolaruꝫ ⁊ puſtularum epithiment
ſepe cum oleo amigdalaꝝ in quo ſulphur dealba/
tum ⁊ ſubtiliatum fuerit diſſolutum mirabiliter
operant albedinē ⁊ planiciem. Ad deſtruenduꝫ
pannum faciei ⁊ letigines h̄ eſt valde vtile. Vngā

tur locus pannoſus ⁊ lentigines omni nocte cum oleo de nucib⁹ ⁊ emplaſtret locus cū nucib⁹ piſtatis ⁊ mane abluat locus cum ſapone molli et aqua calida ⁊ lexiuio ⁊ fiat hoc per aliquos dies. ⁊ poſtea inungant loca leſa cum litargirio albificato inuenis manifeſte effectum veritatis.

Caplm. xiiij. de his que auferunt ſanguinē mortuum vel viriditatem contingentem ex caſu vl' ꝑcuſſione in aliquo membrorum.

Quando quis percu

titur ⁊ in loco vel membro percuſſo nō remāſerit poſt percuſſionē dolor vulnus ⁊ calor. ⁊ fuerit neceſſariū viriditatem vel ſanguinē mortuū remouere ſupponantur in loco folia caulis vel raffani. aut mētaſtri viridis nā illud vltimū alijs duobus fortius exiſtit Emplaſtrum vtile ad hoc. ℞. arſenici citrini: lapidis cū quo acuunt cultelli vel raſorij añ. ʒ. s. thuris. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ incorporet cū ſucco raffani vl' mentaſtri ⁊ fiat ħ emplaſtrum ſuper locū multis vicibus: aut epithimet locus cū ſucco coriandri: aut epithimetur locus ex ſolo arſenico citrino vel mixto cum armoniaco. Si aūt fuerit in loco vuln⁹ vel calor vel dolor primo anteq̄ fiat aliud oportet vt vulnus curet vt dictum eſt in cyrugia. Si autē dolor ⁊ calor abſq̄ vulnere fuerint in loco ꝑma fiat flebotomia in parte cōtraria vel ſubtractio ſanguinis cū ventoſis ⁊ infirmus abſtineat a carnibus ⁊ vino ⁊ vtat rebus frigidis vſq̄ quo ſecurus fuerit ne locus apoſthemet: ⁊ vngat locus doloroſus ⁊ calidus cū oleo roſato ⁊ epithimet cū bolo armeno vel ſucco ſolatri vel ſucco ſemperuiue ⁊ ſimiliū vt puluere mirtilorū oleo roſato mirtis ⁊ aliquantulo aceti: cū vero dolor ⁊ calor fuerit remoti fiat vt dictum eſt ſupra ratione loci maculati et tunc redeat ad dietam vſualem.

Caplm. xv. de pruritu ⁊ ſcabie ⁊ magnis puſtulis.

Pruritus et ſcabies

⁊ puſtule ſemꝑ fiunt cū materia ſalſa q̄ fit ex cōmixtione humorū adnſtorū et humidorum equali vel inequali vincente humido in cōmixtione: vel ſicco ⁊ cum vincit humidum in cōmixtione fit ſcabies humida ⁊ puſtule. Cum vero vincit ſiccū fit ſicca cū forti pruritu Cum vero humidū et ſiccū equalia fuerint fit ſcabies in veritate que eſt humidior q̄ pruritus ſicc⁹ ⁊ ſiccior q̄ puſtule. Contingit autē ⁊ fit ſm plurimum imo ſemꝑ illis qui comedunt cibaria corrumpentia ſanguinē ⁊ qui talibus cibarijs frequenter vtunt vt ſunt caules allea: cepe: ſinapis res acute ⁊ ſale: porri: carnes ſalite ⁊ caſeus: ⁊ panis melaginus ⁊ milij: ⁊ legumina omnia ⁊ vinum vet⁹ groſſum: ⁊ quando nullomodo vel raro vtunt balneo naꝫ balneum omnem ſubcutaneā maculaꝫ remouet aut ſubtiliat: vel minuit: ⁊ accidit laborantib⁹ ⁊ multum ieiunantibus.

Signa manifeſta ſunt ex tactu ⁊ viſu ⁊ ex infirmi narratione.

Cura . ſi poſſibile eſt fiat flebotomia in manibus de vena epatꝭ ⁊ ſplenis ⁊ maxime ſi ſecundum plurimū continet ab vmbilico ſuperius. Si autem continet ab vmbilico īferius fiat flebotomia de ſaluatella in pede dextro ⁊ ſiniſtro nā flebotomia iſtarum venarū manuum ⁊ pedum purgat ⁊ remouet ſanguinem groſſuꝫ et melancolicum: a uenis ⁊ mēbris omnibus et toto corpore: ſi aūt flebotomia fieri nō poſſet ponātur ventoſe cum ſcarificatione in ſpatulis ⁊ naticis et dorſo. eo quod ſuperfluitatē ſubcutaneā ⁊ ſcabioſam bene remouebit: ⁊ abſtineat omnis ſcabioſus ab omni re ſalſa ⁊ acuta ⁊ dulci: ⁊ vtat rebus humidis acetoſis ⁊ vino limphato. Mundificet corpus ante flebotomiā: ⁊ poſt cum re que ſic fit. ℞. mirobalanorum citrinorū. ʒ. xv. celidonie. ʒ. ij. epithimi ſene fumi terre vel eius ſeminis añ. ʒ. v. ſeminis ſcariole ſeminis roſarū polipodij: abſinthij añ. ʒ. iij. coquantur omnia in. lī. iij. aque donec ad duas partes vnius. lī. aque reducant ꝑter epithimum quod in fine decoctionis debet addi: et poſt ħ omnia manibus fricata collent in qua collatura ponant. ʒ. x. terreniabin: ſi aūt terreniabin non habeat ponat pro eo zucharū roſatum vetus ⁊ talis decoctio multis ſumat vicib⁹. Sirup⁹ ad ſcabiē ⁊ pruritum ſic fit. ℞. ſene epithimi añ. ℥. j. polipodij prunorū ſiccorum añ. lī. s. fumi terre. lī. j. zuchari. lī. s. piſtent omnia groſſomodo et buliant cum zucharo in. lī. v. vini ⁊. lī. v. aque donec quaſi conſumpta ſit medietas tunc collet ⁊ reſeruet de quo omni mane ſtomacho ieiuno ſumat patiēs. ℥. iiij. abſq̄ adiuncto: educit enim materiā aduſtā ſalſaꝫ ⁊ ſic curat ſcabiē ⁊ pruritū. Pillule valētes ad ſcabiem ⁊ pruritū. ℞. aloes mirobalanorū citrinorū añ. ʒ. j. ſcamonee roſarum rubearū añ quartam. j. tertie fiant pillule cum ſucco fumi terre vel aq̄ decoctiōis eius. ⁊ eſt potio vna facta purgatiōe multotiens poſt flebotomiam vel ventoſationem ante potio talis quottidie erit ſumēda. ℞. pruna. x. tamarindorum mundatorum a ſuis ſeminib⁹ zuchari añ. ʒ. x. ſuꝑ iſta fundant due partes aque feruētis ⁊ per noctem vnam ſic dimittant tunc fricent manibus ⁊ collent ⁊ in potu dent. Si autem bulirent aliquantuluꝫ fortius operarent addant iſtis ſene ⁊ fumus terre ⁊ tunc ex decoctione ſumantur omni die. ℥. iij. Electuarium ad ſcabiem. ℞. mirobalanorum citrinorum. ℥. j. ſene fumi terre añ. ℥. s. ſucci abſinthij quantum ſufficit ad eorum conſpſionem addat huic medicine quantū eſt quarta mirobalanorum conficiat cum melle ſumatur ex hac medicina quātum eſt magnitudo auelane: ſi autē pruritus eſt ſiccus ſumat ſerum ſepe cum mirobalanis citrinis ⁊ indis ⁊ zucharo ⁊ comedat ſuccum frumenti ⁊ ordei cum zucharo mane ⁊ ſero: ⁊ ſepe poſt mundificationem vnaꝫ vel plures balneet in aqua calida in qua ſit acetum ⁊ oleum roſatuꝫ ⁊ folia apij ⁊ fum⁹ terre vel ſimilia. ⁊ poteſt ieiuno ſtomacho lac potare acetoſum. Aliud remedium ad ſcabiem ⁊ pruritum ratione mundificationis ⁊ preparationis materie ſic fit. primo abſtineat ab omnibus generantib⁹ flegma ſalſuꝫ ⁊ humores aduſtos: vtat vino limphato albo ⁊ nutriat ex carnibus edi caſtrati ⁊ piſcibus recentibus conditis cū aceto ⁊ ex carne volatilium domeſticorum ⁊ carnibus porcellorū recentibus ⁊ agnorum annualiū ⁊ vitellis ouorum. Comedat ſpinachias rapas et folia eorum ⁊ lactucas cucurbitas: ſcariolas boraginem et brodium cicerum ⁊ ſimilia et omni die in ortu ſolis ⁊ antecenam ſummat. ℥. ij. ſyrupi de fumo terre facti ex ſene ⁊ epithimo cum melle ſi ſcabies fuerit humida cum. ℥. iiij. aque calide. Si autem ſcabies fuerit cum pruritu ⁊ ſicca ſumat eundem ſyrupum factum cum zucharo in eadem quātitate ⁊ eiſdem horis ⁊ cum aqua calida: et purget ſepe cum pillulis ⁊ decoctionibus dictis ſuperius ⁊ flebotomietur et ventoſetur poſt purgationem vel purgationes: ⁊ intret balneum aque dulcis ſepe in quo ſit oleum roſatum ⁊ aliquid aceti vl' oleum de camomilla cū folijs apij ⁊ fumi terre. Pillule alie bone ⁊ vtiles in hoc ſic fiunt. ℞. aloes. ʒ. ij. ſene epithimi fumi terre añ. ℥. s. agarici. ʒ. j. ſcamonee maſticis añ. ʒ. s. mirobalanorum indorum ʒ. iij. terantur ⁊ conficiantur pillule cum ſucco fu-

miterre vel apij. doſis eſt.ʒ.ij. vel.ʒ.ſ. vel.ʒ.j. ad minus. Poſt balnea ⁊ purgationes ⁊ ſubtractionem ſanguinis fiant vnctiones. Ungentū ad ſcabiem valde bonum. ℞. litargirij: attramenti citrini añ.ʒ.ij. hoc per vnam ebdomadam dimittantur ad ſolem agitando frequenter cum ſpatula miſcendo cum aceto omni die et poſtea reponantur. Aliud ad idē. ℞. baurach coſti: ſalis: elebori albi añ.ʒ.j. ſtoracis.ʒ.vij. aceti ⁊ olei roſati quod ſufficit ad incorporandum vt poſſit ex eo inungi in balneo: et poſtq̄ corpus fuerit linitum maneat ſic et poſtea lauetur ex aqua balnei. Aliud ad idem ⁊ eſt fortius. ℞. argenti viui extincti: cathimie argenti ſcabioſe: elebori albi: alchali: litargirij: ex his omnibus cum aceto ⁊ oleo roſato mixtis fiat vngentum ⁊ in ſero vngantur membra ⁊ ſtet ſic per totā noctem ⁊ mane ingrediatur balneum: ⁊ tunc fricetur patiens cum ſaponaria vel vermiculari poſtea lauetur cum aqua calida. his factis ſuper ipſum fundatur aqua frigida ⁊ cum oleo roſato vngatur ⁊ tunc intret lectum. Aliud ad idem. ℞. axungie porci liquefacte.℔.ſ. ſalis triti in vltimo.ʒ.ij. ſulphuris.ʒ.iij. miſceantur: et ſi veles ipſum facere fortius adde cum predictis.ʒ.ſ. argenti viui extincti. Ungantur membra ſcabioſa de iſto vngento tribus diebus continue preter quod remoueatur ⁊ poſtea vadat infirmus ad balneum ⁊ fricet omnia membra ſua cum roſis ⁊ floribus camomille: ⁊ ſic faciat de tertio in tertium donec plena liberatus fuerit. Si autem neceſſe fuerit purgetur iterum ⁊ aperiantur vene que ſunt in pedibus inter anularem digitum ⁊ auricularem ⁊ ſecundum iſtā viam omnis ſcabioſus poterit perfecte abſq̄ periculo liberari.

Capitulum ſextum decimum de prohibitione generationis pediculorum ⁊ deſtructione eo⁊ qui nati ſunt.

Multiplicantur pediculi in hominibus propter immundiciam ⁊ propter mutationē aque ex multo labore. et ſudore: et multiplicatione ſordiciei propter negligentiam. ⁊ pigritiam balneandi ⁊ mutandi pannos lineos ⁊ laneos. nā in laneis magis multiplicantur q̄ in lineis: eo q̄ in laneis plures multiplicantur ſordicies ⁊ retinentur propter eorum raritatē ⁊ ſpongioſitatem ⁊ ſic cuius plus fiunt pediculi ⁊ ſepius: ⁊ ex illa cauſa deficientes pannos lineos indigent pānis mundis ſepius ⁊ balneis ⁊ fricationibus abſtergentibus aliis hominibus. Comeſtio rerum habentium malū odorem ⁊ fetentium: ⁊ ficuum viridium ⁊ ſiccarū abſque amigdalis ⁊ nucibus pediculos in omnibus hominibus multiplicat. comeſtio vero alleorum cum nucibus ⁊ amigdalis deſtruit materiam ex qua pediculi generari ſolent. conuerſatio vero ⁊ vſus cum hominibus in mundis in quibus multiplicantur pediculi dat cauſā ad pediculos generandos: viatoribus ⁊ facientibus itinera longa per terram ⁊ aquas ⁊ mare ⁊ ſpecialiter cum iacet ⁊ fricantur in alienis lectis ⁊ pannis immundis et ſi ipſi per ſe ſint etiā immundi pediculi contingunt ⁊ eueniunt imo multiplicantur. Ea autem que pediculos deſtruunt et venire non permittunt ſunt omnia contraria: et vt pediculoſi ſtudeant in vſu balnei ⁊ fricationum ⁊ rerū omnium que cutim et corpus totum abſtergunt ⁊ mundificant: ⁊ ſpecialiter circa ſuperficiem. conueniens ⁊ vtile eſt vt tales pannos mutent quanto plus poſſunt et ſint panni linei panni etiam delecto omni die mutentur ſi poſſibile eſt. Medicamen interficiens pediculos ⁊ lendines ſic fit. extinguatur argentum viuum ⁊ miſceatur cū oleo ⁊ inungatur ex eo cingulus factus ex filis laneis cum quo pediculoſus cingatur: vel quod ſuper ſe appendat. Aliud. ℞. arſenici rubei ſtafiſagrie: elebori albi: baurach ante terantur ⁊ miſceantur cū aceto ⁊ fiat inunctio. x. diebus continue et dimittantur ſic cum vngento omni die per horam: ⁊ poſtea abluat ⁊ lauetur cū aqua cali. aliō ſuffumigent panni omni die cū eleboro albo vel lupinis: aut cū ciclamine ideſt pane porcino: vel cum folijs citri. Aliud. Si ponantur folia citri vel abſinthij. vel roſarij. ſilueſtris i oleo ⁊ ex eo patiens inungatur valet quia pediculos interficit. Aliud ſi miſceatur terra argenti viui cum oleo ⁊ inungatur ex eo patiens interficit pediculos: ⁊ idem facit elleborus albus. Sola fricatio fricatio cum puluere ſtaphiſagrie fortis per membra deſtruit pediculos mirabiliter abſq̄ nocumento Sola mundificatio corporis ⁊ cutis: facta cū balneo aque decoctionis abſinthij: ⁊ cū continua alteratione pannorum lineorum mundorum alborū lecti ⁊ veſtimentorum impediret generationē pediculorum ⁊ generatos deſtrueret.

Capitulum.xvij. de his que ocultant odorem alleorum ceparum ⁊ porrorum.

Si caſeus incidatur in parua fruſtra ⁊ coquatur in oleo vł oleo onfancino in patella: ⁊ conſpergatur vndiq̄ ex puluere gariofilorum: ⁊ comedatur poſt eſum alleorum ⁊ ceparum vel porrorum remouebunt odorem illorum. gariofili ſoli ſi bene maſticentur ⁊ per longum tempus poſt comeſtionem illorum ⁊ ſimilium eorum remouebunt odorem. Idem operatur coriandrum ſiccum vel viride ⁊ eius ſucc⁹. Ruta ſi maſticetur ⁊ comedatur poſt illud idem facit. Nam ineſt ei proprietas faciendi illud. Zedoaria ſi maſticetur et comedatur et poſt illa idē facit: ⁊ ſi ſummitates rubi qui facit moras maſticentur poſt predictorum comeſtionem faciunt idem: ⁊ ſpecialiter ſi vinum odoriferum poſt bibatur non in multa quantitate. Et ſi menta vel mentaſtrum vel herbe matie maſticentur ⁊ comedantur poſt allea et ſimilia: ⁊ cum ea aliquid aceti bibatur remouet eorum odorem. Similiter ſi fabe vel lentes aſſate comedantur poſt illa ſedant eorū odorem quodammodo ſi maſticentur pars.j. cimini et per.ſ. gariofilorum et grana.iij. ſpice vel.j. muſci ⁊ trabiciantur remouebitur odor illorum et ſimilium perfecte.

Capitulum.xviij. de his que ocultat odorē vini et his que multum bibere faciunt et de leuiter ebriant ⁊ his que aleuiant ebrietatem ⁊ decuratione eius.

Quando poſt vinum maſticantur cepe: vel cepe ſimilis cum cubebis: aut coriandrū maſticare: aut comedere cepas aut napos conditos cum aceto: ⁊ bibere aliquid aceti omnia talia odorem vini remouent deprimunt ⁊ deſtruunt. Medicamen forte ad hoc. Recipe ciperi cubebe zedoarie miſceantur: ⁊ maſticentur fortiter poſt vinum ſumptum eius deſtruunt odorem. ſi comedantur poma acetoſa vel maciana q̄ idē eſt: ⁊ fortiter maſticentur poſt potum vini ⁊ cum eis aliquid ſumatur aceti odorē vini mirabiliter deſtruunt: ⁊ odorem oris reddunt bonum. Ea que valent ad multum vinum bibere dum ſunt vt ea die qua vult bibere non multum repleatur cibo neque comedat dulcia: taſſeam viridem vel albam ſorbeat cibari in eſt q̄ fit de carnibus et aqua et vocatur taſſea alba. ſi autem in eodem cibario ponatur herba vi

ridis dicet taſſea viridis ⁊ comedat micas molles in iure pingui ⁊ carnem habentem pinguedinem admixtam comedat temperate neqꝫ illa die laboret poſt comeſtionem: ſed ſtatim poſtq̃ expergefactus fuerit bibere incipiat ⁊ ſit non habēs grauedinem cibi precedentis diei in ſtomacho. Alia que ad potandum valde iuuant ſunt comedere carnes ſalitas cum carnibus noſtranis aut carnes cū caulibus imperialibus aut carnes cum lentibꝰ vel ciceribus ſumere acetoſitatem citri poſt vinū: aut ribes: aut berberis aut citonia: aut granata acetoſa vel maciana acetoſa ideſt poma noſtrana vł res ſalſas aut acetoſas auxiliantur multum ne vinum noceat. ꝙ autem retardat ebrietatem eſt medicamen hoc. ℞. ſemina caulium: ciminum: amigdalarum excorticatas. mentaſtrum: ſal. abſinthij: rutam ſiccam ameos terantur ⁊ miſceantur. ⁊ ſumātur de eo. ʒ. ij. ieiuno cum aqua frigida: ⁊ hoc habet locum ſi ille qui ſumere debet calorem non habet: nam ſi calorem patiatur nullomodo de medicamine ſumat. Aliud ꝙ coadiuuat ad bibendum et impedit vinum vt non noceat eſt comedere anteq̃ vinum ſumatur ⁊ poſt amigdalas ſalitas vel lētes ſalitas autē oliuas conditas ſale: aut capares napos conditos cum ſale et almuri. Medicamen ꝙ ebrietatem euenire facit ſic fit. ℞. nucis muſchate. ʒ. s. caſſie lignee. xilo aloes añ tertia pars. ʒ. j. mandragore ſeminis apoij. ſeminis iuſquiami añ. ʒ. j. ex his omnibus tritis trociſci informentur quorū vnus ſi cum vino diſſolutus fuerit vehementer inebriat ⁊ ſit vnuſquiſqꝫ. ʒ. s. vel. j. in pondere. Aliud decoquatur iuſquiamum magnum nigrum et cortices mandragore in aqua donec rubea fiat que ſi cum vino miſceatur vehementer inebriat. Aliud ſumatur aqua in qua decoquitur lolium ꝙ naſcitur cum frumento ⁊ miſceatur cum vino vel detur aqua in qua vſnee aut res habens mucillaginem madefacta fuerit: aut vinum in quo xiloaloes madefactum fuerit tribuatur. Aliud fortius. Recipe mirrhe: caſſie lignee opij iuſquiami omniū añ. ʒ. vniꝰ ſextam partem: ſpice: gariofilorum añ tertiam. ʒ. j. hec trita cum vino mixto tribuantur ⁊ ē vna doſis. Ea autem que manifeſte aleuiant ebrietatem ſunt acetum ⁊ aqua cum miſcentur ⁊ bibuntur: aut aqua mixta cum lacte aut ſero acetoſa multum tribuenda ſunt. Et ſi acetum ⁊ oleum roſatū ſuper caput mixta fundantur valēt. Et ſi camphora mixta cum aqua roſata naribus applicetur vel odoretur vtilitatem prebet. Scire hic conuenit ꝙ vtilius in hoc caſu eſt vomitus voluntarius vł coactus: preterea valde vtile eſt ad hoc vt manus et pedes ponantur in aqua frigida: ⁊ vt cum ſale decenter fricentur. Comedere micas panis vel bucelas infuſas in aqua agreſta vel aceto vel ſucco berberis: aut vino de granatis acetoſis multum confert. Et ſi talia comederentur cum lentibus coctis plus conferunt. Si comedantur caules aut caules imperiales cocti poſt vini aſſumptionem excedentis quantitatem: virtus vini omnino deſtruetur. Iterum ſi comedatur cepe cum aceto forti ⁊ abluātur teſticuli cū aceto ⁊ aqua virtus vini deſtruetur manifeſte ad ſenſum.

Cura ebrietatis poſtq̃ virtus vini deſtructa eſt vt incipit deſtrui ē diu dormire: ⁊ poſt ſomnum ingredi balneum ⁊ ſedere in balneo. i. ſtupha ſcilicet tēperato: ⁊ ſuper caput eius fundatur multitudo aque tepide et exeat balneum. et comedat pulos coctos conditos cum agreſta vel vino berberis vel vino de granatis: aut comedat gellatinam aut cibarium factum cum aceto. deinde vice alia dormiat ⁊ poſt ſomnū fundat oleum roſatum mixtum cū aceto ſuper caput ſpecialiter ſi dolorem capitis habuerit: ⁊ poſt hoc iterum dormiat. ⁊ ſi ſanitas crapule tardauerit bibat parum vini cum multa aqua. Multum loqui ⁊ longam incedere viam ſuauiter ⁊ olfacere oleū iuſquiami ⁊ folia ſalicis nec non roſas ⁊ camphoram ⁊ aquam roſatā nec non infundere caput in aqua tepida. ſunt de his que crapulam remouent. Aliđ ℞. ſeminis ſcariole ſeminis cauliū: berberis mūdati a ſuis granis ſumac: lentiū excorticatarum: roſarum ſpodij añ. ʒ. x. ex quibus omnibus tritis et cribratis. ʒ. iij. cum ſexta. ʒ. vnius camphore et cum. ℥. j. acetoſitatis citri aut cum ſucco mali granati acetoſi vel ſucco ribes ſunt potande. Aliud ſi trahiciatur de ſemine coriandri ſicci mixti cū equali quantitate zuchari albi quantum poteſt tribus vicibus valet. Rob ſiue ſucci qui valent ad crapule remotionem ⁊ eam curant ſunt rob de ſucco vue acerbe: ⁊ rob de acetoſitate citri ⁊ rob de ribes de berberis de granatis ⁊ de pomis acetoſis: ⁊ breuiter omnes res acetoſe valent ad iſtud. Aliud aqua in qua ſumac ⁊ tamarindi atqꝫ pruna fuerint infuſa ſumatur ⁊ cum ſucco acetoſitatis citri vel arancij miſceantur: aut granati acetoſi qui ſit eiſdē quātitatis quibus tantum zuchari quantum eſt totū addatur que omnia vſqꝫ ad ſpiſſitudinem coquanda ſunt: ex quibus poſtea quaſi ſorbendo aliquid ē ſumendum. Sollēnitas que attenditur in curatione crapule non habet locū in noſtra contracta eo ꝙ continue vtitur vinum illic ab hominibus. In terra vero ſaracenorum habet locum: eo quod faciunt beuariam temporaliter in qua bibunt vinū abſqꝫ menſura ⁊ modo: et inebriantur malomodo ita ꝙ ebrietas durat in eis per. xxiiij. horas et plꝰ. Unde cum non ſint conſueti bibere vinum magis leduntur a vino q̃ conſueti ⁊ propter hoc in eorū cura crapule maior requiritur ſollemnitas quā in xp̄anis.

Capitulum. xviij. de tumoribus qui fiunt in modum tumoris pediculi qui cito fiunt ⁊ cito recedunt ⁊ precipue quando homo ſcalpit.

b

Ec paſſio ſemper cōtingit aut propter ſuperfluitatem ſanguinis qui eſt in venis que ad ſuperficiem cutis bonitate nature expellitur: aut propter malitiam ſtimulantis materie membra ad exteriora: ⁊ differentia inter iſtos duos modos infirmitatis talis eſt quia ex prima homo manifeſtam ſentit aleuiationē in omnibus membris quamuis in ſuperficie membri infirmitatem habeat. In alia ſentit totum contrarium: videlicet grauedinem ⁊ laſſitudinem in omnibus membris infirmitatem in exterioribus ⁊ tunc ſignificat febrē continuam in futuro. Unde multum preuidendū eſt ⁊ ſubtiliter conſiderandum.

Cura primo fiat flebotomia aut ſubtractio ſanguinis per aliquam viam ſi poſſibile fuerit et poſtea mundificetur totum corpus ſi patiens ſtrictus fuerit ſecundum ventrem ⁊ egritudo fuerit ex violentia materie ⁊ eius habūdantia cum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ manna: aut purgetur cum decoctione mirobalanorū citrinorum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ ſimilium. Nutriatur cum gelladina ⁊ cibis acetoſis: videlicet cum lactuca portulaca ⁊ cucurbitis: et cum carnibus conditis cum agreſta aceto vino de granatis acetoſis ⁊ ſucco berberis ⁊ ſimilibꝰ. Bibat vinum debile limphatum cum quincuplo eius de aqua frigida. In fine vero ponatur in balneo aq̃ tepide decoctionis roſarum acetoſe et foliorū mal

ne ⁊ violarum. poſt balneū lauetur totum corpus cuz aqua roſata in qua ſit aliquid aceti albi: crociſcos de camphora vel ſpodio ſumat aliquando cuz iulep ſepe: bibat iulep aut ſyrupum roſatum cum aqua frigida aut zucharum album mixtum cū aceto ⁊ aqua roſata. aut ſuccum citri vel arancij mixtum cuz aqua frigida.

Capitulum. xx. de alaſef vel de ſudationibus. ideſt puſtulis paruiſſimis que fiunt in corpore hominis ex ſudore et aliquando fiunt in membris vt pulicis morſus.

Eſudatio vel reſudatio nō contingit neq3 fit niſi ex ſudoris multitudine tempore magni caloris poſtea fiunt in mēbris puſtule parue rubee vl' citrine. Fit autem hec egritudo ex vapore calido qui reſoluitur a materia calida colerica vel a ſubtilitate ſanguinis: ⁊ eleuatum cum ſudore ad ſuperficiem cutis ⁊ ipſam inficit.

Cura primo oportet vt totum corpus lauetur ex aqua frigida in qua aliquid aceti ponatur et infundantur panni in aqua roſata et ponantur ſuper membra et cum exiccati fuerint iterum infundantur: et ſuper loca ponantur: locetur infirmus ad iacendum ⁊ morandū in locis frigidis vel infrigidatis cum vino vel cum aqua frigida: ⁊ epithimentur loca cum aqua frigida ⁊ oleo roſato ⁊ aliquantulo aceti. Nutriatur patiens cum omnibus cibarijs acetoſis vel cum cibarijs conditis cum ſuccis acetoſis deſtruentib⁹ coleram ⁊ ſubtiliantibus ſanguinem: vel eius acuitatem. Si autem corpus fuerit repletum flebotometur vel mundificetur cum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ ſimilium poſt infrigidationē locorum epithimentur loca cuz croco ortulano ⁊ radicibus celidonie mixtis cuz aceto ⁊ oleo roſato balneetur in aqua tepida decoctionis roſarum ⁊ fricentur mēbra cum ſale alcanna et aceto mixtis. In fine vero fricentur omnia eius membra cum ſulphure ⁊ vngatur totum corpus cum oleo roſato in quo ſit aliquid camphore ⁊ aceti.

Cap̄m. xxj. de morphea alba ⁊ rubea ⁊ albaras

Differentia iſtarum ē talis: quia morphea alba fit ex materia frigida quā natura non mēbris aſſimilat in colore. Unde remanet macula alba in ſuperficie cutis. Nigra vero fit ex materia melancolicā quam natura non aſſimilat membris ⁊ ideo fit macula nigra in ſuperficie membrorum. Albaras vero fit ex eadem materia ex qua fit alba ⁊ ex qua fit nigra. ſed differt ab eis in h: quia in albaras eſt materia ꝓfundata vſq3 ad carnem et os ⁊ eſt cuz ea aliquādo pruritus: aſperitas: ⁊ ſcabioſitas: ⁊ fit tunc de genere ſerpiginis vel impetiginis. In alijs vero duabus morpheis materia non continet̄ niſi in ſuperficie cutis tantū ⁊ ſunt priuate alijs conditionibus: virtus enī expulſiua in alba ⁊ nigra eſt fortior ⁊ materia ſubtilior et paucior Sed in albaras materia eſt groſſior ⁊ virtus debilior ⁊ ꝓpter h male ⁊ cuz difficultate curat̄: imo ſecundum plurimum nullomodo curatur.

Cura morphee albe eſt: vt ſepe in aurora ad moduz nucis magne ſumat̄ de trifera minori quaz facimus. c. de his que tardant canitiem: ⁊ poſt eā vel cuz ea bibat̄ aliqd vini vel ſumat̄ de pillulis cochijs vel medicamē de turbit bis in mēſe: ⁊ poſt purgationē fricet̄ morphea alba cuz tāpno cū tapſia: ⁊ ſemine raffani: ⁊ rubea cum eleboro albo ⁊ ſinapi tritis: et cum aceto forti mixtis: aut fricetur locus multotiens ad ſolem cū ſcalonia: vel cepe tādiu q locus veſicetur: fricetur locus etiaz aliquādo cuz radice lapacij acuti contuſa infuſa ⁊ dimiſſa in aceto albo: vel emplaſtretur locus cuz ſinapi ⁊ ſtercore columbino ⁊ ficub⁹ ſiccꝫ piſtatis ⁊ mixtis ſimul. h enim emplaſtruz mirabiliter rubificat locuz. ⁊ albedinē remouet: ſi autem locus nimis inflaretur ⁊ doleret vngatur cuz oleo roſato calido. Nutriatur patiens cum carnibus aſſatis ⁊ rebus calidis: vt ſinapi alleis: ⁊ ſalſamentis. ⁊ bibat vinum non multiplicatum in quantitate abſq3 aqua. vtatur electuarijs calidis: ⁊ abſtineat habens morpheam albam ab omni re generante flegma ⁊ humores frigidos. Si incurreret dolorem capitis vel aliquam caliditatem membrorū ex vſu rerum calidarum reprimatur cum aceto vel ſyrupo acetoſo: aut cum aceto et aqua frigida ab vſu aque roſate et coitu: et a balneis aque dulcis multum abſtinere debet talis patiens: ſed ſi inueniret balnea ſalſa: vel aluminoſa ſulphurea: aut enea vtatur his ⁊ fricationibus locoruz in quibus morphea reperitur.

Cura morphee nigre primo oportet vt mundificetur totum corpus et regatur regimine ⁊ dieta dictis in capitulo de melācolia. Si autem corpus eſſet carnoſum et pingue: et rubeum fiat flebotomia de ſaluatella manus ſiniſtre ⁊ pedis ſiniſtri: locus vero fricetur cum ſapone ⁊ aqua calida ſepe: ⁊ ingrediatur balneum ⁊ vtatur regimine humectante. epithimetur etiam locus cum ſemine raffani et eleboro albo ⁊ ſemine eruce ⁊ aceto: ⁊ preter hec omnia remedia que valent ad pannum faciei ſunt vtilia et conuenientia in caſu illo et fieri debent ſi fuerint neceſſaria.

In cura vero albaras eſt attendendum q omnis morphea vel albaras que non rubet de facili quando fricatur vel cum acu pungitur ſanguinez non emittit eſt difficilis curationis vel incurabilis econtrario in contrarium. preter hoc albaras ⁊ omnis morphea dat ſignificationem ad lepram de futuro. primo conueniens eſt. vt fiat vomitus quaſi omni die: ⁊ mundificetur corpus cuz medicamine de turbit: vel cum pillulis cochijs: aut fetidis: vel ſtomaticis alkindi: ⁊ vtatur electuario de anacardis: aut tyriaca ſemel in ebdomada. Regatur habens albaras cum dieta deſicatiua. videlicet cum rebus ⁊ carnibus aſſatis ⁊ cuz ſinapi et ſalſamentis ⁊ vino veteri ⁊ in quantitate pauco: ⁊ ſicla. vtatur carnibus auium ſilueſtriuz: ⁊ rebus calidis deſicatiua: et ſpecialiter ſi corpus humidum fuerit ⁊ pingue. Si autem corpus extenuatum fuerit vtatur rebus humidis boni nutrimenti vt dictuz eſt. c. de melancolia ⁊ vino limphato. Epithimetur albaras cum re que ſic fit. ℞. tapſie. portulace agreſtis: vel lactarole: ſtafiſagrie: vel radicū tampni: ventriū cantaridaruz an̄ partes equales hec omnia piſtata miſceātur in aqua in qua rubea fuerit cocta. ⁊ poſtq3 locus fuerit fortiter fricatus cum cepe vel cum ſcalonia ponatur ſuper locum ⁊ dimittatur tamdiu quod locus fuerit manifeſte alteratus vel vlceratus vel veſicatus: tunc ſi tota albaras deſtructa fuerit cum ſuis radicibus bonuz erit ⁊ tunc debet curari cum conſolidantibus ⁊ dātibus colorem loco: vt eſt color naturalis cutis de quibus inferius dicemus. Si autez de malitia aliqd remāſerit cōtinuet̄ fricatio cū cepe ⁊ ſinapi ⁊ rebus vlcerantibus ⁊ veſicātib⁹ donec tota malitia ſit remota: vlcerat̄ ⁊ veſicat̄ locus cū ſucco anacardi quādo locus cū eo fricat̄ corodit̄: veſicat̄: quādo fortiter fricatur cum alumine fecum alleis et

aceto: et ſumⁿmū ꝙ poteſt fieri in h̄ caſu eſt tāgere
locum cū ferro ignito. Si autez albaras fuerit in
loco in quo ventoſe ſolent poni ſubtrahatur ſan-
guis ex loco: et poſtea inungatur ex litargiro albi
ficato ꝙ ſic fit. Teratur litargiruz ⁊ admiſceatur
cum oleo roſato ⁊ exiccetur ad ſolem: ⁊ cū exiccatū
fuerit ībibatur cū oleo roſato ⁊ exiccetur ad ſolem
et cum exiccatū fuerit itez teratur et ībibatur cuz
oleo roſato et exiccetur ad ſolem ⁊ tādiu ſic fiat do
nec litargiruz ſit albificatū ⁊ ſic cum iſto epithime
tur locus in quo albaras facta eſt propter apposi-
tionem ventoſaꝝ remoto ſanguine qui eſt in loco
cum ventoſis dealbabitur iteretur hic modus rec
tificationis loci leſi per ventoſas multotiens ſi ne
ceſſarium fuerit ponendo ventoſas ſuper locū vn
gento ſepe vel epithimando ipſam morpheam cū
litargirio albificato. Illud ꝙ plus valet in remo-
uendo panū ⁊ morpheam albam et nigram ⁊ rube
am eſt fricatio vel epithimatio temperata cū lacte
ficuum vel foliorum eius ad quā poſt excoriationē
loci ſequitur inunctio cum litargirio abluto. De
his que habent rectificare locū vbi erat albaras ⁊
tingere ſm rubedinem vel nigredinem vel conſo-
lidare eſt h̄ ꝙ ſic fit. ℞. cere rubee: mirrhe: fecis vi
ni aluminis roze an̄ terantur et miſceantur: ⁊ locꝰ
ex iſtis tādiu fricetur multis vicibus donec patiēs
anguſtietur: h̄ enim locum tingit et eius tinctura.
xx. manet diebus. Aliud ſi epithimetur locus ex
rubea mixta cum aceto valet. Aliud fiat epithima
ex rubea et tapſia mixta cū aqua in qua braſiliū fu-
erit coctū idē operatur. Ultimum remediū ad al-
baras ſi curari poteſt poſt excoriationē ⁊ remotio
nem albaras cum rebus veſicātibꝰ ⁊ vlcerantibus
aut cum ferro ignito ſic fit. ℞. litargirij albificati
ʒ. iij. rubee tinctorum braſilij an̄. ʒ. j. s. teranꞇ iſta
duo ⁊ miſceantur cum litargirio albificato: ⁊ cum
his miſceantur ita vt fiat liquiduz de aqua in qua
braſilium fuerit coctuz: vel creta rubea de iſto om
ni die locus excoriatus vſqꝫ ad curationem epithi
metur. Dicitur ꝙ ſi albaras vel aliqua ex morphe
is omni die epithimetur cum ſanguine ſerpentis
nigri ꝙ de proprietate hic ſanguis curat: ⁊ remo-
uet albaras et morpheam: de quo noſtro tempore
non ſciuimus veritatē ⁊ deus melius nouit.

Capitulum. xxij. de lepra.

Ec infirmitas fit ⁊ prouenit ex expſſione colere nigre: vel melancolie in toto
corpore: ⁊ corrumpitur cōplexio mēbro
rum ꝑ h̄ ⁊ ipſorum forma: ⁊ aliquando
continuitas: ita ꝙ corroduntur membra aliquando
⁊ cadunt: caſu qui fit ab vlceratione ⁊ aliquādo fit
ꝙ nō vlcerantur ⁊ fit quaſi ſicut cancer ↄmunis to
ti corpori. Cauſa materialis huius egritudinis eſt
melancolia naturalis cū cōculcatur in mēbris pre-
ter naturam: ⁊ aduritur abſqꝫ ꝙ putrefiat: ⁊ me-
lancolia generata ex alijs humoribus ꝑ viam adu
ſtionis et eſt impoſſibile vt fiat hec infirmitas niſi
ex materia reducta ad genus melancolicū per viā
aduſtionis aut ex ipſa melancolia naturali aduſta:
apparet manifeſte ꝙ in iſta egritudine leditur cō-
plexio cōpoſitio et continuitas: ⁊ quando hec mate
ria expellitur ad membrū vnuz facit accidere duri
tiem: aut ſephiros: aut cancrū: per ſephiros intel
ligas duritiem melancoliā abſqꝫ ſenſu ⁊ caliditate
⁊ fit preter ꝙ circha ſephiros apparent vene ni-
gre: vel virides circundantes ipſum plene ſangui
ne melancolico aduſto que apparent in cancro. Et
ſi fuerit hec materia aduſta ſubtilis facit accidere
eſthomenum. Et ſi expellitur hec materia ad ſuper
ficiem cutis fit impetigo: vel morphea nigra: vel
albaras ⁊ ſi ſpergeretur per totū corpus ⁊ putre-
fieret faceret febrē melancolicā ⁊ ſi nō putrefieret
⁊ ſpergentur per totū corpus ⁊ corrumperetur in
natura ſui: ita ꝙ nō regatur a natura ⁊ cōculcatur
in membris omnibus fit ex ca lepra manifeſte ſpe-
cies cuius omnes ſunt quattuor: ſed modi iſtius in
firmitatis particulares ſunt īfiniti: ſicut modi qui
bus aduruntur humores: et reduci poſſunt ad ge-
nus melancolicū per viam aduſtionis. Aſſignan-
tur in lepra cā primitiua antecedens ⁊ coniuncta.
Cauſa primitiua in lepra eſt comeſtio omnis rei ge
nerantis melancoliā: vt eſt comeſtio vel vſus len-
tium ⁊ omniū leguminū ⁊ porroꝝ ⁊ carniū ſicca-
rum et cauliū ⁊ caſei ⁊ fungorum ⁊ tartufularum ⁊
aceti et carnium ſilueſtrium ⁊ ſpecialiter leporis et
vulpis ⁊ lupi: ⁊ conuerſatio ⁊ vſus cum leporis: et
nimius coitus: ⁊ nimia abſtinentia ab eodē: eo ꝙ
ſupfluus coitus ſanguinez turbat ⁊ corrumpit ni-
mia vero abſtinentia congregat ſperma quo agre
gato corrumpitur ⁊ in venenuz mutatur ⁊ inducit
melancoliā ⁊ lepram. Ex coitu cū muliere mēſtrua
et incipit cum pulſu cordis et ſincopi et cōuertitur ad
mortem et non oportet vt negligatur propter lenita
tem ſitus eius quandoqꝫ eſt mal. veneni. Primo cu-
ratur cum cauterio et medicinis vniuerſalibus ad ve
nenum cum tiriaca et attractione ſanguinis ex loco
cum ventoſis. et ſumat ſepe aquam lactucarum et ci-
coree et aquam ordei et omnia extinctiua caloris: et bi
bat vinum debile limphatum multum cum aqua veri
frigoris. et bibat vinuꝫ de granatis. vel ſuccum de po
mis acetoſis cum aqua frigida. Tiriaca bona ad hoc
ſic fit. ℞. corticum radicum caparorum gentiane ab
ſinthij ariſtologie rotunde. añ. cicoree ſicce. ʒ. iiii. terā
tur et miſceantur et fit eius doſis. ʒ. ii. cum aqua deco
ctionis cicoree. Aliud ad idem. ℞. cicoree ſicce. ſo-

lionum malorum acetoſorum. coriandri. an̄. partes eq̄
les datur de eo cum aqua predicta quantum tribꝰ di-
gitis ter capi poteſt. ſi autem accideret calor fortis vł
inflatio extinguatur cum ſuco fructuum acetoſorum ⁊
aqua frigida: vel cum eiuſdem ſuccis ⁊ aqua frigida
⁊ camphora ⁊ curetur cum aqua endiuie: ⁊ ſi mingeret
ſanguinem curetur cum medicinis ad mictuꝫ ſangui
nis: ⁊ ſi apoſtemetur lingua fiat flobotomia ⁊ in mictu
ſanguinis ſimiliter. in principio circa vulnus fiat epi-
tima cum bolo armeno vel oleo roſato ⁊ aqua roſata
⁊ aliquantulo aceti.

Rutella mordet vt ſcorpio ⁊ algerat ⁊ videtur
ꝙ ſit nature eiuſdeꝫ ⁊ malitie illorum duorum ⁊ eſt ani
mal ꝙ aſſimilatur paruo araneo ⁊ vocatur phiphyr.
i. rapax ⁊ ſolet muſcas venari ſitu vero magno araneo
⁊ habenti longos pedes aſſimilatur. Species autem
rutelle ſunt ſex rubea viridis ⁊ depicta ſiue que eſt va
rij coloris alba lucens ⁊ citrina ex morſu rubee ſequi
tur dolor fortis in loco morſus: ⁊ totius membri ⁊ ven
tris ſtrictura. ſed ex morſu que eſt coloris viridis eſt ꝑ
uus dolor cum pruritu qui vehementer ſedať ex mor
ſu eiꝰ qui ē varij coloris vel q̄ eſt depicta ſequitur do
lor fortis in toto corpore frigiditas ⁊ tremor. Ex mor
ſu vero albe ſequiť dolor puꝰ ⁊ pruritꝰ ⁊ vētris fluxꝰ.
Ex morſu vero eius q̄ ſuper dorſum hꝫ lucētes lineaſ
⁊ vocatur lucens ſequitur paruus dolor ⁊ pruritus at-
qꝫ ſtupor: ⁊ relaxatio totius corporis: ſed ex morſu eiuſ
que citrina eſt habens ſuper ſe vilos accidūt dolor for
tiſſimus ⁊ tremor atqꝫ ſudor ⁊ inflatio ventris. Cura
omnium equaliter eſt vt infirmus ſedeat cum mem-
bro leſo in aqua calida donec dolor ſedetur: nam cum
in aqua per vnam horam quieſcet: ⁊ cum ex aqua exie
rit dolor reuertetur iterum ⁊ cum dolor quieuerit per
viam iſtam locum ex aqua in qua multum ſalis fue-
rit reſolutum line ⁊ laua ⁊ tunc corpus calefac patien
tis ⁊ fac ipſum in egredi balneum ⁊ ſudare ipſum in
eo multotiens per dies aliquos ⁊ poſtea pone ſuper
locum emplaſtrum ꝗ ſic fit. Reci. cineris ligni ſicci:
calcis: ſalis alchali vel ſalis ſimpliciter an̄ conſpergā
tur vel incorporentur ex aqua calida ⁊ ponatur ſuper
locum. dentur. ʒ. ij. nigelle patienti ⁊ erit vtile. Aliud
ad idem. Re. nigelle. ʒ. x. dauci cimini an̄. ʒ. v. ſemi-
nis iuniperi gallarum cipreſſi. an̄. ʒ. iij. ſpice inde ba-
charū lauri ariſtologie rotūde carpobalſami: cinamo
mi: gentiane plantaginis ſeminis apij. an̄. ℥. ij. terātur
piſtentur ⁊ ꝯficianť cuꝫ mele ⁊ detur de eo ad magnitu
dinem nucis cum vino veteri: vel cum nouo purifica
to idem. idem operatur medicamen factuꝫ cōtra ſcor
piones dictum ſuperius ꝙ fit de oppoponaco ⁊ mirra
⁊ alijs rebus.

Ad puncturam veſparum aranearum: apum for
micarum volantium: ſtellionum: lacertum ⁊ pedicu-
lorum qui vocantur piatoni ⁊ vermium habentium.
xl. pedes: ⁊ ſalamandre ⁊ ſcorpionis marine ⁊ aranee.
marine ⁊ rane rubee. Cōmunis operatio contra pun-
cturas omnium paruorum animalium ⁊ vermium ē
illa que dicta eſt in cura morſus ⁊ puncture ſcorpioniſ
ſimpliciter ⁊ in cura rutellarum videlicet cum tiriaca
communi ⁊ tiriacis factis in punctura rutella ⁊ ſcor-
pionum. Cura propria vnicuique vermium narra-
torum trahitur ex proprijs ſignificationibus cuiuſli-
ber verbi gratia ex morſu veſpe ⁊ apis accidant dolor
⁊ rubedo: ⁊ apoſtema in loco ſed inflatio aliqua ⁊ in pū
ctura magnaruꝫ ⁊ aliquando timor: ⁊ perditio aliquā
do ⁊ in paruis: ſed faciunt veſicas in loco manifeſte: ⁊
lingua grauatur ex eorum morſu aliquando ⁊ aliquan
do fit ſpaſmus propter hoc.

Et eſt differentia manifeſta inter puncturaꝫ veſ
perum ⁊ appum quia veſpa mordet ⁊ pungit preter
ꝙ dimittat aculeum apes vero parua dimittit aculeū
vnum: ⁊ apes magna ſiue habens caput magnum di-
mittit aculeos plurimos quandoqꝫ. Cura conueniēs
vtriſqꝫ eſt ſtatim ſuper locum morſum ponatur ſuccꝰ
ſanſuci: vel piſtetur coriandrum ⁊ ponatur ſuper lo-
cum: ⁊ ſumat patiens res frigidas per os. ſ. ſuccuꝫ la
tucarum ⁊ ſimilium ⁊ vinum granatorum ⁊ berberis
⁊ fiat emplaſtrum ſuper locum cum maluis violis ⁊
roſis ſucco citrulorum ⁊ ſimilium: accipiatur lenticula
aque ⁊ piſtetur cum aceto ⁊ ponatur ſuꝑ locū ⁊ vide-
bis mirabile: ponatur iterum pānus infuſus in aqua
frigida ⁊ aceto: ⁊ erit vtile valde: vel in quibus diſſol
uatur opiuꝫ ⁊ ſene ⁊ iuſquiamū aliquid camphore cuꝫ
ſuccis lactucarum ⁊ ſolatri ⁊ erit conueniens. Aliud
bonum conueniens eſt vt ponatur membrum morſuꝫ
in aqua calida: ⁊ dimittatur per horaꝫ deinde permu
tetur ſubito ad aquam frigidam ſalſam mixtam cuꝫ
aceto. ſtatim remouebitur dolor fricetur ſtatim locuſ
cū ſaliua ⁊ aceto poſt puncturam ſedabiť dolor ⁊ nō fi-
et apoſtema neqꝫ inflatio.

Ex puncturis araneorum aliquando conſequun
tur ſena accidentia ita ꝙ extremitates infrigidantur
⁊ cutis oppilatur: ⁊ erigitur virga ⁊ tenditur ⁊ imple
tur venter ventoſitate. Curatur eorꝫ morſus cuꝫ ruta
ſicca: ⁊ ciperis contritis quando datur cum vino: ⁊ ē
conueniens vt patiens ſudet in balneo: ⁊ poſt balneū
ſumat tiriacā: ⁊ bibat vinū calidū tota die paulatim
⁊ non ſubito.

Formica volans eſt in iudicio cura apum: ſed eſt
longior ea: ⁊ habet aculeum ⁊ pedes longos araneales
citrinos longiores pedibus veſparum ⁊ cingulum hꝫ
citrinum ⁊ non eſt ei de ingenio ad fabricandum ha-
bitaculū ſuum ꝙ eſt in veſpiſſimo fabricat habitaculū
ſuum de luto habente orificia lata ⁊ facit pilos vt ara
neuſ: qui cum egrediuntur de cauernis ſuis incedunt
ambulatione aranei ⁊ eſt de iudicio veſparum ſecun
dum quodam ⁊ propter hoc cura eius non variatur
a cura veſparum ⁊ apum.

Stellio ⁊ lacerta quando mordent dimittunt in
loco morſus dentes paruos ſubtiles ⁊ nigros: ⁊ non
ceſſat dolor puncture donec auferantur dentes cū ſeta
vel cum aliquo ingenio: nam poſt extractionem den
tium ſedatur dolor: ponuntur quādoqꝫ cinis ⁊ oleum
ſuꝑ morſurā calida valde ⁊ ſedatur dolor ⁊ extrahūť
dētes ⁊ ſi comedať cicorea ⁊ ponatur piſtata ſuper lo
cū ꝓfert detur etiaꝫ in potu tiriaca rutelle ⁊ erit bonū.

Animal habens pedes. xl. ꝙ quandoqꝫ antecedit
in itinere ſuo ante ⁊ q̄ndoqꝫ retro cedit habet venenū
vt diciť ⁊ habet. xx. pedes in qualibet parte ⁊ diciť ꝙ
eius longitudo eſt qꝫqꝫ vſqꝫ ad vnū palmū. Curatur
morſus eius cum ſucco affodillorū vel cū ſale ⁊ aceto.

Dicitur ꝙ de ſalamandra ab antiquis ꝙ eſt beſtio
la ſimilis lacerte habēs quatuor pedes ⁊ eſt curte cau
de ⁊ penſant quidam ꝙ ipſa nō aduritur ⁊ ſi proiicia
tur in igne imo ignem extinguit ſed veritas ſenſualis
cū ratione nō manifeſtat hoc. ⁊ accidunt ex morſu eiꝰ
dolor vehemens ⁊ inflatio in corpore: ⁊ grauitas in li
gua ⁊ punctio ⁊ tremor ⁊ ſtupor. Et fit quādoqꝫ i mē-
bro nigredo rotunda cum caſu membri. Curatur cum
raſina ⁊ melle quando ſumuntur in potu cū decoctio
ne camepiteos ⁊ decoctione foliorū lilij: vrtice ⁊ olei
⁊ quidam dant in illo caſu ranas decoctas ⁊ ius earꝫ
⁊ ponunt carnes ſalmandre pro emplaſtro ſuper eius
morſuram ⁊ teſticulum campeſtrem ⁊ folia rute.

Ex morſu ſcorpionis marini accidit inflatiō vē
tris ⁊ forma ydropis: ⁊ quandoqꝫ accidit exitus ven-
toſitatis abſqꝫ dolore.

Cura eius eſt ſicut cura rutelle ⁊ cura cōis dicunt
ſapientes quod aranea marina eſt maligna valde. qꝛ
inuadit animalia ⁊ corpora: ⁊ ſalit ad ea ex lōginquo vt
ea mordeat. Et ſi mordere n̄ pōt ſufflat ad ea nociuā ſuf
flationem ⁊ accidit ex morſu eius apoſtema magnum
⁊ velox perditio quandoqꝫ. Cura morſus eius cum ti
riaca magna ⁊ cura communi proprie. ſi aliqui ver-
mes ſint venenoſi de quibus non ſit facta mentio.

loco illo curantur abſq dubio eorum venena cum cura communi vel aliqua cura propria dicta tractatu illi⁹: ⁊ deus melius nouit.

Capitulum. vj. de mineris que in potu ſumuntur et operantur vt venena.

m Ateria nocendi et interficiē di inuenitur in mineris:⁊ maxime ĩ quoſdā lapide qui aſſimilatur corallo quia dicitur q. ℥.ſ. eſt interficiens:⁊ operatur tota ſui ſubſtantia vt napellus:⁊ ſecundum hoc eſt de venenis vltimis ⁊ veris ⁊ accidit ex potu ei⁹ et accidit ex potu napelli. Cura eius eſt vt vomat cum oleo ⁊ nucibus ⁊ cū decoctione ſeminis napi ⁊ butiro ⁊ q poſt vomitū ſumat tyriacam magnam: ⁊ vinū diamuſcum ⁊ diamargariton. ⁊ radices ceparis conferunt in hoc valde.

Argentum viuum quando bibitur non leditur ex eo bibens eo q egreditur cum diſpoſitione ſua ad inferiora:ſed quando funditur in aurē accidit dolor vehemēs ⁊ commixtio rationis:⁊ quandoq perducit ad ſpaſmū epilenſiam ⁊ appopleſiam propter leſionem ſubſtantie cerebri cum frigore eius ⁊ commotione ⁊ ipſius permutatione. Sed extinctum ⁊ ſublimatum eſt nociuum ⁊ inciſiuum ⁊ inducit puncturam ⁊ tortionem inteſtinorum: ⁊ deambulationem ſanguinis ⁊ grauitatem lingue ⁊ ſtomachi ex ſubtilitate quam acquiſiuit ex artificio cum ſua mala frigiditate ⁊ apoſtematur corpus ⁊ retinetur vrina ⁊ non extinctum frigiditate ſua actuali ledit ſtomachum ⁊ inteſtina cum dolore ⁊ tortiōe anteq egrediatur per inferiorem regionem. Cura eius eſt bibere vinum cum aqua mellis ⁊ ℥.iij. myrrhe vna vice poſt aliam multotiens ⁊ facere cliſtere cum eiſdem rebus ⁊ baurach ⁊ poſt illud adhibere ei ea que conferūt in raſura inteſtinorum vt dictum eſt capitulo flux⁹ vētris:⁊ cum hoc addere ea que cor confortant. Quādo autem in aurem fuerit inf.ſum oportet vt patiens ſaliat ſuper pedem illius partis inclinando aurem verſus terram ſecundum q poſſibile fuerit:⁊ non intromitatur aliud neq radius in aurem cauſa colligendi argētum viuum:quia cum non poſſit colligi acquirit conditionem ex commixtione rei intromiſſe vt magis interiora verſus cerebrum penetret:quia fit error in eius cura per viam intromiſſionis:nam ſolus ſaltus cum auris inclinatione ſufficit ⁊ ſpecialiter in principio rei

Ex potu litargirij accidit vt apoſtemetur corpus patientis ⁊ lingua eius grauatur:⁊ ſtercus ⁊ vrina non retinetur:immo ſuperfluit fluſus ventris ⁊ vrīe ⁊ ſentit grauitatem in inteſtinis:ita q egreditur anus ⁊ fit raſura ⁊ fit inflatio in capite longaonis.⁊ erit a ventre eius quaſi glandula lapidea:⁊ fiunt dolores ⁊ accidentia ſicut yleos:⁊ fit color corporis ſicut color plumbi vel limatura plumbi. Cura introducatur vomitus cum baurach.⁊ cum decoctione ſeminis apij aneti ⁊ ficus. ⁊ ſumat poſt vinum.℥.iij.myrrhe cum vino aut ſpica celtica cum fimo columbo bibentis vinum: quia curat B de proprietate:⁊ oportet vt ſumat yſopum abſinthium aut ſemen apij aut ſeminis piper cum vino aut pondus.℥.j.myrrhe cum pondere.℥.ſ. piperis donec ſudet:⁊ dantur. vj.uel.iiij.grana ſcamonee in aqua mellis ⁊ vtatur cibarijs factis ex carnib⁹agni edi ⁊ ſimiliū ⁊ vtatur aperitiuis ⁊ prouocatiuis ⁊ ſolutiuis ⁊ quando per ſe abſq violentia emiſerit vrinam ⁊ ſtercus eſt ſignum liberationis.

Ex ceruſa quando bibitur vel intrat per anhelitum accidunt corporis albificatio lingue:⁊ membrorū mollificatio:⁊ fit tuſſis ⁊ ſingultus ⁊ permiſcet ratio:⁊ corpus infrigidatur cerebrum exiccatur ⁊ fit ſincopis ⁊ fit in ventre punctura ⁊ mordicatio in ſtomacho.⁊ in gutture ponticitas ⁊ aſperitas in lingua ⁊ in ore ſtomachi dolor ⁊ ypocundrijs ⁊ albificantur color corporis ⁊ mingit infirmus quandoq nigrum ſanguinem. Curatur quando infirmus comedit ſiſamum vel ſemen lini et bibit vinum purum ſuper ipſum ⁊ non permittat dormire ⁊ bibat aquam mellis cum. vj.granis vl.iiij.ſcamonee ⁊ prouocantia vrinam ⁊ prouocetur vomitus cū oleo delilio vel de aneto:vel de camamilla vel de ſpica ⁊ cliſterice ſepe cū cliſteri lenitiuo:⁊ cū oleis fiat in omnibus vt dictum eſt ſuperius in cura ei⁹ qui ſumpſit litargiruȝ.

Quando aliquis ſumpſit gipſum accidit ei illa que accidunt ei qui ſumpſit ceruſam: Sed maior fit ſtrangulatio ⁊ malus anhelitus in ſtomacho q in illo. Curat cum cura ceruſe vel cura fungorum.⁊ poſt hoc ſumat in potu mucillaginem fenugreci ⁊ ſeminis lini ⁊ malue ⁊ radicum maluauiſci ⁊ pſilij ⁊ mundificetur ſepe cum ſcamonea ⁊ aqua mellis vt dictum eſt ſuperius:⁊ ſi fieret acraſio inteſtinorum curetur vt dictum eſt ſuperius i fluxu ventris de proprietate curatur yſopo ⁊ cinere extremitatum vitis.

Ex vziſure ⁊ almagra accidit q accidit ex argento viuo:ſed accidit quoq ſolutio ventris plurima ex iſtis. Cura argenti viui extincti eſt eadem cum illis ⁊ in fine fiant ſorbitiones ex brodio gallinarum ⁊ auium pinguium.

Ex potu limature ferri vel ſquamarum eius fiunt vehemens dolor ⁊ mordicatio fortis in gutture ⁊ inciſio in viſceribus ⁊ vlcera ⁊ vomitus. Cura dare conuenit lac cum eo q ſoluit cum fortitudine vt eſt puluis pillularum fetidarum vel ſtomaticarum ⁊ poſt illud ſumat butirum crudum ⁊ coctuȝ tam diu donec diſpoſitiones male ſedentur ⁊ aſſ ducitur effuſio olei roſati et olei violati ⁊ de ſalicibus mixtorum cum aceto ſup eorum capita ⁊ quandoq patiens ſumat aliquid ex magnete vt agregetur illud q ſeparatum eſt ſuper ſeipſū deinde conſequenter adhibeātur ſolutiua ⁊ datur quādoq de magnete infirmo.℥.j.in potu ⁊ poſt illō ad ſorbendum vnra vnctuoſa lubricantia cum butiro cocto vaccino vt fiat ſolutio ventris ſi fuerit deſcendens. Uel vt euomat ipſum cum eis ſi in ſtomacho ad hoc fuerit.

Azinzar ideſt ziniar vel viride es ⁊ calx ⁊ arſenicum faciunt vehementem puncturam ⁊ mordicationem in gutture ⁊ inciſionem in viſceribus ⁊ vlcera ⁊ vomitū ⁊ accidit oris ſiccitas ⁊ dolor in ſtomacho ⁊ ſolutio vētris cum ſanguine:⁊ vrine difficultas ⁊ egredit cū vrina quandoq ⁊ proprie calx ⁊ accidit frigus extremitatum ⁊ ſincopis ⁊ exiccatur lingua ⁊ accidit prefocatio. Cura vomat primo cum oleo aliquo in aqua calida:⁊ nuces maſticet:⁊ poſt vomitum ſumat iulep vel ſyrupum violatum cū aqua calida:⁊ poſt illud ſumat decoctionem ſeminis lini vel rizi vel eruce: vel ſuccū malue cum melle ⁊ continue ſumat lac ⁊ mucillagines viſcoſas.

Cura gipſi ſunt iura pinguia ⁊ adeps ⁊ proprie cū maluis:⁊ curatur proprie calx cum cliſteribus vnctuoſis leniuicatiuis ⁊ q valet in hoc eſt vrina aſini ⁊ ℥.j.fellis gazeli ideſt capreoli quando datur cū aqua calida.

Accidit ex potu aluminis ⁊ dragagāti tuſſis vemēs perducens ad ptiſim. Cura eorum eſt continue aſſumere lac aſininum ⁊ potare butirum crudum ⁊ zucharum ⁊ ſyrupum de yſopo ⁊ ſimilia.

Capitulum. vij. de plantis ⁊ herbis calidis venenoſis que in potu vel comeſtione dantur.

n Apellus eſt herba que preter hoc q ſit calida venenum habet ex propria natura quo interficit animalia ſubito.o quam parum cōfert tyriaca magna ſeu tyriaca andromaci cum ſuum venenum:immo multotiens nihil confert. Accidit autem ex potu eius vt labia potantis apoſtemetur:⁊ eius lingua:⁊ egrediuntur oculi ⁊ fiunt ſuper ipſum vertigo ⁊ ſincopis ⁊ tenaſmon ⁊ raro euadunt q ex ea ſumunt qn in ethicā cadāt aut ptiſim ⁊ ſi ſagitte imbibuntur ex ſucco eius interficiūt quem

inueniunt ſtatim. Cura ſecundum ꝙ eſt poſſibile fieri ſic ſit preparetur patiēs ad vomendum cum decoctiōe ſeminis napelli ⁊ detur in potu viſum ⁊ butirū vacinū coctum multiplicando potum poſt potum. ⁊ exhibendo decoctionem corticum glandium cum vino: ſed cura principalis poſt vomitum ⁊ etiam ante eſt exhibitio tyriace cum vino ⁊ muſco ⁊ metridati ⁊ diamuſci ⁊ diamargariton cum vino decoctionis capparorū maciis ⁊ croci: ⁊ dicitur ꝙ naſcitur vel nutritur animal quodam apud radicem napelli in modum muris ꝙ carne illius ſi comedatur vel ſumatur quod de proprietate ſanat venenum napelli: quia eius natura eſt contraria napello in ſumo: ſed de hoc non habeo veritatē ꝗuis ſi dicant. Cura vniuerſalis eſt bona in hoc: videlicet vomitus ⁊ vſus tyriace magne ⁊ metridati ⁊ ſimiliū.

Quando quis ſumpſit cornua ſpice accidit nigredo lingue ⁊ exit vrina ex virga hominis guttam ⁊ emergunt ſigna freneſis. Curatur poſt communem curam que eſt cum vomitu facto ex aqua hordei ⁊ oleo roſato tepido ⁊ ſimilibus quando datur infirmo aureum camphore cum. ℥.j. aque roſate: ⁊ cum hoc ſi emplaſtretur cū ſandalis ⁊ roſis ⁊ aqua roſata ⁊ camphora piſtatis ſimul ⁊ incorporatis: ⁊ epar etiam: ſumat ſepe patiens ſauich malorum acetoſorum ⁊ vinum de granatis et ſuccum berberis ⁊ ſauich hordei ⁊ aquam frigidam cū iulep: ⁊ ſirupum violatum ⁊ ſimilia ſcilicet aqua ſolatri ⁊ aqua lactis acetoſi.

Eſt quedam herba que murkion vocatur ⁊ facit accidentia vt napellus ⁊ curatur cum medicinis napelli ⁊ non cum aliis rebus per euforbium cum per os ſumitur fiunt anguſtia. ⁊ inflammatio ⁊ morditatio in vētre ⁊ ſingultus: ⁊ ventris fluxus ⁊ maxime cū ſuperfluit. Curatur eius malicia ⁊ emendatur cum vomitu facto ex oleo violato ⁊ aqua decoctionis violarum ⁊ maluarum multis cum iulep vel ſirupo violato ⁊ poſt vomitum ſumat butirum coctum ⁊ crudum ⁊ ſumat aquā granatorum mirtorum: ⁊ aquam malorū acetoſorū et mirtorum ⁊ lactis acetoſi aquam ⁊ ſimilia.

Lactitimali ⁊ mezereō ⁊ ſcamonea ⁊ caiuſnemelō ⁊ omne lac herbarum venenoſarum in iudicio ⁊ curatione ſunt eiuſdē curationis ⁊ condicionis. Accidunt ex eis mordicatio ⁊ dolor in ventre ⁊ inteſtinis ⁊ ſolutio ventris ⁊ vomitus flegmaticus ⁊ ſpumoſus ⁊ commotio in ſtomacho ⁊ inteſtinis ⁊ toto corpore ⁊ ſingultus deinde ſuperueniūt ſpaſm⁹ ⁊ deſtruit vox ⁊ fit mors finaliter. ʒ.ij. lactis titimali ⁊ ſimilium interficiunt: et de ſcamonea. ʒ.ij. ⁊ de mezereon ⁊ camemelon. ⁊ caiuſnemelon. ʒ.ij. interficiunt ſecundum plus ⁊ min⁹ ſecundum virtutem recipientis ad minus ꝙ datur de his ꝓ medicina eſt ſexta pars. ʒ.j. Curantur talia ⁊ emendantur cum butiro crudo ⁊ cocto cū rebus que valent ad mictum ſanguinis ⁊ ſolutione ventris dictis ſuis capitulis: ⁊ curant cū aqua decoctionis malorū acetoſorum ⁊ citoniorum ⁊ ſucco berberis ⁊ ſumach ⁊ cum balneo aque decoctionis gallarum ⁊ neſpilorum ⁊ ſorbarum ⁊ ſimilium. ⁊ ſi multiplicaretur dolor detur patiēti poſt iſta in potu tyriaca magna: vel metridatum vel medicamen de terra ſigillata: ⁊ poſt iſta ratione male complexionis acquiſite ex his detur in potu oximel et aqua endiuie ⁊ lactucarum ⁊ cicoree ⁊ ſimilium.

Qui enim ſumit in potu oleādrum qui eſt herba venenoſa expenſa ſuper terram ⁊ eſt valde calida ⁊ naſcitur in ripis aquarum ⁊ fluuiorum incurrit inflationem ventris ⁊ anguſtiam vehementem ⁊ inflāmationem ⁊ aqua in qua oleander ſedet vel naſcitur eſt mala valde ſumitur cum ſirupo violato vel iulep ſi non eſt excuſatio a receptione eius. Curatur eius malitia cum decoctione fenugreci: ⁊ cum dactilis ⁊ decoctionis ſeminis agni caſti ⁊ ipſius agni caſti eſt ipſius tyriaca ⁊ fic⁹ cum melle ⁊ zuccharo ⁊ iulep ⁊ rob vini: ⁊ omnia dulcia ſunt conuenientia in hoc ⁊ preter hoc vnctuoſa ⁊ viſcoſa ⁊ vſus cliſteriorum rerū dulciū eſt valde ꝯueniēs.

Anacardi faciunt accidere i gutture ⁊ ventris concauitate inciſiones ⁊ mordicatiōes ⁊ inflammatiōes cum egritudine acuta: ⁊ quandoqꝫ deſtruunt quedam membra: ⁊ quando ſaluatur aliquis ab eis faciunt accidere alterationem: ⁊ pondus aur. ij. de viridibus ⁊ recentibus interficit: ⁊ in quibuſdam hominibus non nocent de proprietate cum ſint humidi flegmatici: et maxime quando cum nucibus non comeduntur. Cura ipſorum fit cum oleo amigdalino ⁊ ſiſamino ⁊ butiro crudo ⁊ cocto ⁊ lacte ⁊ oleo de ſemine lini ⁊ iuribus pinguibus ⁊ poſt ſedationem mordicationis: ſumatur lac acetoſum vacinum infrigidatum vel cum niue vel oleū violatum infrigidatum vel aquam hordei infrigidatā vel aquam fructuum: ⁊ ſedeat patiens in aqua decoctionis gallarum vel mirtilorum ⁊ ſorbarum ⁊ curetur cum cura apoſtematis calidi: ⁊ granorum pini curant malitiā huius rei ⁊ nux eſt eorum tyriaca proprie.

Qui ſumpſit erucam⁹ egreſtē incurrit egreſſionē oculi ad exteriora ⁊ aduſtionem ⁊ vehementem inflationē. Curatur tamen cum vomitu ex aqua calida ⁊ oleo ⁊ cum cura oleandri dicta ſuperius.

Cum quis recipit gummā rute montane icurrit retentionē egeſtionis ⁊ vrine ⁊ apoſtematur lingua ⁊ accidunt rugitus ⁊ inflatio ⁊ aduſtio in gutture ⁊ ſtomacho ⁊ fiunt quandoqꝫ agreſſio oculi ⁊ rubedo faciei et eminentie cū pruritu in toto corpore ex acuitate eius ⁊ quandoqꝫ perducit ad difficultatem ⁊ paruitatē anhelitus. Curatur cum vomitu facto ex oleo violato ⁊ aquā calida ⁊ maxime ſi poſt vomitum ſumpſerit lac ⁊ butirum crudum ⁊ gargarizet aquam hordei cum oleo roſato ⁊ lacte dulci ⁊ preter hoc ſumat in potu ſyrupum acetoſum ⁊ infuſionem abſinthij vel decoctionē origani. ⁊ forſitā caſtoreū cū aceto calefacto aut melle ꝯfert de proprietate aut per ſemitā expulſionis a corpore cū reſolutione verum tamen infrigidatio per viam neceſſitatis melior eſt in hoc.

Catapuţia: ꝯdiſi ⁊ elleborus albus: ⁊ ciclamen ⁊ ſuccus cucumeris aſinini: ⁊ ſpecies nigelle venenoſe male: ⁊ agaricū nigꝝ quaſi ſunt eiuſdē ꝯdictionis ī accidentibus ⁊ curatoia inducunt fortiſſimam aſceſſationē et vomitum ⁊ quandoqꝫ illa ⁊ ſpecialiter elle. albus congregant aliquid ꝙ non expellitur imo prefocāt ⁊ inducunt ſincopi ⁊ caſuꝫ vtutis: ⁊ ſudorē frigidū ⁊ ſpaſmū ⁊ maxime elleborus albus et agaricū nigꝝ. Dicit ꝙ. G. voluit ꝙ pulſus bibentis elleborum album ſpecialiter ī principio eſt latus rarus debilis valde propter prefocationem caloris innati ſub materia plurima ꝗ eſt cōſueta medicine virtus ſubito ⁊ eam nō poteſt expellere ipſa natura: ⁊ cū dominatur apparet diuerſitas cui nō eſt ordo: eo ꝙ virtus intrinſeca eſt coartata: cum vero incipit equari ⁊ ordinari diſpoſitio egri fit bona; ſꝫ ſi diſpoſitio egri non fuerit tendēs ad rectificationem: imo ad ſingultū ⁊ ſpaſmū debilitaſ pulſus ⁊ diuerſificatur abſqꝫ ordine ⁊ tardaſ eo ꝙ extinguitur calor: apparet ex diſſolutione humidi venalis quandoqꝫ vnctuoſitas humiditatis ⁊ dicitur poſt hoc ꝙ elleborus albus de proprietate interficit canem. Cura ellebori ⁊ aliorum ſit ⁊ fieri debet cum lacte ⁊ butiro cocto plurimo ⁊ cum iuribus pinguibus ⁊ balneo tepido et cum multiplicatione omnis humidi et cum exhibitione tyriace magne cum lacte et butiro et aqua tepida conueniens et vtile eſſet in principio addere in vomitu ſi materia tracta ad ſtomachum non eſſet tota expulſa facto cum aqua calida et oleo violato et ſimilibus vel addere in cliſteri facto ex eiſdem rebus et agarico et poſt hoc rectificare naturam cum rebus dictis.

Accidit ei qui ſumpſit elleborum nigrum ventris ſolutio magna et prefocatio et pulſus cordis et lingue aduſtio et ſtrictura et iflatio et ſpaſm⁹ cū ſingultu et mors finaliter. ʒ.ij. de eo faciunt hoc et iterficiūt et pl⁹ et minus ſm vtutē. Cura ei⁹ fit cū tyriaca et vino calido et abſinthio mixto cū vino: aut ꝗdoqꝫ. ʒ.ij. cū vino ſumuntur

de medicamine ꝙ ſic fit. ℞ecipe caſtorei aniſi cimini ſpice ante terantur ⁊ ponatur ſuper loco doloroſo vel inflatio pannus calefactus vel ſpongeam infuſam in aqua calida decoctionis abſinthij. Ciba ipſuꝫ poſt hoc cum ſuperfluit eius malitia: ⁊ virtus incipit debilitari cum iure gallinarum pinguium ⁊ vino dulci limphato multum cum aqua calida ⁊ cuꝫ caſeo recenti mixto cum butiro ⁊ melle ⁊ ſi ſolutio ſuperfluat ſedeat patiens in aqua frigida ⁊ bibat ſuccos ſtipticos ⁊ medicinas cõſtrictiuas que dicte ſunt in fluxu ventris.

Quando quis ſumit caſtoreum plus debito ⁊ ſpecialiter nigrum fetidum ⁊ cinerulentum' incurrit caliditatem cerebri ⁊ alienationem cum inſtabilitate ⁊ motu ⁊ ſitim ⁊ nigredinem lingue cum ſuffocatione ⁊ interficit in die primo. Cura conuenit vt prouocetur vomitus cum aqua decoctionis aneti ſebeſten vel paſſullarum ⁊ calamenti mixta cum melle ⁊ vino ⁊ poſt vomitum vtatur agreſta vel acetoſitate citri ⁊ ſucco fructuum acetoſorum ⁊ aceto vini per ſe ⁊ lacte vacino acetoſo ⁊ lacte aſinino ⁊ tyriaca cum ſucco malorum acetoſorum.

Squila per vſum longum inducit excoriationem inteſtinorum ⁊ viarum epatis ⁊ antecedunt iſta punctura ⁊ inciſio ſumat ſtatim patiens cum ſumit hoc lac calidam ⁊ decoctum cum ferro ignito ⁊ vitellos ouoruꝫ elixatorum in aceto ⁊ ſuccos ſtipticos cuꝫ frixis ⁊ aſſis ⁊ vino ſtiptico limphato cum aqua decoctionis mirtilorum vel ſumach.

Strangulator adib: ⁊ leopardi ⁊ omnia genera ſtrãgulatorum inducunt ponticitatem cum ſiccitate ⁊ apoſtema in pallato meri ⁊ canna pulmonis: ⁊ cum hoc eleuatur ex ore īfirmi vapor fumoſus ⁊ peruenit leſio eiꝰ vſqꝫ ad ſciſuram lingue ⁊ tremorem temporuꝫ ipſius deinde ad ſpaſmum prefocatiuum rugitum in ventre ⁊ malam ventoſitatem ⁊ accidunt ſinthomatha ⁊ oculorum tenebroſitas cum humiditate in oculis: ⁊ ſpecialiter quando vult ire ⁊ grauatur pectus: ⁊ ſcias ꝙ ſtrangulator leopardi eſt amari ſaporis ⁊ horridi odoris. Cura conuenit vt ſtatim introducatur vomitus cum aqua aneti ⁊ ſimilium ⁊ oleo: ⁊ fiat cliſtere cum eiſdem ⁊ poſtea da in potu origanum praſium ruthum ⁊ abſinthium: ⁊ ſticados cum vino ⁊ camepitheos cum vino ⁊ detur.ʒ.j.ſ.olei balſami vel.ʒ.j.tyriace cum vino in quo ferrum fuerit extinctum vel argentum vel aurum ⁊ conueniens in hoc eſt ſcoria ferri vel coagulum edi aut cerui: ſeu gazel: deinde nutries eum cum iuribus pīguibus gallinarum ⁊ ſimilium.

Quando datur alicui cortex rizi vel ſemẽ vrtice: aut turbit citrinum ſeu medula fructuum rancida aut mel malum ſeu viſcus accidit ex cortice rizi qui nominatur ⁊ ſcribitur in veneni ⁊ dolor in ore ⁊ lingua: ⁊ lingue inflatio ⁊ extenditur dolor vſqꝫ ad vmbilicum ⁊ ſtomachum ⁊ eius inteſtina ⁊ inflatur corpus totum aliquando. Curatur cum oleo decoctioni citomoruꝫ ⁊ cum eis que dicemus in cura cantaridarꝫ.

Ex comeſtione ſeminis vrtice accidunt que accidũt ex ſquila tuſſis fortis ⁊ curatur ex eiſdem rebus ⁊ cum aqua hordei vel ſirupo violato ⁊ iulep ⁊ ſimilibus.

Et exhibitione turbit citrini accidunt ea que accidunt ex elleboro nigro ⁊ agarico nigro. Curatur tamẽ ex potu olei amigdalarum ⁊ ex rebus dictis in cura ellebori nigri ⁊ iuribus.

Cum quis ſumit medulas nucum vel auelanarum vel fructuum rancidas incurrit ſciſuras lingue nauſeã ⁊ ſincopim ⁊ anguſtiam ⁊ ea que dicta ſunt de ſquila. Curatur earum malitia cum ſquila ſucco fructuum acetoſorum ⁊ inſipidorum ⁊ ſtipticorum ⁊ habentium ſtipticitatem cum acetoſitate.

Quando datur alicui mel malum ꝙ eſt acutum valde ⁊ ꝙ eſt faciens ſternutare propter ipſius malitiam: ⁊ acuitatem accidunt ſincopis quandoqꝫ frigꝰ ⁊ ſudor ⁊ ea que accidunt ex comeſtione ſquile. Cura eiꝰ eſt vt vomat continue cum ſirupo violato ⁊ acetoſo ſimplici ⁊ aqua tepida ⁊ comedat piſces ſalitos ⁊ rutam ante vomitum ⁊ poſt ſumat tyriacam cuꝫ aceto calido ⁊ iulep.

Ex potu viſci fit rugitus in ventre ⁊ vertigo abſqꝫ fluxu ventris. Cura introducatur vomitus cum aqua calida melle ⁊ ſale ⁊ cliſterizetur cum eiſdem rebus et oleo ⁊ ſumat tyriacam cum aceto ⁊ aquaꝫ decoctionis abſinthij ⁊ eruce: piperis: caſtorei vel cum ſirupo acetoſo compoſito ꝙ eſt melius.

Capitulũ.viij.de plantis ⁊ herbis frigidis venenoſis que in potu vel comeſtione ſumuntur.

Atur aliquando alicui opi

D um aut nux methel aut iabro ⁊ eſt radix mandragore ⁊ vocatur quandoqꝫ aſebizezi: ſeu iuſquiamum album aut nigrũ vel vua vulpis ſtupefactiua mala ſeu coriandrum humidum vel pſilium aut fungi vel tubera ⁊ conueniunt cum iſtis in capitulo ſagitte armene per comeſtionem opij ſeu porum accidunt ſtupor ⁊ extremitatum frigus ⁊ pruritus ſicut ex odore opij quando odoratur ⁊ vertigo ⁊ ſingultus ⁊ oculoruꝫ tenebroſitas ⁊ ſtrictura gutturis ⁊ anhelitus ⁊ citrinitas ⁊ offuſcatio extremitatum labiorũ eiꝰ ⁊ faciei citrinitas ⁊ ſenſuum difficultas ⁊ profunditas ſomni: ⁊ retentio lingue ⁊ ſubmerſio oculorum ⁊ perducit ad ſpaſmũ ⁊ mortem poſt ſudorem frigidum: ⁊ hoc totum facit propter ingroſſationem ſanguinis cum infrigidatione ſpirituum quare non currit ⁊ fit mors et ʒ.ij.de eo interficiunt ⁊ plus ⁊ minus ſecundum virtutem ⁊ magis facit operationem ſuam cum datur cum vino niſi vinum in ſua qualitate ⁊ quantitate ⁊ reſiſtat eo ꝙ vinum ducit melius ⁊ magis ſubito virtutẽ opij ad cor ⁊ membra: ⁊ corpora calida ⁊ colerica magis reſiſtunt virtuti opij. Curatur eius malitia ⁊ venenum cum vomitu facto ex oleo de nucibus ⁊ aqua calida et ſale ⁊ cum ſyrupo acetoſo aqua ⁊ melle: aut cum aqua ⁊ melle poſt hoc cliſterizetur cum cliſteribus calidis et acutis ſumat ſepe tyriacam cuꝫ vino ⁊ aſſa: vt electuarium de anacardis cum eiſdem potibus vel cinamomum cum ſirupo acetoſo: ſeu caſtoreum autem piper cum vino: aut ſyrupo acetoſo aut origanũ rutam ⁊ ſale ⁊ allea ⁊ nuces ſunt vtilia in hoc: vel ſumat de tyriaca q̃ ſic fit q̃ eſt ei propria. ℞e. aſſe ſemine: caſtorei pipis ante terantur ⁊ cũ melle conficiantur daᷓ in modũ auelane vel nucis. Similiter ſi ſepe biberit aũ.j.aſſe cuꝫ ℥.iij.vini odoriferi eſſet vtile: ⁊ vinũ p ſe antiquũ ſi ſumatur in multa quantitate eſſet mirabile fricentur extrema ⁊ caput proprie et impediatur ſomnus cum ſternutatione facta ex euforbio et elleboro et vngatur totũ cum oleo de coſto ⁊ alijs oleis calidis. Sorbeant iura pinguia gallinaruꝫ et auiuꝫ et bibat vinuꝫ decoctionis cinamomi in quo aliquid muſci ponatur.

Accidũt ex potu nucis metel vertigo et rubedo i oculis et tenebroſitas et ebrietas et ſomni profunditas et aurcus.j.de ea exhibitus interficit et fit ex ea ſudor et anelitus frigidus ante hoc quando de ea datur.ʒ.ſ. facit ſomnum et non interficit niſi homines debiles. Curatur cuꝫ vomitu facto ex ſale et aqua tepida et poſt vomitum et ante etiam datur vinum odoriferum bonuꝫ cũ pipere et piretro et baccis lauri: vngatur totuꝫ corpus cum oleis calidis ⁊ ponantur extrema in aqua calida et laboret et dormiat: ⁊ vtatur iuribus pinguibus ⁊ vino dulci cum rebus dictis in cura opij.

Cum datur iabro vel radix mandragore ꝙ idez eſt facit eadem accidentia que faciunt opiuꝫ ⁊ nux methel ⁊ litargira: ⁊ ſurditas: ⁊ thetanus. Cura eius eſt ſicut cura opij: ⁊ vinum de abſinthio conuenit ei piretrum caſtoreum ⁊ abſinthium cum vino ⁊ acetum cum eis et omnibus calefactis conuenit. Vtatur ſepe ſternutatorijs ⁊ fricationibus extremorum et tyriaca cum vino et vtatur dieta dicta ſuperius.

Accidit bibenti iuſquiamum album vt mollificen-

tur membra ⁊ lingua apoſtbemetur: ⁊ egrediatur ſpuma ex ore: ⁊ rubent oculi. Et accidunt poſt illa vertigo ⁊ tenebroſitas oculorum: ⁊ conſtrictio anhelitus et ſurditas ⁊ pruritus corporis ⁊ gingiue ebrietas et permixtio rationis: et facit epilenſiam. ⁊ quandoq; rugit ⁊ ignit quandoq; ⁊ quandoq; emittit vocem vt mulus vel mula quandoq;.

Et ex iuſquiamo nigro accidunt eadē ſigna interiora tamen cum prefocatione infrigidatione extremorū ⁊ ſpaſmo ⁊ deſtructione ymaginatiōis. Cura vtriuſq; eſt vt ſtatim ſumat lac vacinum vel caprinum: aut vinum cum melle ⁊ butirum ⁊ grana pini decocta cum vino ⁊ iterum decoctio ficuum ⁊ vinum dulce plurimū ⁊ comedat cepe aſſatum ⁊ ſumat in potu ſemen raffani ⁊ ſinapis ⁊ naſturcij ⁊ ſemen vrtice cum vino ⁊ etiam aquam decoctionis cepe ⁊ allei raffani ⁊ tyriaca eſt de melioribus rebus cum aqua decoctionis piperis ⁊ vomitus fiat in principio cum oleo aqua calida ⁊ ſale ⁊ radicibus raffani vel eius ſemina ⁊ fiant cliſteria acuta ⁊ fortia: ⁊ ſepe ſumat vinum aliquid poſt aliquid cum pipere ⁊ abſq; pipere ſumat in potu vinum. decoctionis piperis vel caſtorei ⁊ rute vel mente. ⁊ cardamomi ⁊ foliorum lauri ⁊ oleum balſami cum lacte eſt multum conueniens: vel tyriaca in qua eſt balſamus. Emplaſtretur venter continue cum farina tritici ⁊ vino calido ⁊ farina lupinorum.

Quando quis vuam vulpis ſumpſerit fiunt offuſcatio coloris: ⁊ lingue exiccatio: ⁊ ſingultus: ⁊ vomitus: ⁊ ventris fluxus muſcoſus cum abraſione inteſtinorū: ⁊ fit ſapor in guſtu vt ſapor lactis. Cura ſumat ſepe ī potu lac aſininum vel muliere cum melle aqua liquōdere: vel caprinum. ⁊ aniſum cum cardamomo. Comedat amigdalas amaras ⁊ pectora gallinarum ⁊ allas: inducatur vomit⁹ in principio ⁊ ſumat tyriacā cū vino.

Ex coriandro humido quando comeditur lib. ʒ. de eo vel. ℥. iiij. de ſucco eius eueniūt vertigo ⁊ ſcotomia ⁊ permixtio rationis ⁊ groſſitudo vocis ⁊ ſomni profunditas ⁊ fiunt ſermones ſordidi vt ſermones ebrij: ⁊ ſentitur ex eo odor vt odor coriandri. Introducatur vomitus cum oleo ⁊ aqua aneti ⁊ baurach vł ſale ⁊ vtatur rob in omnibus ſuis cibarijs ⁊ per ſe: ⁊ cibetur cum vitellis ouorum ⁊ iure anſeris pinguis ⁊ gallinarum condito cum pipere ⁊ bibat bonum vinum abſq; aqua paulatim tamen: ⁊ ſumat de tyriaca cū rob. Ex comeſtione pſilij accidit debilitas virtutis ⁊ pulſus: ⁊ frig⁹ in toto corpore: ⁊ triſticia ⁊ conſtrictio anhelitus: ⁊ tenſio ⁊ inquietudo ⁊ ſtupor cum debilitate ⁊ ſincopi. Cura eius eſt eadem cum cura coriandri: ſed piper magis contra pſilium quam contra coriandum.

Ex comeſtione fungorum ⁊ rubeorum malorum accidunt ſtrangulatio ⁊ conſtrinctio anhelitus ⁊ ventris ⁊ inflatio ſtomaci: ⁊ ſingultus: ⁊ punctura: ⁊ citrinitas coloris ⁊ paruitas pulſus ⁊ corripitatio ⁊ ſincopis ⁊ ſudor frigidus ⁊ mors ergo omnes ſunt mali ⁊ ſpecialit propter multam quantitatem comeſtam de eis: ⁊ omnes illi qui ſunt nigri vel virides: vel varij coloris: qui naſcuntur in locis male terre ⁊ vene: ⁊ impetroſis ⁊ apud arbores ⁊ herbas malas ſed illi qui naſcuntur in locis notis bonis ⁊ qui condiuntur cum pipere ⁊ rebus odoriferis ⁊ vino ⁊ aceto poſſunt comedi. Curatur eorum malitia cum vomitu facto ex radice vł ſucco raffani cū aqua aneti ⁊ oleo de lilio: aut aliquo oleorū: ⁊ ſumat p⁹ vomitum tyriacam cum melle ⁊ vīo odorifero: ⁊ euaporentur loca nutrimentorum cum decoctione abſinthij origani ⁊ ficuum: ſumat ſepe de diatrion pipeon vł diaciminum ⁊ vinū antiquum ſyrupum acetoſum etiā ſumat cum ſale ⁊ calamento ⁊ nutriaƚ cum cibarijs ⁊ vino victo ſuperius.

Sagitta armena eſt ſagitta īfecta veneno frigido ⁊ interficit alterando ꝯplexionē tot⁹ ad ꝯria ei⁹ ꝙ ē ꝑ naturam. Cura cum vino eius eſt vt ſumat galbanum cum vino ſtatim: ⁊ cauterizeƚ loc⁹ ſagitte vt dciū ē de morſu venenoſorum mordentium: ⁊ regatur regimine eoꝝ qui ſumpſerunt coriandrum pſiliū ⁊ fungos. Dicitur ꝙ caro dannule eſt tyriaca ad illō ⁊ emplaſtratio ex ſtercore humano ſuper vulnus ſimiliter.

Capitulum. viiij. de animalibus que corrūpunt vel interficiunt cum eorum corpora comeduntur.

e Ea autem que h faciunt principaliter ⁊ operantur ſunt ſicut cantarides ⁊ lepus marin⁹ ⁊ ſtellio aut lacert⁹ ⁊ ſalmādra rane lacunales virides ⁊ rane rubee marine ⁊ citrine accidunt ſpecialiter ex cantaridibus ⁊ alkebikegi ideſt lupino ſilueſtri ⁊ ſtaphiſagria mordicatio cū quadam mordicatione punctura ⁊ dolor in membris: ⁊ dolor extenſiuus ab ore vſq; ad pectinem: ⁊ per anchas genua ⁊ ypocundria ⁊ vlceratio veſice doloroſa apoſtematis virgam ⁊ pectinem ⁊ partes eius cum inflammatione vehementi ⁊ fit voluntas mingendi abſq; ꝙ patiens mingere poſſit ⁊ quando mingit mingit ſanguinem aut fruſtrum ſanguinis cum dolore vehementi ⁊ fit aliquando ventris ſolutio ⁊ ſincopis ⁊ permixtio rationis ⁊ cadit cum ſurgit ad ſellam ⁊ vt plurimū ei⁹ malitia ⁊ nocumentum eſt in veſica: ⁊ ſentit infirmus in ore odorem picis ⁊ vt plurimum nocent in autummo cum fine veris. Cura cantaridarum ſtaphiſagrie ⁊ alkebikegi ideſt lupini ſilueſtris ⁊ eorum ſigna ſunt communia primo neceſſe eſt vt introducatur vomitus cum aqua ficuum ⁊ aneti ⁊ oleo violato ⁊ ſale: et fiat cliſtere ex eiſdem rebus ⁊ ſumat continuo in potu lac calidum ⁊ aqua pſilij ⁊ portulace ⁊ butirum crudum ⁊ cliſterizetur poſt illa ex aqua hordei altee ⁊ muſcillaginis ſeminis lini ⁊ albumine oui: aut cum aqua rizi ⁊ aqua hordei cum decoctione fenugreci aut decoctione pultis facte ex farina frumenti ⁊ cum iuribus pinguibus ⁊ oleo amigdalarum ⁊ adipe anſeris ⁊ vitellis ouorum ſorbilium ⁊ butiro cocto cum melle aut iulep ⁊ oleo amigdalarum ⁊ lac acetoſum vacinum bonum eſt in hoc: et etiam confert ei aqua mellis et decoctio ſemenis cucumeris mellonis et ficcuum cum ſyrupo violato: ⁊ quando talia bibūtur ſunt vtilia: ⁊ etiam oleum de citonijs ⁊ ponatur cum ſiringa continue oleum roſatum in virgam vel cum aliquo inſtrumento leuiori modo quo poteſt fieri ⁊ ſepe ponatur ī balneo aque tepide decoctionis violarum ⁊ ficuum nutriatur cum iuribus pinguibus ⁊ vtatur pro potu rob cum aq̄ decoctionis lactuce vel endiuie.

Ex potu vel comeſtione leporis marini accidunt cōſtrictio anhelitus ⁊ rubedo oculorum ⁊ difficultas vrine ⁊ tuſſis ſicca ⁊ ſputum ſanguinis ⁊ mictus eiuſdem ⁊ vrina violacea ⁊ dolor in ſtomacho ⁊ vomitus ſuperfluus colere ⁊ ſanguis ⁊ icteritia: ⁊ anguſtia ⁊ dolor renum ⁊ egeſtio eius eſt violacea: ⁊ ſudat ſudore frigido ⁊ abhorret cibum ⁊ cum videt piſces: terretur ⁊ cum non terretur a piſcibus ſanatur ⁊ ſentit ſaporem piſcis fetidi cum eructuatione ſalſa: ⁊ multi per hoc conuertū tur in ptiſim. Cura eſt continue ſumere in potu lac caprinum ⁊ lac aſininum ⁊ mulieris ſugendo ex mammilla ⁊ etiam decoctionem altee vel cicoree vel endiuie et ius vel decoctionē cancrorum fluuialium ⁊ comedere cancros abſq; alia re. ⁊ carnes ericij aſſati ⁊ eius ſanguinem. Fortiores medicine que ſumantur poſt iſta ſūt calcamentum fluuiale recens calidum ⁊ ſanguis anſeris ⁊ vrina hominis in antiqua ⁊ ſumere. ʒ. j.. ℥. ij. decoctionis radicū bucormarien ſcilicet herbe marine cum vino aut tantundem de kitrā ideſt pice nigra cū vino videlicet poſt quietem accidentium: ſumat de pillulis que ſic fiunt. ʒ. j. ℞. ellebori nigri ⁊ ſcamonce agarici ſucci liquiritie ante conficiantur cum vino ſignum ſanitatis eſt ꝙ non terretur a piſcibus ⁊ comedit de his ⁊ ſi caderet in ptiſim: curetur cura ptiſis.

Vinum in quo cadit ⁊ moritur ſtellio eſt mortificās ⁊ caro ſimiliter ⁊ accidunt ex h vomitus ⁊ dolor ſtomachi. Cura eius eſt cura cantaridarū.

Ex potu ſalamandre vel lacerti vel eorum comeſtio
ne accidit apoſtema lingue ⁊ pruritus ⁊ dolor capitis
⁊ aduſtio ⁊ oculorũ tenebroſitas ⁊ doloris ĩ ano ⁊ ydro
piſis ⁊ ſpaſmus in ventre: ⁊ vrine retentio ⁊ deſtructio
rationis ⁊ lingue apoſtematio ⁊ mollificatio ⁊ greſſus
priuatio ⁊ denigratio coloris corpis: ⁊ putrefactio par-
tium corporis que cadunt cum curatur bonio. Cura ſu
mat lac dulce: ⁊ inungatur cum oleo calido ⁊ balneetur
⁊ ſumat ſiſamum cum zucharo: ⁊ detur in potu cum bu
tiro vacino ⁊ tyriaca cum vino decoctiõis ligni aloes
vel vino calido: ⁊ ſi ſumatur armoniacum cum terben
tina ⁊ ſtorace ⁊ aqua decoctionis camepitheos ⁊ gra-
norum pini foliorum cypreſſi ⁊ ſeminis vrtice erit vti
le ſi in ea addatur oleum ⁊ ſimiliter oua teſtudinis ma
rine conferunt ⁊ ſane cocte cum calamento.

Accidunt ei qui bibit ranas lacunaleſ virides ⁊ ma
rinas rubeas offuſcatio coloris trahentis ad citrinita-
tem ⁊ corporis inflatio ſecundũ ſemitam mollitiei vĩ
in chaceſia: ⁊ aduſtio in gutture ⁊ ore: ⁊ difficultas anhe
litus ⁊ oculorum tenebroſitas. caligo ⁊ fetor oris ⁊ fit
quandoqꝫ thetanus ⁊ ventris ſolutio diſinteria permi
xtio ratiõis ⁊ vomitus ⁊ ſyncopis: ⁊ emiſſio ſpermatis
abſqꝫ voluntate ⁊ qui ſoluantur amittunt dentes. Sꝫ
ex ranis citrinis deſtruitur appetitus: ⁊ acetat eructua-
tio ⁊ corrumpitur color ⁊ fit ſincopis ⁊ nauſea ⁊ vomit⁹
⁊ dolor oris ſtomachi ⁊ apoſtematur venter ⁊ crura.
Cura iſtarum ranarum eſt eadem euomat cum oleo ⁊
aqua calida aut cum vino plurimo ⁊ vtaſ diacurcuma
⁊ omni re conferente ad ydropen ⁊ vino proprie ⁊ reb⁹
aſſatis ⁊ calamo aromatico: ⁊ ciperis cum vino vtaſ
exercitio ⁊ cum vnctuoſis cum oleis calidis ⁊ de ſpica
⁊ tyriaca maiori cum vino decoctionis ciperi

Capitulum. x. de fellibus venenoſis ⁊ interficienti-
bus extremitatẽ animalis ⁊ ſanguine ⁊ ſudore: ⁊ ouis
venenoſis.

c

Um fel bibit̃ vel ſumitur

aliquo ingenio ſuperuenit ſincopis quaſi cõ-
tinue ⁊ interficit: ita ꝙ medicina raro cõfert.
Cura neceſſe eſt vt fiat vomitus cum butiro
aqua ⁊ oleo ⁊ ſimilibus. Et poſt vomitum exhibeatur
tyriaca continue metridatum ⁊ diamuſcum ⁊ diamar
gariton cum vino odorifero: ⁊ ſorbeat iura gallinarũ
⁊ pullorum ⁊ carnium in quibus aliquid muſci macis
⁊ croci ponatur. Bibat vinum odoriferum.

Accidit ex potu fellis leopardi vel comeſtione vt bi
bens vomat coleram citrinam vel viridẽ ⁊ ſentit odo
rem aloes in naſo: ⁊ ſaporem eius in ore ſuo ⁊ fit ycte-
ricia ex eo ⁊ eſt mortale ⁊ ſi ptranſeat horas quattuor
ſeperatur de eius euaſione. Curat euomat vt dictum ẽ
⁊ poſt vomitum ſumat tyriacam aut tyriacam de ter-
ra ſigillata que ſic fit. Re. terre ſigillate baccharum lau
ri añ. ʒ. j. coaguli caprioli. ʒ. iiij. ſ. rute myrre añ. ʒ. j. cõ
ficiantur ⁊ doſis eius eſt ad modum nucis cum aqua en
diuie euomat iterum ⁊ fiat balneum cũ aqua decoctio
nis roſarum ⁊ gariofilate ⁊ betonice.

Cum quis ſumit fel canis aque ſecundum quantita
tem vnius lentis interficit poſt ebdomadam vt dicitur
Cura eſt vt ſtatim ſumat butirum coctum cum gentia
na cinamomo ⁊ coagulum leporis ⁊ vngatur totus cũ
oleo de ſpica vel de lilio: ⁊ ſubtiliter regimẽ ⁊ fiat ex iu-
ribus pinguibus auium ⁊ gallinarum.

Extremitas caude ceruitie facit accidere vehemen
tem anguſtiam in nutritiuis ⁊ ſincopim cum ſumiſ ore
⁊ interficit. Cura fiat vomitus cum butiro ⁊ aqua aneti
⁊ ſumat poſt vomitum tyriacam cum aqua decoctiõis
fiſticorum ⁊ auelanarum quater in die vel detur id ꝙ
ſic fit. Re. auelane fiſtici fellis elefantis vel equi ante
miſceatur datur cum vino odorifero.

Quando quis bibit ſanguinem tauri recentẽ incur-
rit difficultatem anhelitus: ⁊ dolorem in brancis ⁊ me-
ri. ⁊ rubedinem lingue: ⁊ expuit fruſtra ſanguinis con
gellati in dentibus ⁊ gingiuis ⁊ fiat nauſea magna cũ
anguſtia: ⁊ fit corroſio in lingua ⁊ ſic perducit ad prefo-
cationem ⁊ ſpaſmum. Cura non fiat vomitus: ſed cli-
ſtere ⁊ ventris ſolutio: ⁊ ſpecialiter poſtqꝫ ſumpſerit fi
cus immaturas: ⁊ ſemina caulis ⁊ aſſam ⁊ baurach et
cinerem lignorum ficuum cum aceto aut piper cũ ace
to vel aliquo coagulorum cũ aceto ⁊ emplaſtretur vẽ
ter cum farina hordei aqua decoctionis aſſe vel ber-
be eius ſolutio fieri debet cum pillulis fetidis vel pul-
uere earum cum melle ⁊ vino decoctionis caulium vel
eius ſeminis.

Quando quis ſumpſerit ſudorem animalium fiet fa-
cies viridis ⁊ apoſtematur ⁊ currit ex corpore ſudor fe
tiduſ. ⁊ ſpetialiter ab aſcellis ⁊ inguinibus. Cura fiat vo
mitus ſtatim: ⁊ detur ei in potu vinum cum. ʒ. ſ. ſalis
gemme: ⁊ confert ei tyriaca de terra ſigillata facta ſu-
perius de cura fellis leopardi.

Oua alate ſunt oua animalis venenoſi ꝙ ego nõ co
gnoſco: ⁊ dicitur ꝙ quando aliquis bibit de his ꝙ ſtatĩ
moritur: ⁊ ſi non feſtinetur in eius cura non confert ali
qd. Cura introducaſ vomit⁹ ſtatim ⁊ fortiter ⁊ poſt vo
mitum ſumat ſtercus ancipitris vel auſturis: ⁊ ſumat
gentianam cum ficubus ſicis ⁊ oleo: ⁊ emplaſtretur ca-
put cum ſale: ⁊ vngatur corpus cum butiro vacino co-
cto.

Capitulum vndecimum de piſcibus frigidis ⁊ aſſa-
turis ſuffocatis ⁊ frigidis: ⁊ carnibus corruptis: ⁊ tur-
tis ſuffocatis ⁊ frigidis.

Ꝺe piſcibus frigidis et pro

e

pre poſitis in loco humoroſo accidunt acci-
dentia fungorum ⁊ non apparet aliquando
aliquid vſqꝫ ad diem vnum vel duos: acci-
dunt enim ex eorum comeſtione ſtrangulatio ⁊ ſingult⁹:
⁊ ſudor frigidas: ⁊ ſincopis: ⁊ inflatio ventris: ⁊ alia di
cta capitulo fungorum.

Cura eſt eadem cum cura fungorum ⁊ ſpecialiter ſu
mere tyriacam cum vino de pipere ⁊ pillulas fetidas
vel puluerem ipſarum cum vino ⁊ melle.

Aſſature ſuffocare ⁊ carnes corrupte ⁊ turte cum co
periuntur ⁊ non euaporant ſubmergitur fumus ad ꝑ
fundum rei ⁊ fit venenum. Ergo non eſt conueniens
vt cohoperiantur: ſed talia calida actu comedantur: ⁊
euaporare abſqꝫ aliqua cohopertura dimittantur. Ac
cidunt ex comeſtione rerum iſtarum colerica paſſio et
triſtitia. ⁊ ventris ſolutio cum vomitu. ⁊ deficit ratio co
medentis quandoqꝫ per diem aut dies: ⁊ fit ſomnus ꝑ
fundus ⁊ mors. Cura fiat vt dictum eſt in paſſione co-
lerica calida ⁊ frigida ⁊ fiat vomitus cũ aqua calida
⁊ oleo ⁊ ſumat poſt vomitum tyriacam cum rob vel ſi
rupo citoniorum vel de agreſta: ⁊ terra ſigillata cũ eiſ
dem ſyrupis eſt valde bona: ⁊ eius tyriaca ſimiliter.
Cibetur iuribus pinguibus auium ⁊ gallinarum. Et bi
bat rob de vino vel de granatis: ſeu de berberis cũ
aqua decoctionis ciperi.

Capitulum. xij. de ſanguine ⁊ lacte coagelatis in ſto
macho ⁊ lacte corrupto.

q

Uandoqꝫ corrumpitur lac

in ſtomacho ꝙ ſcitur quando conuertitur in
acetoſitatem ⁊ putrefactionem aliam fit ab
eo vertigo ⁊ ſincopis: ⁊ punctura in ore ſto-
maci: ⁊ accidit colerica paſſio quoniã ex eo mortifera.
Cura introducatur vomitus cum aqua mellis ⁊ p⁹
vomitum ſumat vinum purum cum diatrion piperẽ
vel tyriacam: ⁊ vngatur totus venter ⁊ ſtomachus cũ
oleo de coſto vel oleo de ſpica: ⁊ vtatur dieta equali cũ
vino bono puro in quo ſit aliquid mellis.

Cum congellatur ſanguis in ſtomacho vel veſica: vel inteſtinis: aut alibi fit ex eo proculdubio venenum ꝙ-uis per naturam non ſit adeptus vt conuertatur ad venenum: nam cum congellatur in aliqua cõcauitate corporis accidunt accidentia mala: nam cum congellatur in pectore deſtruit color faciei: ⁊ minoratur pulſus ⁊ debilitatur: ⁊ perducit ad frequentiam in primis ⁊ mollificationem ⁊ ſincopim ⁊ ſi congellatur in ſtomacho infrigidatur corpus ⁊ accidunt prefocatio ⁊ paruitas pulſus: ⁊ continua ſincopis ⁊ quando congellatur in veſica accidunt accidentia proxima ſimilia illis: ⁊ ſimiliter inteſtinis ⁊ dolor loci diſtinguit hoc cum ſua grauitate.

Cura communis fit cum coagulo ⁊ proprie leporis cum lacte fici ⁊ aceto ⁊ cardamomo ⁊ aqua cineris lignorum fici iterata ⁊ bdelium ⁊ ſticados. Et dicitur ꝙ lac caprinum liquefacit omne coagulatum in concauitatibus: ⁊ iterum. Re. aſſe caulis ante partes equales ⁊ detur in potu cum aceto ⁊ videbis mirabile: ⁊ conuenit propter hoc ſi fieri poteſt ꝙ patiens vomat cū melle: ⁊ ſucco apij ⁊ aqua calida ⁊ poſt vomitum ſumat tyriacam de terra ſigillata: aut tyriacam magnam cum aqua decoctionis croci. Iterum. Re. duo fruſtra terre ſigillate ⁊ coaguli leporis. ʒ. vij. ⁊ capꝛioli an̄. ʒ. viij. gengiane ariſtologie rotūde ſeminis rute ſiluestris myrrhe an̄. ʒ. j. conficiantur doſis eius ſit vt nux cum aqua calida ⁊ ſyrupo acetoſo. Quando datur aur̄. j. cordumeni ideſt carui agreſtis cum aur̄. j. aſſe ⁊ aqua calida deſtruit ſanguinem coagulatum in veſica: ⁊ idem operantur folia acetoſe montane ⁊ fortius agari :m aut ſiſeleos aut aliquid coagulorum: aut. a. j. carpobalſami aut ʒ. ij. blacthe birantie: aut. ʒ. ij. ligni peonie aut radicis quī in potu ſumitur cum aqua calida ⁊ aceto vincente aq̄ in commixtione. Iterum omnes medicine frangentes lapidem in veſica initiantur cum ſiringa: ⁊ fiat cliſtere aliquando: ⁊ ſi iſta non valent non fit excuſatio quin fiat inciſio ⁊ extrahatur ſanguis coagellatus in veſica ſicut lapis extrabitur.

Quando lac coagulatus in ſtomacho ex aliqua cauſa ignota vel nota accidit ſudor frigidus ⁊ ſincopis ⁊ febris multotiens cum rigore: ⁊ ſi eius congelatio fuerit cum coagulo tunc erit deterior ⁊ velocior ad prefocandum ⁊ eſt coagelatio lactis de genere coagelatiōis ſanguinis. Et apparent preter iam dicta paruitas pulſus ⁊ prefocatio conſtringens anhelitum ⁊ inflatio ventris manifeſte.

Cura euitet omnis qui habet lac. vel aliud congellatum in ſtomacho ſalita: quia addunt in caſeitatem. Vtatur in potu per ſe: aut mixto cum aqua aut ponatur cum eis. ʒ. xv. calamenti quia mirabiliter reſoluit ipſum ſtatim: quia de proprietate cõſeruat omne lac a coagulatione. Iterum ſumat in potu cū aceto ⁊ aqua calida aur̄. j. de aliquo coagulorum: quia educit ipſum per vomitum aut per ſolutionem ⁊ ſumat ſepe de medicina facta ſuperius de terra ſigillata ⁊ aq̄ calida ⁊ aceta: aut ſumat cum aceto ⁊ aqua ciceris ligni fici: ⁊ ſpecialiter quando iterratur cinis in ea: ⁊ iterum omnes medicine valent in congellatione ſanguinis in ſtomacho ⁊ veſica valent etiam contra congellationem lactis ī ſtomacho a quacunq; cauſa fuerit.

Capitulum. xiij. de his qui ſumpſerunt vinum vel aquam frigidam in ieiunio poſt nimium laborem: aut poſt egreſſionem de balneo: aut poſt coytum factum ī corpore manito vel aqua ſaponis.

Um quis ſumit vinū in ieiunio: ⁊ ſpecialiter vinū groſſum ⁊ dulce feculentum ⁊ poſt exercitium laborē ⁊ coytū facit accidere prefocationem doloris ⁊ inflationem ⁊ paraleſim.

Cura introducatur vomitus pro poſſe cum omni re quem eſt melior medicinarum aut vētris ſolutio ſeu flebotomia poſt hoc ſumat aquam frigidam cū rob de granatis cum aceto aut vino berberis: aut aquā acetoſitate citri vel malorum acetoſorum. Quando quis bibit aquam frigidam in ieiunio aut poſt coytum vel laborem fortem ⁊ biberit eam ita ꝙ ſtomachus ſpecialiter impleatur timetur de corruptione complexionis epatis ⁊ totius corporis: ⁊ fit per h ydropiſis.

Curatur ipſius malitia in principio cum diatrion pipereon diacurcuma diamuſco ⁊ diamargariton: ſed potare vinum clarum purum odoriferum poſt eam eſt d̄ melioribus rebus. Quando quis per ignorantiam aut per aliquem modum ocultum ſumeret aquam ſapōis calicis vel arſenici curaretur cum eiſdem rebus quib⁹ curatur ille qui ſumpſit calcem aut arſenicum: ſecundū ꝙ ſuis capitulis ſuperius dictum eſt: ⁊ ſpecialiter cum vomitu cum decoctione ſeminis lini ⁊ rizi eruce mell̄ molochie ⁊ ſimilium: in omnibus iſtis ⁊ ſuperi⁹ dictis in quibus non eſt facta mētio de dieta exhibeat̄ dieta equalis que confortēt virtutem que ſit de iuribus gallinarum aut auium ſeu carnium pinguium ⁊ vinum limphatum cum aquam ſecundum naturam recipientis: ⁊ deus melius nouit.

Liber quartus incipit in quo determinabit̄ de medicinis compoſitis ⁊ ſimplicib⁹ vtilibus ⁊ neceſſarijs ad omnium infirmitatum curationem ⁊ primo fiet mētio de compoſitis ſecundo de ſimplicibus medicinis.

Caplm primum de indigentia medicinarū cōpoſitarū.
Caplm ſecundū de cauſis quare medicine ſimplices in compoſita ponuntur.
Caplm tertium de cauſis quare multiplicatur quantitas alicuius medicine ſimplicis: vel minuitur ī medicina compoſita.
Caplm quartum de quantitate pulueris ſpecierum ponenda ⁊ quo ad gulam: ⁊ quo ad effectum intentū cōtra infirmitatem in confectionibus ſiue confectio facta fuerit cum zucharo ſiue cum melle.
Caplm. v. de tyriacis ⁊ metridato ⁊ medicis opiatis.
Calpm ſextum de confectionibus que ſunt proprie cōtra infirmitates ſed nō ſunt apud guſtū delectabiles.
Caplm ſeptimum de yeris.
Caplm octauum de modo confectionis medicinarū ſolutiuarum.
Caplm nonum de electuarijs ſolutiuis ⁊ nō ſolutiuis.
Caplm. x. de medicinis que educunt per vomitum.
Caplm. xj. de ſuffufet ⁊ viuris vl' tracheis ⁊ ſalibus.
Caplm. xij. de allobocath ideſt ellectuarijs mollibus que labuntur
Caplm. xiij. de ſyrupis factis cum zucharo vel melle ⁊ eorum clarificatione:
Caplm. xiiij. de robub.
Caplm. xv. de aquis ⁊ decoctionibus.
Caplm. xvj. de conditis delectabilibus ad guſtum.
Caplm. xvij. de pulueribus.
Caplm. xviij. de trociſcis.
Caplm. xviiij. de pillulis.
Caplm. xx. de oleis.
Capl. xxj. de vngentis.
Caplm. xxij. de emplaſtris ⁊ epithimatibus.
Caplm. xxiij. de gargariſmis.
Caplm. xxiiij. de cliſterijs.
Caplm. xxv. de caput purgijs ⁊ naſtalibus.
Caplm. xxvj. de colirijs.
Caplm. xxvij. de dentifricicijs.
Caplm. xxviij. de liquoribus qui ponuntur ī veſica cū ſiringa ⁊ medicinis ad lapidem in renibus ⁊ veſica
Caplm. xxviiij. de fomentationibus ⁊ embrocatiōib⁹.
Caplm. xxx. de licinis.
Caplm. xxxj. de peſarijs.
Caplm. xxxij. de ponderib⁹ ⁊ inuētiōe eorū p naturam.

Caplm pmū de indigentia medicinarum ꝯpoſitarum.

c Ondictiones et cauſe que inducant medicos ad inuentionem medicinarum compoſitarum ſunt ſeptem quarum prima eſt: quia medicus indiget multotiens medicina que calefaciat corpus ſecundum aliquam menſuram: ⁊ non inuenit medicinam ſecundum illam menſuram: nam non oportet vt medicina qua egritudo curatur ſit niſi ſecundum egritudinem ⁊ per comparationem eius: verbigratia quando in corpore hominis fuerit egritudo frigida qua corpus elongatur a complexione ſua naturali quattuor numeris tunc neceſſarium eſt vt ſit medicina qua medicatur egritudo elongata a complexione naturali per quantitatem caliditatis addite equali huic quantitati ⁊ cum multotiens medicus non poſſit talem medicinam inuenire ſimplicem cuius calefactio ⁊ frigidatio ſit huius menſure cogitur inuenire duas medicinas: ⁊ eius ſimul componere: quarum vna ſit calidior complexione temperata tribus numeris ⁊ alia calidior temperata .v. numeris: et ſic fiet complexio compoſita media inter vtraſque que erit calidior complexione temperata .iiij. numeris hic conuenit vt melius appareat inceptio huius littere ſcire ꝙ gradus in arte medicinali ſunt quattuor. primus ſecundus tercius ⁊ quartus: ⁊ in vnoquoque gradu ſunt tres manſiones ſiue numeri: ⁊ ſic manifeſtum eſt ꝙ .xij. ſunt manſiones vel numeri in gradibus rerum. Unde cum dicitur ꝙ egritudo ſit elongata a complexione temperata cum declinatione ad frigiditatem quattuor numeris intelligitur ꝙ illa frigiditas ſit in principio ſecundi gradus videlicet in eius prima manſione vel numero: ⁊ cum dicitur ꝙ medicina compoſita debet eſſe calida in contrarium illius conuenit fieri ex medicina ſimplici calida tribus numeris ⁊ erit illa medicina calida in fine primi gradus tantum: ⁊ ſic erit minus calida quam ſit frigiditas infirmitatis que tendit ad principium ſecundi gradus. Unde illa medicina calida tribus numeris debet componi cum medicina calida quinque numeris que erit calida in medio ſecundi gradus ita ꝙ excedet frigiditatem infirmitatis per vnum numerum quare ſi ponatur in medicina calida tribus numeris que eſt minus calida per numerum vnum quam frigiditas infirmitatis acquiret hec medicina a medicina ſimplici calida quinque numeris per compoſitionem cum ea vnum numerum ⁊ habebit hec medicina per compoſitionem quattuor numeros caliditatis vt egritudo habet quattuor numeros frigiditatis ⁊ ſic per rectam compoſitionem ad eam fiet vera curatio per contrarium: vt volunt medici: apparet manifeſte ꝙ neceſſitas curationis induxit aliquando medicos ad compoſitionem medicinarum: maxime cum medicine ſimplices non poſſunt aliquando inueniri conuenientes ad curationem infirmitatis cum qualitatibus contrariis ſecundum numerum vel intenſionem infirmitatis ſecunda eſt quia neceſſe eſt aliquando medicare membrum cum aliqua re dura que per ſe non adheret membrum ſicut eſt coralus vel ziniar: vel ceraſa ⁊ ſimilia. Unde apparet ꝙ oportet ea conſiderare ⁊ miſcere cum re alia conuiniente ad illam infirmitatem vt adhereat membro vel carni ⁊ ziniar quandoque commiſcetur cum melle vt melius corrodat ⁊ mundificet aut coralus quando miſcetur cum cera et oleo vt fiat emplaſtrum ſuper ſtomachum. Tertia eſt quando volumus facere emplaſtrum ex radicibus ⁊ herbis ſiccis: oportet vt decoquantur ⁊ piſtentur ⁊ miſceantur cum pinguedine vel oleo aut alia re ad hoc vt poſſint extendi ⁊ emplaſtrari ſuper locum. Quarta eſt quando volumus dare aliquam medicinam violentam ſicut elleborum vel portulacam ſilueſtrem vel fellichi[illegible]am ꝙ eſt idem vt fecit. Hypo. qui dabat iſtas medicinas in pleureſi cum volebat mouere materiam humoralem preter ſanguinem. ⁊ miſcemus cum medicina violentia medicina que frangit eius maliciam ⁊ remouet ſuam horribilitatem vt non euacuetur hora qua recipitur: neque poſtquam recepta fuerit niſi poſt longum tempus ſpecialiter cum vltimo non poſſit retineri propter horribilitatem eius aliquando ⁊ ad hoc vt virtus eius confortetur in meliorem operationem ſicut miſcemus cum ellebore diacalamentum ⁊ ſiſeleos ⁊ res odoriferas ⁊ cum turbit: zinziber ⁊ zucharum ⁊ ſic de aliis. Quinta eſt quando volumus dare aliquam medicinam ſedatiuam doloris per viam ſtupefactionis ſicut eſt opium iuſquiamum ⁊ cortices mandragore ⁊ ſimilia ꝙ nos ponimus cum his que habent refrenare eorum maliciam. Refrenamus enim maliciam cum caſtoreo ⁊ ⁊ pipere ⁊ ruta ⁊ ſimilibus ⁊ maliciam mandragore cum abſinthio ⁊ ſinapi ⁊ caſtoreo ⁊ ſimilibus: ⁊ maliciam iuſquiami cum alleis ⁊ ſemine raffani ⁊ cepis ⁊ ſimilibus. Sexta eſt quando volumus ꝙ medicina operetur effectus contrarios in frigiditate videlicet quando volumus diſſoluere materiam loci ⁊ confortare locum vt non recipiat aliquid ſicut quando ponimus res calidas reſoluentes cum rebus ſtipticis frigidis ſicut in augmento apoſtematis: quia ponimus florem camomille ⁊ abſinthium cauſa reſolutionis ⁊ miſcemus cum eis roſas ⁊ ſandales cauſa confortationis loci vt non recipiat de materia amplius quam conſueuerit currere ad locum. Septima cauſa eſt quem quando volumus expellere venena multa calida ⁊ frigida facimus medicinam compoſitam vt reſiſtamus diuerſis venenis ⁊ diuerſimode: ⁊ venenoſis infirmitatibus. Et hoc fuit cauſa quare inuenta fuit tyriaca poſt metridatum eo ꝙ metridatum non erat tante fortitudinis contra omne venenum vt eſt tyriaca

Capitulum ſecundum de cauſis quare medicine ſimplices in compoſita ponuntur.

ſ Implices medicine ponuntur in medicina compoſita propter cauſas octo. quarum prima eſt quia medicina ſimplex ponitur in compoſita ex natura egritudinis propter quam componitur illa medicina vt carnes vipere in tyriaca propter venenoſas infirmitates ⁊ peſtilentiales ⁊ venena exhibita. Secunda cauſa eſt vt mutetur qualitas mala nociua que eſt in medicina vt non noceat ſed conferat ſicut piper ⁊ aniſum cum ponuntur in ſcamonea: vel zinziber in turbit vel aſſa cum fellichimo. Tertia cauſa eſt vt medicina aliqua quiet medicinam primam ⁊ alia aliam: ⁊ ſic vna poſt aliam donec compoſita ſit reducta ad finem quem intendit operator vt ſit in electuario de anacardis ⁊ diacurcuma nam medicine ſimplices in ponderibus ſuis: ⁊ vna poſt aliam ponuntur in electuario de anacardis vt operentur principaliter contra egritudines neruorum ⁊ in diacurcuma vt operentur principaliter contra ydropiſim aſcitem. Quarta cauſa eſt vt confortentur alie medicine que intrant in medicinam compoſitam vt radices lilii celeſtis a corpus: ⁊ agaricum in tyriaca crocus ⁊ macis in diamuſco. Quinta eſt vt penetratio iuuetur aliarum medicinarum ⁊ velocior fiat per corpus ⁊ membra vt ponitur ruta in tyriaca: ⁊ acetum in medicinis frigidis ⁊ apium in diureticis. Sexta cauſa eſt vt rectificetur malitia qualitatis que eſt in alia medicina. vt piper vel caſtoreum quando ponitur cum opio vel iuſquiamo: vel ſemi frigida diurectica quando ponuntur cum cantaridibus vel piper ⁊ aniſum quando ponuntur cum ſcamonea. Septima cauſa eſt vt permaneant alie medicine ita vt non reſoluantur velociter vt opium quando ponitur in confectionibus calidis. Octaua cauſa eſt vt continuentur virtutes illarum medicinarum compoſita ſicut ponitur vinum in thyriaca ⁊ cera in vnguentis

Capitulum tertiū de cauſis quare multiplicat̄ quãtitas alicuius medicaminis ſimplicis: vel minuitur in medicina compoſita.

Auſa quare multiplicatur

c

quãtitas vnius medicine ſuper alteram ſunt ſeptem prima quarum eſt quem quando virtus medicine eſt vehemẽs ponit̄ de ea quãtitas parua: ⁊ quando eſt debilis ponitur quãtitas multa vt conſequatur per ſuam multitudinem illud a quo deficit virtus eius. Secunda eſt quando medicina eſt multorum vel paucorum iuuamentorum tunc ponitur de ea multa quantitas: ſed quando medicina eſt vehementis operationis ⁊ virtutis fortis in calefactione vel infrigidatione ⁊ alijs qualitatibus ponitur de ea parua quantitas ſicut eſt euforbium vel opium ⁊ quando eſt medicina que confert multis egritudinibus de qua dicitur ꝙ eſt multorum iuuamentorum quamuis eius non ſit ita vehemens: ſicut eſt agaricus vel reubarbarum ponitur de ea multa quantitas ſicut eſt in compoſita medicina reſpectu aliarum medicinarũ que mouent corpus ſed ſi virtus eius fuerit vehemens ponit̄ quantitas parua ſicut eſt ſcamonee virtus. Tertia cauſa eſt quia oportet vt ſit quantitas medicine ſecundum ſitum membri quem ſi medicina ponitur i compoſita propter membrum longinquum vel profunde poſitũ debet eius quantitas multiplicari ne eius virtus antequam veniat ad membrum leſum poſitum in profũdo reſoluatur ⁊ non appareat illius effectus in loco leſo intentus a medico. Quarta cauſa quoniaȝ quando iuuamentum medicine eſt iuuamentum nobilis quantitatis ſublimis prohicitur ex ea quantitas magna ⁊ ſi non eſt ſic ponitur de ea quantitas parua. Quinta cauſa eſt quoniam quando iuuamentum alicuius medicine eſt iuuamentum in alia ex medicinis compoſite medicine ponitur de ea quantitas parua ⁊ ſi eſt iuuamentum proprium non inuentum in aliqua aliarum medicinaruȝ tunc ponitur de tali medicina quantitas magna.

Sexta cauſa eſt quem quando in medicina inuenitur aliquod nocumentum mixtum cum iuuamento vel ratione ſui: vel ratione corporis tunc ponitur in compoſita de ea quantitas parua. Septima cauſa eſt quoniaȝ quando in medicina compoſita ſunt alie medicine que deſtruunt virtutem alicuius medicine ⁊ ipſa eſt vtilis operationis ponitur de ea quantitas multa.

Capitulum quartum de quantitate pulueris ſpecierum ponenda ⁊ quo ad guſtum ⁊ quo ad effectum intentum contra infirmitatem in confectionibus zuchari vl' mellis.

Onueniens

c

⁊ vtile reperitur ꝑ medicos ⁊ infirmos ſi in vnaquaqȝ lib. mellis bene cocti ⁊ ſpumati ponantur. ℥.iij. pulueris ſpecierum tritarum ⁊ cribellatarum: nã ex iſto modo confectionis fiet effectus melior ⁊ operatio medici nobilior. Poſſet poni in lib. j. mellis cocti ⁊ ſpumati. ℥.j.ſ. pulueris ſpecierũ preparataꝝ vt dictũ eſt: ⁊ tunc non eſſet cõfectio tam bone operationis neque effectus ſed eſſet maioris delectatiões ad guſtũ. In lib. vero zuchari ſyrupizati ⁊ cocti perfecte ponitur ⁊ poni debet. ℥.j. pulueris ſpecieꝝ preparataꝝ ⁊ cribellatarum quia tũc cõfectio erit perfecte operationis ſm intẽtionem medici ⁊ ſciẽtie. Si aũt in lib. zuchari ſyrupizati vt dictũ eſt ponatur ℥.ſ. pulueris ſpecierum dictarum vel. ℥.ij. ponantur tantum erit cõfectio melioris ſaporis ⁊ diminute operationis ſecunduȝ medicũ ⁊ penes intenſionẽ medicinalẽ. Nos aũt volumus intelligere ꝑ puluerẽ ſpecieꝝ preparataꝝ omne ꝙ põt conteri: ⁊ teritur ⁊ cribratur ⁊ ꝙ per iſtã viã intrat in cõfectionib⁹ ſȝ nõ volum⁹ intelligere ea que intrant in cõfectionibus in modũ nucleoꝝ pineaꝝ vel amigdalaꝝ: neqȝ volum⁹ intelligere medulas ſeminis melõis, cucurbite ⁊ ſimiliũ neqȝ gũmas humidas neqȝ ea q̃ cõtundũtur ⁊ nõ pulueriȝant neqȝ cribrant̄. nã ea q̃ ſũt hui⁹ nature cõfectiõis nõ debent põi in ꝓportiõe bõa ſuperi⁹ ad lib. mell' vel zuchari.

Ca. v. de tyriacis ⁊ metridato ⁊ medicis optatis.

Yriace andromaci

t

deſcriptio eſt melior dſcriptionem ex medicinis que tyriace appellantur. ⁊ eſt radicalis dſcriptio ad alias tyriacas ⁊ iam nixi ſunt plures medicorum ſicut dicitur ⁊ ſpecialiter. G. vt adderent in ea non propter neceſſitatem facientem neceſſarium illud eis: neqȝ propt̄ aliquid vocans eos ad illud: ſed querentes vt memoria remaneret ab eis in ipſa ſicut remanſit. andromaco ⁊ ſanum conſilium eſt ne moueatur aliquid de eo ꝙ experimento iuuatiuum inuenitur fortaſſe enim complexio cum illo pondere eſt ſignificans illud cuius iuuamẽtum inuenit experimentum: ⁊ quando mouetur a ſuo pondere non conſequitur illam ꝓprietatem: ꝙ ſi aliqs dicat ꝙ ſcit cauſam facientem illa pondera facere iſtã proprietatem tũc dicet mẽdatiũ in ea cui contradicet̄ ſuper illud ſicut ſi dicat aliquis ſe ſcire pondera electuariorum in equis: ⁊ in homine ⁊ in alijs: ⁊ hec tyriaca ẽ ſublimior medicinarum compoſitarum: ⁊ melior earuȝ propter multitudinem iuuamentorum: ⁊ proprie in venenis que ſunt ex puncturis ⁊ morſibus ſicut ſerpentũ ſcorpionis: ⁊ canis rabioſi: ⁊ venenis bibitis interficiẽtibus: ⁊ ad egritudines flegmaticas: ⁊ melancolicas et ad paraleſim: ⁊ appopleſiam: ⁊ epilenſiam ⁊ torturam ⁊ tremorem: ⁊ ad eum qui ſecum loquitur: ⁊ ad mareriam ⁊ lepram: proprie ⁊ albaras: ⁊ confortat cor ⁊ aleuiat anhelitum: ⁊ acuit ſenſus: ⁊ appetitum: ⁊ confortat ſtomachum: ⁊ delet pulſum cordis ⁊ retinet ſputuẽ ſanguinis: ⁊ confert ad plures dolores renum ⁊ veſice ex quacunqȝ cauſa ſint ⁊ frangit lapidem proprie i veſica: ⁊ confert ad vlcera inteſtinorum: ⁊ durities ĩtrinſecas in epate ⁊ ſplene ⁊ alijs ab eis vtriſqȝ ⁊ ad periodos amborum ⁊ non efficit has operatiões niſi propter propetatem forme eius ſequentem complexionem ſimpliciũ ipſius ita vt confortet ſpiritum ⁊ calorem innatum qr iuuatur natura per illud ſuper contrarietatem faciẽtia calida ⁊ frigida vincit virtutem eorum. Et diſtinguantur etates in tyriaca ſecundũ tempora dicitur eni eſſe i infantia vſqȝ ad menſes ſex: eo ꝙ vſqȝ ad illud temp⁹ naturam medicinarum ſimplicium que in ipſa intrãt ꝑ actionem ⁊ paſſionem ad inuicem non poteſt cõplexionem mediam conuenientem ad operationẽ tyriace cõſequi cũ effectu poſt ſex menſes fit pubertas que durat cum augmento ſue virtutis in regiõib⁹ calidis quouſqȝ habeat annos. x. ⁊ in regionibus frigidis vſqȝ quo conſequatur annos. xx. deinde fit iuuenis ⁊ ſtat in regionibus calidis quouſqȝ habeat annos. xx. ⁊ in regionibus frigidis quouſqȝ habeant annos. xxx. poſt. xxx. annos i regionibus calidis: ⁊ poſt. xxx. annos vel. xl. declinat: ⁊ poſt annos. xl. expoliatur a virtute tyriace ⁊ fit ſenes ⁊ eſt tunc ſicut vna confectionum declinata a gradu tyriace ⁊ poſt fit ſenectus ⁊ mors ⁊ non operatur aliquid Et oportet ꝙ detur de illa que eſt recens ⁊ fortis morſo ex aur̄ ſ. vſqȝ. ad. aur̄. j. ⁊ debili plus ⁊ minus ſecundum ꝙ inferius dicetur. Et via prima ad cognoſcendum inter tyriacam fortem ⁊ debilem bonam ⁊ malã ſecundum experimentum eſt vt aliquis homo ſumat in potu pillulas laxatinas vel medicinam purgatiuaȝ: ⁊ tunc conſiderat medicus ſi eum ſoluerit ſumat in potu patiens hora purgationis vel ante tyriacam tunc ſi retinet eum ꝙ non ſoluatur ⁊ ꝙ virtus medicine deſtruatur erit tyriaca recens fortis ⁊ bona: ⁊ bone erit adoleſcentie vel virtutis. Si autem non retinuerit eaȝ erit mala ⁊ debilis ⁊ erit in principio infantie vel in fine ſenectutis. Scđa via ẽ vt capiat̄ gall⁹ domeſtic⁹ iuuenis vl' faſian⁹ q gall⁹ ſilueſtris appellat̄: ipẽ. n. ẽ fortioris ꝯplexiõis q̃ȝ domeſticus ⁊ excitet̄ ſup ipſum ani-

mal venenoſū vel ponat̃ de aliquo veneno in vul-
nere paruo facto ſuper allā ſiniſtram ꝓpe coxā. ⁊
poſt hoc detur in potu cum vino de tyriaca ⁊ pona
tur de ea etiā in vulnere: poſt venenuȝ ſpecialiter
cum animal incipit debilitari tunc ſi animal vixe-
rit erit tyriaca bona ⁊ bōe etatis. Tertia via ē vt
detur tyriaca illi qui ſumpſit opium vel iuſquia-
mū nigrum vel corticē mandragore. Et ſi tyriaca
deſtruxerit virtutē alicuius iſtorum erit bona: ⁊ ſi
non nō erit bona. In napelio tyriaca parum ope-
ratur: eo ꝙ quaſi ſubito interficit: ſed dicūt quidā
ꝙ electuariū de muſco magis iuuatiuum ē in hoc
ꝗ̃ tyriaca: quantitas autem que in potu datur de
tyriaca in omni quacꝫ egritudine eſt illa. In tuſſi
quidē antiqua ⁊ dolore pectoris ⁊ lateris datur in
potu lupinus vnus cum aqua mellis aut cū iulep ſi
fuerit cuȝ febre. In rigore aūt periodico ⁊ frigo-
re ⁊ vomitu in initio periodi detur in potu lupinꝰ
vnus cum aqua aut vino ꝙ non ſit maius tribus
ʒ. necꝫ plus. ʒ. iiij. s. Sumat ille qui habet collicā
⁊ inflationē in ſtomacho ⁊ puncturā: quātitatē lupi
ni cuȝ aqua mellis aut iulep vt dictū eſt. paciēs ca
ſum appetitus ſimiliter aut cū aqua aut cū vino ſi-
cut dictū eſt: aut lupinū vnū cū decoctione aſſari.
Et det̃ in ydropiſi lupinus vnꝰ ante cibū degluti
endo aut cuȝ quantitate. ʒ. j. ⁊. s. aceti mixti. Sed
patiens ſputū ſanguinis ſi fuerit ꝓpter tēpus eiꝰ
egritudinis dat̃ vſcꝫ ad aur̃. j. cū aceto cōmixto et
ſi fuerit ſpaciū longuȝ mane ⁊ ſero aur̃. j. vel minꝰ
cuȝ decoctiōe citonioꝝ vel ſyrupo eius: vel de die
bus i diebꝰ cū melle diſpumato cocto valde: aut cū
aliquo mundificatiuo pectoris vt ē rob. Ille vo ꝗ
patit̃ abſciſionē vocis ſumat de ea in potu. ʒ. s. cū
aqua mellis vel rob aut teneat eaȝ ſub lingua. Cō
tra vlcera inteſtinoꝝ ⁊ vētris ſolutionē ⁊ ſangui-
neam cū aqua ſumach. Contra cōſtrictionē arhe
litus dat̃ cum oximelle ꝙ ſit minus. ʒ. j. de ea fiat
gargariſmus ad epilenſiam in ꝑmis deinde det̃
in potu de ea quātitas quarte. ʒ. j. vſcꝫ ad mediuȝ
aur̃ cū aq̃. aut oximelle ſquilitico ⁊ ſimiliter in do-
lore capitis ⁊ emigranea cōtra viciū lapidis veſice
⁊ renū dat̃ cum decoctiōe apij: ⁊ ꝓhibet colericaȝ
paſſionē ⁊ retinet naturā. Et eſt ſciendū ꝙ quādo
quis vtit̃ per interuallū. f. ter in menſe vel quater
hora ſue ſanitatis nō nocēt ei venena ⁊ nō impedi
unt nocumēta in eo ⁊ ſit ſecurus ab egritudinibus
peſtilentie. Naȝ adminiſtratio tyriace ante aduē
tum cū regimine bono ꝓhibet peſtilentiā. Et ap-
pellatur tyriaca noua ⁊ faciēs dormire vſcꝫ ad du
os mēſes vel. iij. eo ꝙ opiū adhuc eſt in ſua potē-
tia faciēs dormire ꝑter ꝙ eius virtus ſit ꝯtracta ⁊
reducta ad mediū complexiōis quā intēdit natu-
ra cōmunis ipſius tyriace: vel cauſa ꝑter quā inuē
ta fuit et facta. Deſcriptio tyriace andromaci. R.
tro. ſquille aur̃. xlviij. trociſcorū d viꝑis aur̃. xxiij.
trociſcoruȝ andaracharon aur̃. xxiiij. piꝑis nigri:
piꝑis longi añ aur̃. xxiij. ſcordeon ideſt allei ſilue-
ſtris: opij: boni cinamomi: roſaꝝ rubeaꝝ ſeminis
napi ſilueſtris ideſt rapaſti yreos agarici: ſucci liq
ricie: balſami puri añ aur̃. xij. mirrhe croci zinzi-
beris reubarbari: radicum pentafilon mentaſtri
montani: praſij: ſeminis petroſilini: macedonici
ſticados: arabici coſti amari: piperis albi: pule-
gij ceruini: olibani: floris ſquinanti terbentine caſ-
ſie lignee nigre ſpice inde polij añ aur̃. vj. ſtoracis
liquide ſeminis apij ſiſeleos naſturtij babilonici vl'
yſopi vel ſticados montani ꝙ eſt melius ameos ca
medreos camepitheos ſucci ypoquſtidos ſpice cel-
tice folij indi gentiane romane ſeminis fenugreci
terre ſigillate vitrioli aduſti de quo fit encauſtruȝ
ꝙ appellatur colcotar amomi naſturtij albi: acori
carpobalſami ypicon ſu vel valeriane ꝙ idem eſt
gūmi arabici cordameni vel carui agreſtis quod ē
ideȝ aniſi acatie ſerapini añ aur̃. iiij. dauci galbani
aſpalti vel bituminis iudaici ꝙ eſt idē oppopona-
cis centauree minoris ariſtologie rotūde caſtorei
añ aur̃. ij. mellis diſpumati. lī. x. vini bene redolē
tis ⁊ clari puri. lī. iij. enumeratis medicinis que in
trāt i tyriaca ſunt. xliiij. ꝑter vinū ⁊ mel ſm̄ ſentē
tiam ſerapionis ⁊. Auic. opiū ⁊ ypoquiſtidos. ⁊ ſe
rapinum ⁊ ſuccus liquiritie ⁊ ſtorax liquida ⁊ aca-
tia ⁊ oppoponacū ſumant̃ hec omnia in mortario
ponant̃ duo pauco mellis diſpumato moueantur
donec molleſcant: deinde in vino infundant̃ ⁊ per
tres dies in vaſe vitreo manere ꝑmittant̃ poſtea
ſpica: cinamomū ⁊ trociſci ⁊ caſſiā ligneā et naſtur
tiū atcꝫ caſtoreuȝ ⁊ foliū ⁊ terra ſigillata ⁊ colcotar
⁊ aſpaltū atcꝫ amonium hec: omnia trita in morta
rio miſceant̃ ⁊ ex vino aſpergant̃ donec vniantur
deinde mel ⁊ gūmi arabicū ⁊ terbētina ⁊ galbanū
⁊ balſamū ſumant̃. ⁊ i cazola poita donec ſint mix
ta agitent̃ que taliter ꝑparata alijs medicinis que
in mortario ſunt adiungant̃ ⁊ cuȝ omnia ſimul fue
rint terrāt̃ ⁊ agitent̃ donec ſint ſimul mixta. dein
de ꝙ ex eis ſit ex piſcide argētea vl' aurea ſtagnea
vel plumbea vl' vitrea que poſſit capere h medica
men in duabus partibus ſui reponat̃: h autē vas
nō ſit plenū cuius os cum corio optime liget̃ quot
tidie tā vel ꝑ interualum vel per aliquot dies diſ-
cohoperiat̃ ac per vnam horā manere ſic permit-
tatur. Ex hac quocꝫ medicina nō niſi poſt ſex men
ſes aliquid ſumat̃ niſi ex cauſa dicta ſcilicet ꝓpter
ſomnum. Trociſci de viperis ſic fiunt ſumant̃ vi-
pere femine que ſic diſcernunt̃ a maſculis ſm̄ hūc
modum quia maſculi habent in omni latere vnum
dentem: femine vero plures ⁊ vipere iſte ſunt ſer
pentes capita habentes plana lata ꝓpter apud ꝓ
pinquitatem colli minuti ſubtilis valde: caude qua
rum ſunt curte ſtrepituȝ facientes ⁊ ſonitum in in
ceſſu et necꝫ omnes vipere ſunt conuenientes iſtis
trociſcis. Sed flaue vel ruffe: cornute vero mini-
me ⁊ eligant̃ ille que ſunt veloces caput frequen-
ter agitantes ⁊ que ſunt bone habitudinis ⁊ pin-
gues oculos habentes rubeos quaruȝ anus iuxta
caudam inuenit̃. colligant̃ vel capiant̃ in tempore
veris ſpecialiter vel in eius medio hoc eſt in fine
maij vel in medio eius ⁊ non ſint morantes in lacu
bus: necꝫ in littoribus maris necꝫ in locis que aq̃
ſalſe vicina exiſtant. Cum aūt colecte fuerint illico
ex eaꝝ capitibus ⁊ caudis quantum eſt. quattuor
digitoꝝ menſura abſcindant̃. ⁊ ſi poſt abſciſioneȝ
moueant̃. ⁊ multum ſtent antecꝫ quieſcant ⁊ agi-
tentur: ⁊ ſanguinis ab eis fluxerit multitudo ſto-
maſtice ſunt ⁊ congrue: ⁊ ſi ſint aſpectꝰ audatie an
te abſciſionē extremoꝝ ſunt vtiles. Si aūt ꝯtrari
uȝ huius ꝯtingat nullomodo in medicamine ſunt
ponende: cū mortue fuerint extrahant̃ viſcera et
ꝓpter fel ipſarum ⁊ abluantur cū aqua ⁊ ſale: vl' cū
aqua dulci exquiſitiſſime deinde per fruſtra inciſe
in caldaria mūda cuȝ aqua ⁊ ſale ⁊ aneto donec diſ
ſoluant̃ ⁊ caro ſeparetur coquātur: deinde ꝓhiciā
tur oſſa ⁊ ius a carne colletur ignis vero cum quo
coquētur ſit fortis qui de carbonibus quercus fi-
at: caro quocꝫ primo premat ur vt humor qui eſt in
ea egrediatur: deinde de carne illa ſumatur pon-
dus aliquod cui quantū eſt quarta pars illius pon
deris de tortellis admiſceatur: per tortellas intel
ligas panem de frumento coctum ita vt poſſit cō-
teri ⁊ in quo non ſit multum fermenti imo vicinet̃
pani azimo ita ꝙ non habeat aliquid acetoſitatis
in ſe imo ſit perfecte exſicionis terratur ille panis
vt alcohol: deinde cum carne viperaꝝ preparata
vt dictum eſt terrantur ⁊ ſimul miſceant̃ ⁊ ex quā
titate parua iuris decoctionis infundantur ex qui

bus poſtq̄ multotiens ⁊ mixte bene fuerint trociſ
ci infoꝛmentur ſubtiles. Qui vero eos conficit ma
nus ⁊ digitos balſamo inungat quos in vmbꝛa de
ſicet ſingulis hoꝛis reuoluendo qui cū deſicantur
in vaſe ſicco nil humoꝛoſitatis habētē eſſe debent
poſtq̄ aūt bene deſiccati fuerint in vaſe vitreo re
ponatur. Trociſci de ſquila ſic fiunt ſumat ſquila
tēpoꝛe meſſium que neq̄ ſit parua: neq̄ magna: et
cooperiat ex paſta vndiq̄: et ponat ſic in furno
ſuper laterē donec paſta bene cocta fuerit ⁊ aſſa-
ta: tūc extrahat ⁊ ꝓiciatur paſta ⁊ ꝙ ei adheſit: ⁊
ꝙ intus eſt de cepe accipiat cui quantū eſt medie-
tas eius de farina oꝛobi trita ⁊ cribellata ei admi-
ſceatur: que poſtq̄ fuerint terrant ⁊ miſceātur ali
quotiens ⁊ ex vino donec fuerit bene mixta imbi-
bantur ⁊ infoꝛment trociſci. Andromacus aūt vo
lebat vt adminiſtrarētur cū cepe ſic ꝑparato due
partes farine ⁊ tertia eius eſſet ſquila qui aūt eos
foꝛmat ex oleo roſato inungat manus ſuas trociſ-
cos infoꝛmando eos faciat ⁊ in vaſe vitreo recon-
dat. Trociſci andarachbaron ſic fiunt. ℞. darſeſa
ban: ⁊ intellige per darſeſaban arboꝛē habētē ſpi
nas magnas que appellatur ſpinū album vel coꝛ-
ticis eius: calami aromatici: coſti: xilobalſami: aſ-
ſari polij: amomi: maſticis: ſu. floꝛis cotille albe et
appellatur anatellū fetidum añ aur. vj. floꝛū ſqui
nanti: vl' ſummitatū eius aur. xx. reubarbari: caſſie
lignee cinamomi añ aur. ſpice ide: folij añ aur. xvj.
mirrhe añ aur. xxiiij. croci aur. xij. terrātur et cri-
bentur ⁊ cū vino redolente conficiciantur ex qui
bus infoꝛment trociſci ⁊ exiccentur in vmbꝛa: fiāt
omnes iſti trociſci parui. ſ. in pondere. ʒ. s. vel cir
cha. Tyriaca de rabi ſic fit ⁊ eſt de melioꝛib⁹ opia
tis. ℞. opij. ʒ. xxiiij. eufoꝛbij: ſpice nardi cardamo
mi: pipis albi zaffrani: piretri: aſſi ſeminis iuſqa
mi albi: ⁊ eleboꝛi albi añ. ʒ. xij. ꝯficiantur cū mel-
le diſpumato ⁊ bene cocto poſtq̄ bene trita ⁊ cri-
bellata fuerit: h̄ aūt valet ad doloꝛē capitis ex cau
ſa frigida data ad modū ciceris cum aqua deco-
ctionis maioꝛane: valet etiā ad doloꝛē dentiū cū
fricant ex ea. Et valet ad groſſitudinē ſplenis da-
ta ad modum ciceris cum aqua ⁊ aceto calidis ⁊ ſi-
mul mixtis ⁊ ad ventoſitatē groſſam data cum aq̄
apij ſi eſt ex latere ſiniſtro ⁊ ſi ē ex latere dextro cū
aqua ſcariole ⁊ lactucarū. Et valet ad moꝛſū ſcoꝛ
pionis cum aqua data in qua ſit cocta aſſa fetida: ⁊
valet ad doloꝛem capitis qui fit ex opillatione lon-
ga ⁊ cauſa frigida data cum decoctiōe cumini: ⁊ ad
mulieres que non habēt fluxum ſanguinis poſt ꝑ
tū data cum decoctione fenugreci. Et valet triſti
bus cum aqua frigida: ⁊ dicitur ꝙ non credo ꝙ va
let diſintericis cum aqua mixta cum oleo roſato et
ad emoꝛoydas data cū aqua poꝛri ꝓuocando emo
roydas ⁊ menſtrua emplaſtrata et bibita ⁊ ad coi-
tum aqua decoctionis cicerū rubeoꝛum: ⁊ ad poda
gram cum decoctiōe rute ⁊ ad doloꝛē capitis ſi ex
ea inungat caput cū oleo roſato ⁊ ad doloꝛē ocu-
loꝛum ſi detur potu cū decoctione pſilij ⁊ ad tinitū
aurium cū decoctione aneti: ⁊ etiā ſi in aurē diſtil
letur ⁊ illis qui nō poſſunt doꝛmire cū vino vel aq̄
decoctionis papaueris: ſemꝑ datur in omnib⁹ in
firmitatibus in modum ciceris. Tyriaca diateſe-
ron que datur in puncturis ſcoꝛpionū ⁊ alioꝛ rep
tilium: ⁊ pernitioſis venenis confert: ⁊ tyriace ma
gne in bonitate vicina exiſtit ſic fit. ℞. gētiane ari
ſtologie baccarū lauri mirrhe oiū añ partes eq̄les
terrātur ⁊ miſceant cū melle diſpumato ⁊ repōat
i vaſe. ſumat de ea aure. i. ⁊ plus cū. ʒ. j. boni vini
cū fuerit neceſſe. Tyriaca de terra ſigillata q̄ ē ex-
perta: nā ſi eā aliq̄s potauerit q̄ venenū ſumpſerit
vomere ñ ceſſabit donec totū euomat venenū. ℞.
terre ſigillate baccarū lauri añ. ʒ. iij. terrant ⁊ cum

butiro vacino iungātur ⁊ cū melle ꝯficiant ⁊ i vaſe
reponant: q. n. timet ne ei oculte exbibeat vene-
nū añ cibū vel poſt de ea ſumat aliq̄d i modum ca
ſtanee cū vino aut quando malū ſuꝑuenerit acci-
dens nā ſi ea vtēs ſumpſerit venenū illico eū euo-
mere faciet: ⁊ ſi venenū nō acceperit nequaquā vo
mitū euenire faciet q̄ ꝓpter donec vomitus fue-
rit ipſa i potu dāda erit: poſt h̄ autem ſignificatio-
nes q̄ apparent ſunt attendēde ex medicinis quas
i curis diximus venenoſoꝛ dādum ē. Deſcriptio
medicaminis de aſſa ꝙ loco tyriace ponit: ⁊ valet
ꝯ venena frigida i puncturis ſcoꝛpionū ⁊ rutelle ⁊
egritudines frigidas ſic fit. ℞. folioꝛum rute ſicce
coſti mentaſtri ſicci: piretri carui agreſtis añ. ʒ. ij.
aſſe. ʒ. ij. s. ꝯficiant cū melle diſpumato doſis ei⁹
ē ad modū auelane vſq̄ ad quātitatē nucis cum vi
no. Tyriaca ſiue medicamē ꝙ fit de nucibus ⁊ ficu
bus oīa venena aīalium venenoſoꝛ moꝛſus neceſ-
ſe ꝓhibet ſic fit. ℞. nucū a duobus coꝛticib⁹ excoꝛ
ticatarū. ʒ. j. ſalis grādinoſi marini folioꝛ rute añ.
ʒ. j. ⁊. ℈. j. ficuū albarū quātum ſufficit ad cōmixti
onem ꝑdictoꝛ ex quibus cū mixta fuerint fiāt tro
ciſci ad modū nucis. qui caſum timet ne veneno pe
reat ſumat ante cibum de ea h̄ namq̄ medicamen
bonitate ſue compoſitionis venena expellit. Me-
tridatum ꝙ eſt medicamē nobile ꝙ ponit loco ty
riace ſi quis eo aſſidue vtat ⁊ ei res ꝑnitioſa tribu
atur non nocebit: cū h̄ etiam cibi appetitū confoꝛ-
tat: coitum cū mouet: ⁊ colloꝛem reddit pulcrū at
q̄ malas cogitationes ex colera nigra ⁊ fabulatio
nes anime ꝓuenientes remouet: vrine quoq̄ diffi-
cultatem diſſoluit: ⁊ antiquo fluxui vētris auxilia
tur: viſum nec nō alios acuit ſenſus ſic fit. ℞. mir
rhe croci oꝛientalis agarici zinziberis cinamomi
añ. ʒ. x. thuris: macis: ſpice nardi naſturtij: ſq̄nā-
ti eleboꝛi nigri: xilobalſami ſticados ſiſeleos: coſti
dulcis: galbani terbentine piperis longi caſtoꝛei
ypoquiſtidos: ſtoꝛacꝭ liquide oppoponaci folij añ
ʒ. viij. caſſie lignee: piperis nigri. piperꝭ albi mel
liloti ſcoꝛdeon polij dauci balſami vl' ſucci ligni bal
ſami carpobalſami: medicaminis de fuſcio bdelij
añ. ʒ. vij. ſpice celtice armoniaci maſticis gummi
arabici: ſeminis fenugreci roſarū rubearū ſeminis
petroſilini macedonici coꝛdumeni gentiane roma
ne pulegij ceruini añ. ʒ. v. aniſi maioꝛane: achatie
auelane inde: ipericon inguinis ſtinci añ. ℥. s. aſſa
ri ſerapini añ. ʒ. iij. opij. ʒ. vj. folioꝛū rute. ʒ. ij. s.
ꝯficiant ſic gūme i vino infundant veteri ⁊ in moꝛ
tario donec molleſcant ⁊ cū piſtello agitent dein-
de cum melle diſpumato ꝙ ſufficit conficiant. De
h̄ autem medicamine quantū eſt auelana aut parū
plus aut parū minus ē dandū: cū aūt ſuꝑuenerit
accidēs aliq̄d ⁊ fuerit neceſſe h̄ ſumere medicamē
loco tyriace bibit ex eo quantū eſt vna nux cum vi
no vel alia re cōueniente ad aliud accidens. medi-
cine iſtius confectionis ſunt. lv. ꝑter mel ⁊ vinum
Tyriaca que defenſio appellat medicaminis ꝙ in
trat in metridato ſic fit. ℞. paſſularū mundatarū
℥. s. terbentine. ʒ. iij. mirrhe ſquināti añ. ʒ. xij. ci-
namomi bdelij blace biſantie ſpice celtice. caſſie li
gnee mellilotiy ciperi baccarū lauri añ. ʒ. iiij. calami
aromatici. ʒ. viiij. croci orientalis aſpalti añ. ʒ. ij.
s. conficiant ſic ea que mollificari poſſunt in vino
veteri poſita dimittant donec liqueſiant. alia autē
omnia trita ⁊ cribellata cum eis cōiungantur ⁊ cū
melle diſpumato conſeeta ⁊ mixta reponant. Me
dicine iſtius confectionis preter mel ⁊ vinum ſunt
xiiij. h̄ enim electuarium ſcilicet medridatū ſic cō
fectum ponit in omni re loco auree alexandrine ⁊
adriani que duo ſunt in antidotario nicholai ⁊ eſt
illis duobus melius ⁊ nobilius. Athanaſia ē vna
de bonis confectionibus ꝓprie valet contra fluxū

ſanguinis mẽſtruorum data cum ſucco plantagi-
nis in facto ex fricatione eius ſup lapidẽ molarez
valet mirabiliter contra fluxuz vẽtris. Et ſi diſtẽ-
peretur cũ eodem ſucco plantaginis infecto valet
cõtra fluxum ſanguinis narriũ ſi in narribus po-
natur vel attrahat̃ q̃ ſic fit. ℞. cinamomi caſſie li-
gnee aň. ʒ. iij. et grana. vj. ſquinanti croci ſtoracis
calamite: valeriane fiſcleos iuſquiami apij: dauci
aniſi opij. aň. ʒ. j. s. ⁊ gra. iij. ſpice folii ⁊ caſtorei:
pulegij: lauri maiorane piperis albi piperis longi
petroſilini: mirrhe ematbitis ſanguinis dracõis:
corali rubei coſti boliarmeni vitreoli auripigmẽti
aſſari acori: corticũ mandragore aň. ʒ. s. mellis ꝙ
ſufficit. doſis eius eſt. ʒ. iij. vel. iiij. cum ſucco pre-
dicto ante prandium ⁊ cenã. eſt enim vna ex medi-
cinis opiatis. Athanaſia alia que fit cũ epate adib
conferens doloribus epatis: ſtomachi ⁊ ſplenis ⁊
vẽtoſitatib⁹: ⁊ diſinterie ⁊ tuſſi antique: et eis qui
euomunt ſanguinẽ ⁊ eſt ſedatiua doloꝝ ſicut cõfe-
ctio filonij ⁊ valet ad fluxum ventris et ſanguinis
expulſionem ⁊ dolorem renumet ventoſitatem re-
num ⁊ veſice ⁊ aſmati ⁊ tuſſi ⁊ mundificat pectus.
⁊ confert ſicut emplaſtrum ſuper emoroydas poſi-
ta cuius doſis eſt a quartis aurei vſq₃ ad medium
ſic fit. ℞. croci mirrhe: opij caſtorei ſeminis iuſqa-
mi albi coſti. cordumeni papaueris ſpice eupatorij
epat̃ adib cornu cerui adusti: cornu capre aň. ʒ. s.
terrant̃ ⁊ conficiant̃ cuz melle diſpumato: ⁊ pona-
tur cum eis aliquid boni vini: ⁊ dimittant̃ ſic vſq₃
ad menſes ſex ⁊ poſtea vtere. Rubea trociſcata q:
eſt rubea eo quia recipit trociſco dicit̃ trociſcata:
valet febrib⁹ colericis de materia cõpoſita ⁊ quot-
tidianis ſpecialiter poſt purgationem vel purga-
tiones ſi dat̃ ad modum auelane cuz ſyrupo roſa-
to: vel melle roſato eſtate cuz aqua frigida: ⁊ bye-
me cũ calida que ſic fit. ℞. cinamomi liquiritie pa
pauceris aň. ʒ. iij. ⁊ grana. vi. croci roſaꝝ iuſquia-
mi ſeminis apij aň. ʒ. ii. ⁊ grana. v. ſpice nardi vio
larum aň. ʒ. j. ⁊ grana. viij. s. gariofiloꝝ ſtoracis
opij boni aň. ℈. s. mirrhe aniſi: trociſci croci: ma-
gnetis et adriceri aň. grana. xv. mellis. ꝙ ſufficit.
Trociſci adriceri ſic fiũt. ℞. amomi cinamomi fo
lij croci mirrhe caſſie lignee aň. ʒ. s. ſpice. ℈. j. bal
ſami vel ſucci ligni balſami ꝑ eo coſti ſquinanti ca
lami aromatici carpobalſami aſſari. valariane aň.
ʒ. xv. ſeminis fenugreci: maſticis aň. ʒ. x. maiora-
ne. grana. v. cõficiant̃ cuz vino in quo diſſoluta ẽ
ſtorax ſicca. Trociſci magnetis ſic fiunt. ℞. croci.
ʒ. iij. roſarũ mirrhe aň. ʒ. j. xilobalſami: aloes aň.
℈. ii. informent̃ trociſci cum aq̃ roſata omnia iſta
ſunt ex medicinis opiatis. Attende hic ꝙ non de-
bet dari aliqua medicina opiata vel tyriacalis con
tra aliqd̃ viciũ morbi niſi poſt purgationẽ vel pur
gationes ꝙ meli⁹ eſt: q: ſi materia fuerit talis qd̃
a tyriaca ꝑfecta cõſumi nõ poſſit vl' medicina opia
ta fierẽt ex vna febre vel egritudine due febres vl'
egritudines plures. Unde et bene dicit̃ ꝙ omnis
medicina opiata tria bona facit ⁊ ꝯfortat: ⁊ conſu-
mit ⁊ reſoluit: verum eſt ſi datur poſt purgationẽ
vel purgationes. aliter autem regula nõ verifica
retur: ſed potius falſificaretur.

Capitulū. vi. de confectionibus que ſunt pro
prie contra infirmitates ſed nõ ſunt delectabiles
apud guſtum.

℞ima iſtarũ confec

p tionũ eſt confectio de anacardis que
valet paraleſi torture: ⁊ appoplexie ⁊
omnibus egritudinibus frigidis. Et
doloribus capitis ⁊ doloribus inteſtinoꝝ vento-
ſis ⁊ humoralibus ⁊ doloribus capitis ex materia
frigida ⁊ ſpecialiter quãdo ſunt abſq₃ febre h autẽ
medicina ꝑprie ſanat ⁊ ſtatim ſudare facit oportet
vt hora qua ſumit̃ corpus totaliter cohoperiatur
⁊ ſtet ſic tãdiu ꝙ ꝑfecte ſudauerit cuius permixtio
ſic fit. ℞. zinziberis piretri: nigelle coſti: pipis lõ
gi piperis: acori aň. ʒ. x. mirrhe foliorũ rute: aſſe
gentiane: ariſtologie. longe: baccaꝝ lauri. caſtorei
tapſie ſinapis. aň. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. ⁊ ter-
tiam inuoluant̃ medicine poſt cõtrictionem ꝑfectã
cuz oleo de nucibus ⁊ cõficiant̃ cũ melle diſpuma-
to. datur ad modũ caſtanee. vel dant̃. ʒ. ij. vl'. j. ſʒ
virtutem per ſe: ⁊ cũ vino calido. vel aqua decoc-
tionis ſauine: h enim electuariũ attrahit febrẽ effi-
meram ⁊ valet ſpaſmo de repletiõe ⁊ omnib⁹ egri
tudinibus frigidis: ⁊ inflãmat corpus ſtatim ⁊ re-
mouet grauedinẽ lingue quãdo cuz eo fricat̃ ⁊ cõ-
fortat ſenſus debilitatos mẽbroꝝ omnium et eos
acuit cũ leſi ſunt ꝑpter frigiditatẽ ⁊ maxime quã-
do cũ eo emplaſtret̃ eſt enim in omni cauſa frigidi
tatis magne bonitatis ⁊ vtilitatis. Confectio me-
dicaminis ad lumbricos ⁊ vermes qui ſunt in inte
ſtinis ⁊ ſtomacho exꝑta in omni etate quãdo ſunt
cum febre ⁊ etiã abſq₃ febre ſic fit. ℞. cẽtonice albi
ʒ. vi. farine lupinoꝝ. ʒ. iij. cribellent̃ ⁊ conficiant̃
cum melle diſpumato. datur per ſe ad modũ nuc̃
vel caſtanee: ⁊ datur pueris ⁊ habentib⁹ febres cũ
vermibus ⁊ lumbricis quãdo diſſoluit̃ cũ aqua ca
lida vel cum aqua decoctionis endiuie ⁊ lactuce et
ſanat eos ⁊ remouet fluxum vẽtris: ⁊ ipſuz curat
qui in eſt pueris ꝑpter vermes ⁊ guloſitatez cuz
potentia materie frigide: Mel anacardinum ꝙ in
trat in electuario de anacardis ⁊ alijs confectioni
bus ſic fit. tere anacardos ⁊ pone eos in aceto: ⁊ di
mitte ſic diebus octo ⁊ coque eos lento igne: ⁊ re-
noua acetum ad duas partes ⁊ colla cuz linteo po
ne fecem in medicina loco anacardi ⁊ cuz aceto po
ne tantũdem melis: ⁊ coque h ſimul vſq₃ ad ſpiſſi
tudinem mellis. ⁊ h erit mel anacardinũ. Filonij
iuuans yliofos cuz maximo coartant̃ dolore: ⁊ ti-
metur ne ſincopis egro ſuperueniat vẽtoſitatẽ car-
minant ſomnũ ꝓuocat ſic fit. ℞. pipis ameos fo-
liorum rute mẽtaſtri: caſtorei baccarum lauri: cimi
ni aň. ʒ. j. opij mandragore: iuſquiami ſeminis aň
ʒ. s. conficiant̃ cuz melle diſpumato ꝙ ſit eiuſdẽ
quãtitatis vt ſunt omnes ſpecies. doſis eius ẽ aur̃
i. cum vino decoctionis cimini ⁊ endiuie vel lactu-
caruz. addat̃. ʒ. i. tertia de ſcamonea in toto. ⁊ tũc
fiet ſolutiuum. Filonium aliud ꝙ fecit filon tara-
ſuſi ꝙ ſic fit. ℞. iuſquiami albi pipis nigri aň aur̃
xx. opii. aur̃. x. croci aur̃. v. ſpice piretri euforbiaꝫ
aur̃. i. conficiant̃ cuz melle diſpumato duplo: dat̃
in modum caſtanee plus ⁊ minus ſꝫm virtutez cuz
vino decoctionis cimini ⁊ endiuie. vel lactucarum
ꝯtra eaſdem paſſiones vt ſuperius dat̃. Aliud ad
idez. ℞. ſemis croci ortulani. ʒ. x. ſerapini. ʒ. ii. cõ
ficiant̃ cum penidijs: ⁊ cum fuerit neceſſariuz ſu-
matur de eo. ʒ. v. cum vino ⁊ alijs dictis ⁊ eſt mi-
rabile h experimentum. Confectio de baccis lauri
ſpergens ventoſitatẽ fortiter que dat̃ ad bibẽdũ
in dolore coſtarum ⁊ inteſtinoꝝ ventoſo: etiã nõ
inuenitur ei par in h ſic fit. ℞. rute ſicce. ʒ. x. ame
os amomi nigelle ſeminis leuiſtici: origani carui
ſeminis petroſilini amigdalaꝝ amararũ. pipis ca
lamenti piperis longi dauci: acori aň. ʒ. ii. baccaꝝ
lauri caſtorei aň. ʒ. iiii. oppoponacis. ʒ. iii. conficí
antur cum melle. dat̃ cum vino calido vel vino de
coctionis leuiſtici. doſis eius eſt ad modum auela
ne vel caſtanee ad plus. Triſera magna ſic fit. ℞.
opii cinamomi gariofilorum galange ſpice zedoa
rie zinziberis coſti ſtoracis calamite calami aro-
matici ciperi yreos. paucedani acori mandragore
ſpice celtice roſarum piperis aniſi apii petroſilini
fenugreci ſemis macedonici dauci iuſquiami albi

ozimi an̄.ʒ.j.conficiant̄ cū melle diſpumato ⁊ be
necocto.ʒ.ij.vel.iiij.ad plus cum vino arthemi-
ſie vel ſauine vel endiuie: valet mulieribus ꝓpter
retentionē mēſtruorum doloroſam: aut quādo nō
bene purgant̄ in ꝑtu cōtra dolorem ſtomachi. vi
ris aūt valet cum aqua ſeminis fenugreci: ⁊ valet
cōtra vitia matricis ex frigiditate: ⁊ tunc recipitur
cum vino decoctionis arthemiſie ⁊ ſimilium: ⁊ ꝓ-
uocat mēſtrua ſi fiat pēſarium ex ea cū bombice vł
coto inuncto oleo ⁊ in vuluam poſito. ſi det̄ vt di-
citur cum vino decoctionis mādragore vel ſambu
ci valet ad impregnationē: ⁊ pueros dormire facit
ſi dat̄ cū lacte mulieris in modum ciceris. Trife-
ra alia magna valens ad malitiā digeſtionis: ⁊ fri
gus ſtomachi ꝓprie ⁊ mollificationē in ſtomacho
⁊ veſica ⁊ addit in deſiderio cōeundi ſic fit. ℞. mi-
robalanorum nigrorum extricatorum.ʒ.vj. belliricorū
emblicorū ſeminis apij. caſſie lignee ameos origa-
ni an̄.℥.j. ſpice amomi cardamomi acori an̄.ʒ.iij.
cinamomi.ʒ.iiij. piperis longi piperis roſe aſini-
ne: ſalis indi. an̄.℥.s. ſcorie ferri.ʒ.iij. ſerapini.℥
j.s. ſalis armoniaci.℥.s. terc. ⁊ cribella ⁊ inung-
cum oleo amigdalarum ꝯfice cum melle det̄ de ea.ʒ.
ij. vel.iij. cum vino. Trifera minor ſic fit. ℞. miro
balanorum nigrorum: kebulorum belliricorum emblicorum
ablatis nucleis an̄. partes equales terrātur: ⁊ in-
ungant̄ cum oleo vel butiro: ⁊ conficiant̄ cū melle
de quo omni mane ad nucis magnitudinē ſuma
tur cum vino veteri mixto cum melle roſato. aut ꝑ
ſe valet cōtra canitiem: ⁊ eā tardat: ⁊ vſus eius elō
gat vitam: ⁊ acuit omnes ſenſus: ⁊ ſtomachū ⁊ ap
petitū confortat. Diacurcuma ſic fit. ℞. croci.ʒ.
xij. maiorane valariane. an̄.ʒ.iiij. ſpice.ʒ.vj. aniſi
dauci aſſari: reubarbari petroſilini. an̄. iij. coſti
caſſie floris ſquinanti. an̄.ʒ.j. rubee.ʒ.ij. ſucci lilij
eupatorij polij ſcolopendrie. an̄.ʒ.ij. olei balſami.
ʒ.j. mirrhe.ʒ.iiij. terrant̄ ⁊ inuoluant̄ in oleo bal
ſami ⁊ ꝯficiant̄ cū melle: ⁊ detur de eo cū oximel
le vł melle roſato.ʒ.j. aut cū rob: valet ad dolores
antiquos exiſtentes in epate ⁊ ſplene ex frigore et
groſſitie: ⁊ aperit opilationes accidētes in omni-
bus inſtrumētis nutrimēti: et fugat ventoſitates
groſſas ab eis ⁊ ꝓuocat vrinā: ⁊ ꝯfert omnibꝰ do-
loribus renum ⁊ veſice ⁊ matricis accidentibus ex
materijs groſſis ⁊ duritiei que eſt ex eis et ydropi
ſi: ⁊ quādo admiſcet̄ in qualibet. lł. eius.ʒ.ij. lima-
ture acuū ablute cū aceto ⁊ tunc magis valet ꝯtra
vitium ſplenis ⁊ opilationē nutritiuorum ⁊ fit de ge
nere electuariorum ferratorum. cōfectio medicaminis
ſolutiui mūdificantis ſtomachū ⁊ expellētis ab eo
ſuperfluitates humiditatum remanētiū in eo ex fru
ctibus humidis ⁊ cibis groſſis ſic fit. ℞. turbit al
bi gūmoſi mūdati a cortice ſuo.ʒ.x. zinziberis.ʒ.
v. zuchari.xv. terrant̄ perfecte ⁊ cribellent̄ ⁊ agre
gentur ⁊ miſceant̄ ſitq; doſis.ʒ.iij. plus ⁊ minꝰ ſm̄
neceſſitatem et virtutē in febre flegmatica ſecure.
Confectio ad eum qui euomit cibū cum ſignificati
onibus frigiditatis ⁊ cōfortat ſtomachū ⁊ nutriti-
ua omnia ſic fit. ℞. ſquinanti.ʒ.j. piperis.ʒ.s. thu-
ris: ciperi: an̄.ʒ.j. vermicularis ſiue pentadactili.
ʒ.s. zinziberis cinamomi caſſie lignee calamēti an̄
quartā.ʒ.j. maſticis ligni aloes an̄ tertiā.ʒ.i. gari
ofilorum galiemuſ. an̄. ſextā.ʒ.i. belerici.ʒ.i.s. ame
os tantundē: ſumant̄ interiora paſſularum ⁊ terran
tur ⁊ coquant̄ cū aqua ⁊ exprimant̄ ⁊ decoquātur
donec groſſa fiat ⁊ ſpiſſa: ⁊ conficiant̄ cū ea. ⁊ tunc
ſumat̄ de ea omni die ad nucis magnitudinē. Me
dicamen ad tuſſim frigidā ſic fit. ℞. ſtercoris locu-
ſtarum aut vermiū ſirici.ʒ.ii. bibant̄ omni die aſ-
ma ⁊ tuſſim antiquā remouet. Item ſi bibat̄ omni
die pinearum.ʒ.ii. mundatarum a corticibus ſuis cum
ſyrupo de yſopo idē facit. Confectio alia mirabi-
lis ad hoc ſic fit. ℞. ſucci: liquiritie yſopi capilis ve-
neris. an̄.ʒ.x. cordumum piperis: amigdalarum amara
rū ariſtologie rotūde ſeminis vitice. an̄.ʒ.v. mel
lis diſpumati q̄ ſufficit h. n. electuariū pectꝰ ⁊ ſpi
ritualia ab omni ſuperfluitate flegmatica viſcoſa cō-
poſita mundificat: ⁊ vocē clarificat ⁊ mirabiliter ex-
pellit ſuperfluitates ex pectore. Ad idē ℞. liquiritie
℥.i. yſopi yreos. an̄.℥.s. zuchari.℥.ii. zinziberis.
℥.i. miſceant̄ ⁊ ſero ⁊ mane ſumat̄ de h medicami-
ne coclear vnū cū miua: aut rob ⁊ vocē clarificat ⁊
tuſſim remouet antiquā cōtingentē ex materia viſ
coſa et adherente. Confectio de calamento ſeu de
yſopo diaris appellat̄ ſic fit. ℞. calamēti.℥.j. yſo
pi origani pulegij ſaturegie ſeminis vitice yreos
capillorum veneris. an̄.℥.s. piperis liquiritie ariſtolo-
gie mirrhe. an̄.℥.ij. croci piperis longi cubebe an̄
℥.i. fiat puluis cribratus ⁊ conficiat̄ cū melle diſ-
pumato videlicet ſenibꝰ ⁊ decrepitis ſtomachū fri
gidum cōfortat ⁊ tuſſim remouet antiquā ⁊ aper-
rit opilatiōes meſaraicarum ⁊ ſplenis: ⁊ ſenſus acu
it ⁊ auditum ⁊ calefacit renes et omnia nutritiua.
mane ⁊ ſero ſumitur ad modum nucis per ſe abſq;
adiuncto aut cum rob.

Capitulum. ſeptimum de yeris.

Era que pigra appel

y latur ſic fit. ℞. pulueris roſa. rubearum
ſpice maſticis xilobalſami carpobalſa-
mi cinamomi caſſie lignee: aſſari oium
an̄.ʒ.v. aloes.ʒ.lxxx. terrat̄ aloes per ſe ⁊ cribre-
tur: ⁊ poſt miſceat̄ cum puluere cribrato aliarum re-
rum: ⁊ cōficiat̄ cum melle diſpumato: valet in do-
loribus factis ex cauſa frigida ⁊ calida ⁊ cōpoſita: et
remouet faſtidium ſtomachi: ⁊ ipſū in omnibꝰ ſu
is operationibꝰ cōfortat: ſoluit colerā ⁊ flegma ⁊ om
nem materiā quā inuenit ī ſtomacho ⁊ inteſtinis: ⁊
vermes īterficit ⁊ eos educit mortuos ⁊ viuos: da
tur cū aqua calida decoctiōis lactucarum vel roſarū
vel violarum aut cū vino calido in frigida cauſa. do-
ſis eiꝰ ē ab aur̄.i. vſq; ad.ʒ.ii. Yeralogodion que
ꝓpter bonitatē ſuā medicina benedicta appellat̄
ipſa enim eſt plurimi iuuamēti: ē. n. mūdificās cor
pus ab vltimis extremitatibꝰ ſuis cū ſolutiōe in q̄
nō eſt labor: omniū humorum ⁊ ſuperfluitatū: ⁊ cōfert
ad egritudines capitis ⁊ dolorē ⁊ emigraneā ⁊ ce-
phaleā ⁊ vertiginē ⁊ ad alguceſgues: ⁊ maniam ⁊ epi
lenſiam ⁊ tremorē ⁊ paraleſim ⁊ mollificationem ⁊
appopleſiam: ⁊ ꝯfert ad dolores auris ⁊ oculi: ⁊ cō
fortat ſtomachū ⁊ aperit opilatiōes epatis ⁊ ſplenis
⁊ ꝓuocat mēſtrua: ⁊ remouet difficultatē anhelitꝰ
⁊ ꝯfert ad quartanā ⁊ omnes paſſiōes flegmati-
cas ⁊ crudas ⁊ febres antiq̄s valet ad dolores iun
cturarum ⁊ podagrā ⁊ nouā ſciaticā ⁊ eſt vtilis ad ty
riaſi ⁊ alopitiam ⁊ vlcera antiq̄ in capite ⁊ etiā ad
ata ⁊ albaras ⁊ morpheā ⁊ impetiginē ⁊ excoria-
tionē ⁊ leprā ⁊ ad ſcrofulas ⁊ apoſthemata frigi-
da ⁊ cācros cuiꝰ ꝑmixtio h eſt. ℞. pulpe coloquin
tide.ʒ.v. cepe ſquille aſſate: agarici ſcamonee ele-
bori nigri armoniaci ſcordeon an̄.ʒ.iiij.s. epithi-
mi camedreos bdelij. aloes an̄.ʒ.iij. thimi ypicon
folij indi praſij polij caſſie piperis albi piperis lōgi
croci cinamomi oppoponacis polipodij ſerapini:
caſtorei mirrhe petroſilini ariſtologie longe ſucci
abſinthij euforbij ſpice cinamomi zinziberis an̄.
ʒ.ij. gentiane ſticados arabici an̄.ʒ.j.s. mellis diſ
pumati q̄ ſufficit ad conficiendū. doſis eiꝰ eſt aur̄.
iiij. ⁊ plus ⁊ minus ſm̄ virtutē cū aq̄ tepida ⁊ mel
le aut cū aqua decoctionis epithimi ⁊ paſſularum.
Yeralogodion ſm̄ aliā deſcriptionē factā a pau-
lo ſic fit. ℞. cepe ſquille aſſe agarici armoniaci cor

ticum ellebori nigri ſcamonee hipericō an. auſ. x. ponpodij epithimi bdelij aloes caedreos praſſi i caſſie an. auſ: viij. myrrhee oppoponaci petroſilini piperis: piperis longi pipis albi cinamomi croci caſtorei ariſtologie longe añ. auſ. iiij. mellis quod ſufficit valet ad omnia dicta ſuperius in alia: ⁊ datur eodem modo ⁊ in eadem quantitate ⁊ contra eaſdem paſſiones.

Capitulum octauum d̄ modo cōfectionis medicinarum ſolutiuarum.

Dando aliquis vult

componere medicinam laxatiuam ex ſimplicibus medicinis laxatiuis ſumat de vnaqua que quantum ſufficit vni doſi ad purgationem ⁊ poſtea ſi totum fuerit compoſituz ex quattuor medicinis accipiat quartam totius ⁊ ſi ex quinqꝫ quintam ⁊ ſic in alijs numeriſ. vbigratia. ſi fiat medicina laxatiua ex ſcamōea aloe agarico ⁊ coloquintida ſumemus ex aloe. ʒ. iij. ⁊ ex coloquintida. ℈. j: v. ⁊ ex ſcamonea. ℈. v. ⁊ agarici. ʒ. j. ⁊. ℈. j. habebim⁹ i ſūma ex omibus colectꝫ ſimꝉ ʒ. v. cuius totius quarta eſt. ʒ. j. ⁊ q̄r. ʒ. vnius. ⁊ hoc ſufficit vni doſi de hoc compoſito ⁊ ſi fuerit compoſita ex quinqꝫ medicinis ſumens qntam partem totius. verbigratia. Reci. turbit. ʒ. j. aloes. ʒ. iij. agarici. ʒ. j. ⁊. ℈. j. coloquintid̄ ℈. v. ſcamonee. ℈. v. collectis medicinis ſimꝉ fiet ſūma de omnibus ꝙ erit totum compoſitū ʒ. v. ⁊. ℈. iij. cuius quinta erit. ʒ. j. ⁊. quinta. ʒ. vnius. ⁊ hec quantitas de hoc cōpoſito ſufficit vni doſi in vno homine.

Ca. ix. d̄ lectuarijs ſolutiuis ⁊ non ſolutiuis.

lectuariū quod appel

latur diaciminum ſic fit. Reci. cimini carmeni infuſi iaceto vini die ac nocte exſiccati torrefacti foliorum rute ex ſiccatorum i vmbra piperis zinziberis. an. ʒ. ij. v. baurach armeni. ʒ. x. agrega medicinas tritas ⁊ cribratas ⁊ cōfice cum melle diſpumato ⁊ reponatur in vaſe. hoc enim electuarium remouet dolores quos generauit frigiditas ⁊ deſtruit egritudines flegmaticas ſenum ⁊ comfortat ſtomacum: ⁊ digerit cibum ⁊ deſtruit appetitum caninum: ⁊ eructationem acetoſā ⁊ datur cum aqua calida ad modū caſtanee: ⁊ valet ad febres flegmaticas ⁊ melanconicas. Electuarium de ſucco roſarū ſimplex ſic fit. Re. zuchari ſucci roſarum viridiuz an. lb. j. ⁊. ℥. iiij. ſcandaloꝝ rubeorum. ʒ. xviij. ſpodij. ʒ. iij. diagredi electi. ʒ. xij. cāphore. ℈. j. terantur ⁊ cribrentur: facto verbo ſirupo cuz zucharo ⁊ ſucco predicto ⁊ bene decocto incorporentur omnia ſimul in mortario agitando cōtinue cum piſtello donec fuerit totuz infrigidatum: ⁊ tunc reponetur in vaſe: datur de eo i aurora vel in matutinis fractum cum aqua calida ʒ. ij. vel. iij. vel. iiij. vel cuz aqua decoctiōis prunorum ⁊ ſirupo roſato plus ⁊ minus ſecundum virtutem purgat humores colericos ⁊ reliqas que remanent poſt criſim imperfectā: valet tertianarijs proprie ex egritudinibus compoſitis ⁊ flegmaticis. Electuarium d̄ calamēto ſic fit. Recipe calamenti ſemis petroſilini an. ʒ. xij. zinziberis auſ. vj. ſeminis apij: capituz hiſopi mōtani an. auſ. iiij. ſeminis leuiſtici auſ. xvj. pipis auſ. xviij. ſiſeleos auſ. v. tere ⁊ cuz melle diſpumato confice valet ad frigiditatem ſtomaci vehementis frigoris ⁊ eructuationem acetoſam: ⁊ appetitum caninum ⁊ ſingultum qui fit ex repletione humorum groſſoꝝ flegmaticoꝝ ⁊ ſe. antiquas que fiunt ꝓpter frigus ⁊ malitiaz digeſtiōis. Electuarium qđ vocaꝉ diatriton pipereon ſic fit. Re. pipis: albi: pipis nigri: pipiſ lōgi caſſie lignee: galāge calami aromatici: croci: ciperi: ſpice inde: garofiloꝝ cardamomi: cinamomi: groſſ.: coſti dulcis: cinamomi ſubtilis carpobalſami. aſſari: zinziberis ſeminis myrti ſicci an. ℥. i. maſticis. ℥. v. vel. ℥. j. qđ melius eſt tere ⁊ cribella ⁊ confice cū melle vꝉ zucharo: valet ſenibus egritudinibus iūcturaꝝ renū ⁊ veſice: ⁊ deſtruit obliuionem: ⁊ tardat eius vſus canos ⁊ deſtruit hūores crudos ⁊ frigidos: ⁊ valet ſode facte ex humoribus frigidis: ⁊ cōfortat cerebrū frigidū: ⁊ remouet vapores frigidos a cerebro eleuatos a frigida materia: ⁊ tuſſim flegmaticam deſtruit ⁊ preparat ſtomacū vt comū ⁊ ipſum rectiſicat: ⁊ frangit groſſam ventoſitatem ex eo: ⁊ cibum digerit: ⁊ excitat appetitū: ⁊ reſoluit qđ ex flegmate ingroſſatum eſt in ſtomaco ⁊ alijs mēbris ⁊ acuit ⁊ abſtergit viſuz ⁊ mentem: ⁊ delet obliuionē: ⁊ ſi miſceaꝉ in lb. v. iſtius electuarij. ℥. v. pulueris cimini mirabiliter deſtruit tuſſim antiquā ⁊ malā ⁊ vocem clarificat: ⁊ podagram remouet frigide cauſe: ⁊ qcunqꝫ ſenex vtitur ex eo nō indiget in cōſeruatione ſanitatis alio: daꝉ de eo mane auſ. j. v. ⁊ ſero cū itur dormitū auſ. j. per ſe abſqꝫ liquore.

Cura vngatur locus omni die cuꝫ oleo de lilio vl' de ſpica ⁊ purgetur cũ pillis de eleboꝛo nigro factis caplo de puſtulis faciei ⁊ naſi ex melancolia aduſta vel ex decoctione facta ibidem. purgetur etiaꝫ cum trociſ. de turbit vel cũ pillis fetidis factis ca. de nodis ⁊ ſcrofulis ſub aſellis cõtinue ponat̃ ſuper locũ d aquilon factum ca. de ſcrofulis in gula. Abſtineat a rebus generantibꝰ melancoliam ⁊ vtatur bono vino claro odorifero liphato. comedat carnes caſtrati arietis ⁊ edi ⁊ carnes auiũ nõ degentiũ in aquis ⁊ oua ſorbilia ⁊ aquã ciceris ⁊ farri ⁊ de piſcibꝰ bonis aſſatis vꝫ lucios ⁊ ſtregios optime ꝯditos cum bonis ſpeciebus. Si autẽ locus vlceraretur mundificet̃ cũ vngento viridi ⁊ vngento apoſtoloꝝ ⁊ puluere affodilloꝝ mixto cũ rodelgra vel non mixto vt dictũ eſt in ca. de fiſtula in lachrymali. Si aũt fuerit coꝛruptũ cauterizetur ⁊ remoueatur coꝛruptũ. nã cauteriũ omnẽ coꝛruptionẽ finalit̃ remouet. Si aũt nõ fuerit coꝛruptũ: os nõ indiget cauterizatione. Facta mundificatione incarnet̃ ⁊ ꝯſolidet̃ Fit etiã mundificatiuũ aliud ſic. Re. myrrhe ſarcocolle aã. ℥.j. mell' lib. ſ. farine hoꝛdei qđ ſufficit ad ĩſpiſſandum totũ. ⁊ hoc mundificatiuũ mũdificat ſine exſiccatione ⁊ doloꝛe ⁊ eſt leue valde inter alia mundificatiua conueniens nullo modo infeſtans naturam.

Ca.xxxi. de apãte calido ĩ digitis ⁊ vocat̃ panaritiũ

Hoc apoſtema. eſt vehemẽtis caliditatis et fit ex materia calda colera non aduſta et aliquando aduſta q̃ ſua caliditate ⁊ doloꝛe fortiſſimo ĩ fine neruoꝝ manꝰ ⁊ ligamẽtis neruoſis vnguiũ cũ mẽbris digitoꝝ facit febrẽ continuaꝫ ⁊ ꝑ perſeuerationem doloris cum febꝛe interficit multotiens ⁊ corrũpit vltimũ os digiti ⁊ tũc a laycis vocat̃ offragulũ.

Signa eius ſunt rubedo vehemẽs in loco ⁊ acuitas apãtis ⁊ doloꝛ vehemẽs ⁊ continuuſ per brachium aſcendendo vſqꝫ ad coꝛ ⁊ cerebꝛũ ⁊ multotiens accidit ſincopis ⁊ deſtructio appetitus.

Cura eſt vt fiat flebotomia, a principio ſi virtus ⁊ etas cõſenſerit vel ventoſetur in ſpatulis ⁊ imponatur quod ſic fit. Re. maluaꝝ violaꝝ aã. M. j. buliant in aqua ⁊ accipiatur de colatura illa lib. j. olĩ cõis. ℥. iij. mellis. ℥. ij. ſalis. ℥. ſ. tamarindoꝝ vel caſſie fiſtule vel mãne de aliquo iſtoꝛum. ℥. ij. diſſoluant̃ omnia iſta ſupradicta ⁊ ponatur totum ad ignem ⁊ liq̃fiat ⁊ coletur ⁊ de hoc colato cum fuerit tepidum fiat cliſtere: ⁊ cum cliſtere fuerit intromiſſum nõ teneat ipſm infirmus cum voluntas aſellandi affuerit vel ſumat ĩ principio decoctionem factam ca. de puſtulis in naſo ex colera aduſta. fiat inunctio continue cum oleo roſato ſuper locum ⁊ ponatur emplaſtrum quod ſic fit continue ſuper locum. Re. vitella ouoꝝ coctorum numero. iij. butiri. ℥. ij. farine ſenugreci ⁊ ſeminis lini aã. ℥. j. mucillaginis maluauiſ. i. ℥. j. ⁊ incoꝛpoꝛentur ſimul ⁊ fit emplaſtrum. Si doloꝛ continuaretur fiat inũctio circa locum ⁊ ſuper locũ cuꝫ oleo quod ſic fit. Re. olei roſati opij iuſquiami aã. ℈. j. ſeminis apij. ℈. ſ. aceti. ʒ ij. piſtentur optime ⁊ incoꝛpoꝛentur cuꝫ oleo roſato predicto. nam ſi doloꝛ perſeueraret ĩterficeret ſine dubio facta ſanie aperiatur locus ⁊ mũdificetur ⁊ os ſi fuerit coꝛruptum mundificetur ⁊ incarnetur ⁊ conſolidetur. Dieta eius ſit vſqꝫ ad generationem ſaniei videlicet ex amigdalato ⁊ mica panis lota in aqua ⁊ ex ſucco farri ⁊ hoꝛdei ⁊ lactucis ⁊ poꝛtulacis ⁊ aquã cucurbite. ⁊ ſi eſſet nimis debile poſſet comedere bꝛodium pulle cocte cum herbis pꝛedictis ⁊ cum agreſta potus eius ſit aqua cum agreſta vel cum vino de granatis vel aque ꝑ ſe. ⁊ h vſqꝫ ad ceſſationẽ doloris ⁊ apitionez apãtꝫ.

Capitulum.xxxij. de feditate vnguium ⁊ digitoꝛum piuitis ⁊ maculis albis.

Egritudo fit ex ſiccitate loci ⁊ mãe currẽtis ad locum.

Signa eius ſunt aſperitas ⁊ globoſitas ⁊ inoꝛdiatio partium vnguium ad inuicem. piuite vero ſunt quedam partes circunferentes ligantes vngueꝫ que eleuantur ab alijs ⁊ dolẽt.

Cura vnguium fetidarum ſiue tegnoſarum eſt vt continue mundificentur vngues cum vitro ⁊ poſt mundificationem omni die vngantur cum butiro vel oleo roſato ⁊ ſuper ipſas ponatur emplaſtrũ qđ ſic fit. Re. cere. ℥. j. armoniaci. ℥. j. ſ. terbentine. ℥. ſ. diſſoluantur ad ignem ⁊ fiat emplaſtruꝫ ponatur hoc faciendo foꝛmas ſuper vngues ad modum vngenti ⁊ cum hoc ⁊ raſpatura vitri optime illa malitia mouebitur. piuite pꝛopter doloꝛem faciunt apoſtemare coꝛonam digiti. vnde debent euelli ne locus apoſtumetur incidantur apud coꝛonam ita ꝙ nihil de eis remaneat ſecundum poſſibilitatem ⁊ poſt inciſionem vngatur locus cum oleo de camomilla calido ⁊ ſic locus firmabitur ⁊ mollificabitur. ponatur nocte cuꝫ vnctus fuerit ſuper coꝛonam digiti puluis dragaganti ⁊ erit ei bonũ fiet enim per illud coadunatio partium ſeparatarum. Si autem in vnguibus macule albe fuerint purget̃ patiens cum trociſco de turbit dicto ſuperius ⁊ confoꝛtet̃ coꝛ cum electuario quod ſic fit. Re. galange. ℥. j. zinziberis nuciſmuſchate piperis longi gariofiloꝛum maciſ. aã. ʒ. j. croci. ʒ. ſ. pinearum mundatarum. ℥. j. zucharĩ lib. j. ſ. fiat electuarium ad modum cuminate. Naꝫ vſus eius remouet maculas albas ab vnguibus: recipiat etiã bis in menſe tyriace. ʒ. ſ. mane ⁊ ſero cum vino decoctionis maciſ. Nam cum hoc fiat ex materia frigida reſpirante ad coꝛ deriuantur ad vngues: purgatur optime per trociſcum ⁊ remouetur diſpoſitio a coꝛde perfecte per electuarium ⁊ vſum tyriace. abſtineat a flegmaticis ⁊ melancolicis pꝛo poſſe: ⁊ vtatur bono vino claro odoꝛifero in quo ſit aliqđ aq̃.

Capitulum.xxxiij. de apoſtemate ſanioſo calido et frigido in mammillis.

Cognoſcitur calidum per rubedinem ⁊ acuitatē doloris ⁊ grauedinem ⁊ fe. frigidum per albedinem ⁊ ponderoſitatem loci ⁊ inflationem vel tumoroſitatem.

Cura calidi flebotometur ſi virtus ⁊ etas conſenſerint de manu ɔtraria ⁊ cephalica vel ſcarificatione in ſpatulis ⁊ dorſo. vngatur locus cū oleo de camomilla ⁊ oleo roſato mixtis ⁊ actu calidis. fiat emplaſtrum de maluauiſco dicto capitulo de apoſtemate calido in aure vel de maluauiſco facto in capitulo de apoſtēate calido ſub aſellis: ⁊ ſi ſoluitur bonū eſt. ſi vero non facta ſanie locus perforetur cū raſorio vel flebotomo ſm magnitudinem ſpatis: impleatur vuln⁹ cū albumine zucharino ⁊ vitello oui: ⁊ hoc vſqʒ ad dies tres: ⁊ poſtea mundificetur cū emplaſtro fcō d melle ⁊ myrrha ⁊ faria hordei ⁊ ſiliginis vt dictū eſt ſupra ⁊ maxime capitulo de apoſtemate in aure ⁊ vngēto apłoꝝ. f. ā mūdificatiōe incarneſcā puluere thuris in nuti ⁊ ſecundo conſolidetur. Dieta ei⁹ vſqʒ ad horam perforationis fit ex ſucco hordei farri ⁊ aque ⁊ cicerum ⁊ lactucis ⁊ cucurbitis ⁊ portulacis ⁊ mica panis lota in aqua frigida ⁊ brodiū de mica panis ⁊ vitello oui ⁊ bibat agreſtā vel vinū de granatis cū aqua frigida vel aquā de zucharo vel aquā decoctiōis prunorum ⁊ radicum fenugreci ⁊ petroſillini. Si vō fuerit debilis virtutis bibat vinū forte lymphatū. ita ꝙ aqua ſit triplū eius. ⁊ comedat carnes pulloꝝ ⁊ auiū paruaꝝ elixatarum cū lactucis ⁊ cucurbitis ⁊ ɔditas ⁊ ɔparatas cū agreſta ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ vīo de granatis.

Cura frigidi eſt vt comedat carnes caſtrati ⁊ edi ⁊ arietis ⁊ pulli ⁊ auium non degentium in aquis elixatas ⁊ aſſatas in paſtillo ⁊ in teſta ⁊ vitellos ouorum et feniculū ⁊ petroſillinū ⁊ borragineꝫ ⁊ ſpinacia cōdita cum oleo ⁊ ſpeciebꝫ vt cinamomū ⁊ cardamomum et galanga ⁊ ſimilia. ⁊ bibat vinū albū claꝝ odoriferꝝ bonum ⁊ ponat in eo aliquid de aqua vngatur locus cū oleo de lilio vel de ſpica ⁊ ponatur emplaſtꝝ de cepis lilij ⁊ alleis vt dictū eſt in capitulo de bubone frigido: vel emplaſtꝝ de faria ⁊ oleo ⁊ aqua. facta maturatione aperiat cum raſorio ⁊ impleatur vulnus cū albumie zucharino ⁊ vitello oui vſqʒ ad dies tres. Mūdificet̄ cum vngento apoſtoloꝝ vel emplaſtro de terbentina ⁊ melle ⁊ myrrha ⁊ farina ſiliginis vel hordei vel cū vngento viridi ſi indiget maior mundificatione mūdificato vulnere incarnetur ⁊ conſolidetur.

Capitulum. xxxiiij. de ſcrofulis ⁊ duritie cancro in mammillis.

s Crofule ⁊ durities ſemper fiunt ex materia frigida indurata ⁊ coagulata a frigido. Cācer fit ex melācolia aduſta indurata per aduſtionem.

Signa ſcrofularum ⁊ duritiei ſunt durities tact⁹ ipſaꝝ ⁊ globoſitates in loco ⁊ ꝙ non dolēt niſi cū tanguntur ⁊ albedo loci. ſed durities non habꝫ globoſitates diuerſas vt ſcrofule. cancri vō ſigna ſunt durities ⁊ calor in loco: ⁊ ꝙ incipit ad modū fabe ⁊ augmentatur continue cum calore ⁊ punctura ⁊ habꝫ circa ſe venas nigras ſanguine melancolico.

Cura ſcrofularum ⁊ duritiei eſt vt purgetur cum trociſco de turbit ⁊ locus emplaſtretur cum diaquilon ⁊ fiat in omnib⁹ vt dictum eſt in capitulo de ſcrofulis. ⁊ poſt vlcerationem ⁊ ante.

Cura cancri duobus modis eſt vt incidatur membrum totum cum tota egritudine ⁊ cura hec male pōt fieri vt mihi non placet. Secundo modo vt regatur cum tēperata dieta ⁊ abſtineat ab oibꝫ melancolicis ⁊ purgetur bis in menſe cum decoctione dicta vel pillulis dictis in capitulo d̄ puſtulis naſi ⁊ faciei ex melācolia aduſta: ⁊ locus continue vngatur cū oleo roſato ⁊ non tangendo quaſi locum niſi cum penna ⁊ leuiter: nam ex quolibet tactu eius malitia augmētatur vt enī dixocetur cum oleo ꝙ ſic fit. Re. olei roſati. ℥. iij. papaueris albi. ʒ. j. op j iuſquiami añ. ℈. j. gūmi arabici. ℥ ß. piſtentur ⁊ diſſoluantur omnia in oleo. nam embrocatio eius tardat eius augmentum ⁊ malitiā: ⁊ cura appellatur blandiens. cum ergo hec egritudo non poſſit curari niſi cū amputatione membri ⁊ totius egritudis cum eius radix fit infixa in venis circundantibus mēbrum plenis ſanguine melancolico. ⁊ cū vene he a mēbro non poſſint euelli niſi cū abſterſione mēbri. ⁊ p aliā viam curam non recipit: ideo non videtur mihi bonum intromittere in ipſam neqʒ honeſtum relinquere enī ſatis melius eſt.

Capitulum. xxxv. de lacte coagulato in mām̄illis ⁊ dolore propter lac ⁊ de ſuperfluitate piloſa vel in modum pili ibidem aggregati.

b Ec egritudo cognoſcitur cū mulier lactat ⁊ dolet mām̄illa cū exprimitur lac ⁊ non exit lac niſi ſtillando ⁊ cum difficultate vel eſt pregnans quia illis temporibus accidit ei: ⁊ accidit ēt virginibus cum menſtrua retinentur ⁊ redūdat ad mamillas ⁊ conuertitur in lac: ⁊ lac aliquando ibi coagulatur ⁊ conuertitur multotiens in formā piloꝝ per actionem caloris ſpermatis quaſdā partes lactis coagulari a quibuſdam ⁊ fit per viā iſtā in ſuperfluitate illa forma pili ⁊ ad cuius diſſolutionem intendas quacunqʒ cauſa acciderit: nā ex lacte coagulato multotiens fit dolor ⁊ fe. ⁊ apoſtematur mām̄illa. Ungatur ergo loc⁹ a principio cū oleo roſato actu calido ⁊ fiat emplaſtꝝ ſuper mām̄illā quod ſic fit. Re. coaguli agni vel edi. ℥. iij. fermenti de milio vel de ſiligine l' hordeo l' farie fabaꝝ lib. ß. ſtoracis. ℥. j. ponatur coagulum in aceto forti ⁊ dimittatur per horā ⁊ plus: ⁊ cum diſſolutū fuerit incorporetur cum aliquo fermentoꝝ. ⁊ farina fabaꝝ et ſtorace ⁊ perfecte malaxetur ⁊ incorporetur ⁊ addatur oleum roſatū: ſi ocne non poſſet incorporari ponatur hoc emplaſtꝝ ſuper mām̄illā poſt vnctionē cum oleo roſato purgetur cū trociſco de turbit vel decoctiōe dicta capitulo de puſtulis in naſo ex colera aduſta: ſcarificetur in ſpatulis ⁊ ponantur ventoſe. Abſtineat a carnibus ⁊ a vino per dies aliquos. Si vero conuertetur in ſaniem perforetur mām̄illa ⁊ curetur vt dictum eſt in apoſtemate calido in mammillis.

Ca. xxxvj. de apāte ſanioſo calido ⁊ frigido ī coſtis.

a Poſtema calidum in hoc loco cognoſcitur ex rubedine obſcura vel clara ⁊ dolore pungitiuo vel pulſatiuo in loco ⁊ ex figura ipſius cū acuitate vel eminentia. frigidum cognoſcitur ex colore pellis non īmutato. ⁊ quia non dolet ſed grauedinem ⁊ pondus ſētit patiens in loco ⁊ ex figura plana ⁊ ex magnitudine eius quia occupat magnum locum in hac parte ⁊ vocatur hoc apoſtema frigidum cum eſt magnum in hoc loco ⁊ alijs: ⁊ cū comprehenderit in ſe multam saniē vndamia ⁊ illud apoſtema in hoc loco ⁊ ſimilibus propter multā pſeuerantiam cum ſanie in hoc mēbro fit penetrās ad interiora ⁊ fit fiſtula penetrans per hanc viā ⁊ hoc contingit pn̄cipaliter propter ignorantiam medici cum non cognoſcit ſaniem generatam in loco propter priuationem doloris ⁊ rubedinis ⁊ propter ignorantiam infirmi ſuper ſeipſum cum non ſentiat niſi grauedinem in loco ⁊ non videt pellem exteriorē mutare colorē: ⁊ ſic ex iſtis cauſis ſanies longo tempore perſeuerat ⁊ facit qd̄ dictū ē.

Cura calidi ſi virtus ⁊ etas conſenſerint flebotometur in parte contraria: vel ventoſetur in naticis: ⁊ purgetur etiam cum decoctione dicta capitulo de puſtulis que fiunt in naſo ⁊ facie ex ſanguine aduſto vel ex colera. Et vngatur locus cū oleo de camomilla ⁊ oleo roſato mixtis ⁊ ponatur ſuper apoſtēa emplaſtrum de maluauiſco factum capitulo de apoſtemate calido in aure. Et vtatur dieta frigida in pn̄cipio vt dictum eſt in obthalmia calida ⁊ potu frigido. Facta maturatione ⁊ fe. declinante poteſt vti carnibus elixatis ⁊ vino lymphato incidatur locus ſm longitudinem co

ſtarum ⁊ incenſum eaꝝ. impleatur vulnus cū alumine zucharino ⁊ oleo roſato vſqꝫ ad tres dies ⁊ poſt hoc mundificetur cum emplaſtro de melle ⁊ myrrha ⁊ farina hordei dicto in multis locis ⁊ aliquando cū vngento apoſtolorum ⁊ ſi neceſſe fuerit cum viridi mundificetur etiam poſtea incarnetur ⁊ conſolidetur.

Cura frigidi purgetur cum pillulis de aloe ⁊ agarico vel cum trociſco de turbit ⁊ hoc in principio. ⁊ vngatur locus cum oleo de ſpica vel de lilio ⁊ ponatur emplaſtrum de cepis ⁊ oleo dicto ſuperius: propterea maturationem ⁊ perforetur. ⁊ non extrahatur bora vna tota ſanies ſed paulatim ne ſincopis ſuperueniat ⁊ mors impleatur locus cū alumine ⁊ vitello oui poſt mundificationē loci cū emplaſtris ⁊ vngentis mūdificatiuis incarnetur ⁊ conſolidetur. vtatur bonis carnibꝰ ⁊ bono vino in quo ſit aliquid aque ⁊ ſuper vulnꝰ ponatur hoc emplaſtrum de terbentina ⁊ melle ⁊ myrrha ⁊ farina hordei ⁊ ſiliginis: ⁊ pone in vulnꝰ penetrationis pe⸗tias inbibitas in vino myrrha ⁊ melle ⁊ ſic mundifica vulnus illud cū re illa ⁊ cū vngento apoſtolorū donec incarnatum ſit ⁊ ſanies fuerit exſiccata. Si vero ſanies per hanc viam non exſiccaretur fiat cauterium ita ꝙ vulnus vndiqꝫ comburatur ⁊ ſanies exſiccetur. remota eſcara cū butiro poſtea procedatur cum incarnatiuis in fine vero cum conſolidatiuis.

Puluis qui datur continue ante viſionē ⁊ poſt in fiſtula penetrante ⁊ vulnere inſiſtulato penetrante cauſa mundificandi ſanieꝫ ſic fit. Re. yſopi ireos liquiritie. an. ℥. j. croci. ʒ. j. cribretur. datur de eo omni mane. ʒ. j. cum vino calido. ʒ. j. ß.

Capitulum. xxxvij. de apoſtemate calido ⁊ frigido ſanioſo ⁊ duritie in ore ſtomaci.

i **In apoſtemate** calido ⁊ frigido ſanioſo in ore ſtomaci procedatur ex parte cognitiōis ⁊ diete maturationis ⁊ purgationis flebotomie ⁊ ventoſationis vt dictū eſt in ſuperiori capitulo. ſuper hoc apoſtema incidatur ſecundum longitudinē corporis: illud vero ſecūdum inceſſum coſtaꝝ. Item in mundificatione ⁊ incarnatione ⁊ conſolidatione procedatur vt dictum eſt: ſed in duritie ſeccus eſt. nam durities fit vt plurimū ex melancolia vl ex humore reducto ad genꝰ melancolicū per adustionem cuꝫ preſentia ſui deſtruat appetitū neceſſariū ad totum corpus ⁊ virtutem cōmunē. Si fuerit cū febre interficit ſm maiorē partē ⁊ de hoc caſu meo tempore paucos vidi liberari imo omnes quos vidi fere de illo caſu mortui ſunt. Et credo ꝙ hoc fiat quia hec durities nodoſa cū fiat ex illa materia aduſta cancrizet os ſtomaci ⁊ ipſum deſtruat: ⁊ ſi virtus neceſſaria ⁊ vtilis ad totū deſtruitur neceſſario ⁊ per ſe conſequēs corpus. Si autē hec durities fuerit ſine febre minꝰ timoroſa eſt. ſꝫ nō ē ſine magno timore. hecaūt durities ſiue fuerit cum febre ſiue ſine febre timoroſa eſt eiꝰ cura: procedatur contra eius duritiē in principio cum vomitu ſi virtus fuerit fortis qui vomitꝰ ſic fieri debet. Re. ſeminis aneti: ſeminis atriplicis: ſeminis rapae ſeminis ſinapis an. ℥. j. raphani contuſe ⁊ piſtate. ʒ. ß. piſtentur omnia ⁊ bulliant in vna lib. aque donec nō remaneat niſi medietas. coletur ⁊ in illa colatura addatur. ℥. ij. oximellis compoſiti. Hoc totum ſumat patiens poſt prandium per horam vnā ⁊ ſtet per tempꝰ anteqꝫ excitet vomitū cū penna iuncta in oleo: hoc enī principaliter diminuit materiam ⁊ apoſtema. vel ſi vomitus fieri non poſſet fiat decoctio ſm ꝙ dictuꝫ eſt capitulo de puſtulis naſi ⁊ faciei ex melācolia aduſta. vl dentur pillule que ſunt in eadē parte contra melancoliā. Vtatur dieta tꝑata vt dictū eſt illic ⁊ bono vīo claro odorifero limphato. vngatur locus cū oleo de ſpica continue ⁊ fiat emplaſtꝝ diaquilon dictum in capitulo de ſcrofulis vel emplaſtrū de maluauiſco ⁊ ouis: vel emplaſtrum de cepis ⁊ alleo dictum ſuperius. Facta maturatione incidatur locus ⁊ impleatur locus cuꝫ alumine zucharino ⁊ vitello oui vſqꝫ ad dies tres. poſtea mundificetur cū myrrha ⁊ melle vel vngento apoſtolorum incarnetur ⁊ conſolidetur. Si aūt fuerit penetrans procedatur vt dictū eſt in vndimia penetrante capitulo ſuperiori cum mūdificatiuis ⁊ alijs. In oībꝰ iſtis apoſtematibus penetrantibus in fine ſi nōn conſolidētur cauteriuꝫ eſt valde vtile ⁊ bonum ⁊ fieri dꝫ cum cauterio habenteꝫ formaꝫ vulneris vel vlceris. Et debet omne vulnus vel fiſtula penetrans in vacuitatē ſpūalium vel inteſtinoꝝ poſt cauterizationeꝫ quando cū alijs medicinis non conſolidatur ⁊ poſt remotionem carnis ⁊ pellis vſte ſepe mundificari cū vngento apoſtolorum ⁊ viridi ⁊ albi vſqꝫ ad exſiccationem ſaniei cum vino decoctionis myrrhe ⁊ corticuꝫ granatoꝝ ⁊ aluminis zucharini ⁊ ſūme cuſtodire ne pellis generet i orificio vlneris niſi hora ꝯſolidatiōis.

Capitulum. xxxviij. de eminentia vmblici.

b **Excergitudo** ſemper fit ex ruptura mirach continentis inteſtina cum ventoſitas vel labor vel clamor vl ſaltus mouet ipſum ⁊ pulſat ipſum violenter ⁊ ſic ſcinditur ſicut veſica tenſa ſcinditur ex percuſſione violēta veniente ſuper ipſam vt faciunt pueri cum volunt ꝙ ſcindatur ⁊ ſonet. hec paſſio vt plurimum accidit in leo pueris ⁊ mulieribus propter multam humiditateꝫ mollificantem ⁊ ventoſitatem extendentem que accidit propter guloſitatem ⁊ ingeſtionem ⁊ propter debilitatem loci in eis.

Cura eius eſt vt abſtineant ab omnibus ventoſis ⁊ azimis ⁊ a legumminibus ⁊ acutis. Vtatur in ſuis cibarijs conſolida maiori: ⁊ minori fiat ligatio fortis ſupra locum cum binda ⁊ optime firmetur locus cum ſtupis ⁊ plumaceolis habentibus formā quadratam. ⁊ ponatur emplaſtruꝫ ſuper locū ꝙ ſic fit. Re. picis nigre. ℥. j. picis grece. ℥. j. mumie. ℥. iij. draganti gūmi arabicis ſanguinis draconis maſticis boli armeni nucis cypreſſi glutinis piſcium vel carte an. ℥ ij. thuris. ℥. ß. liqueſiant piſces ad ignem ⁊ cuꝫ liqueſacte fuerint deponantur ab igne ne plures comburantur ⁊ incorporetur cum eis puluis aliarum rerum agitando ſemper ſpatula ⁊ vngatur manus cum oleo roſato. ⁊ fiat magdaleon de quo omni menſe remoueatur ſuper locum ⁊ ſit quantitas emplaſtri tanta ꝙ comprehendit totum locum ⁊ plus: ⁊ firmetur ſic cū ligatiōe ⁊ plumaceolis ⁊ emplaſtro ꝙ tota eminentia intra vadat ⁊ non exeat pro poſſe. Curabitur per tempus niſi error fuerit infirmo. Si enim ſumeret de pillulis que fiunt ſic bene eſſet ei. Re. nucis cypreſſi ⁊ mumie an. ℥. ß. cinamomi. ℥. ij. gariofiloꝝ zinziberis folij an. ʒ. j. ſanguinis draconis. ʒ. ij. myrtilorum. ℥. ij. de hoc puluer ſumat omni mane ſtomaco ieiuno. ʒ. j. vel. ß. cum vio calido vel de electuario ꝙ fit ex myrthis ⁊ ex melle calido de ruptura. Hic addendum eſt ꝙ ꝯuenit de operatione manuali cum acu ⁊ filo penes curam illā. Sciendum eſt prius ꝙ eminentia vmblici fit ex multis cāis aut propter ſciſſuram ſiphac quod eſt ſupra ventrem ⁊ erit ab corecticula vel zirbum vel inteſtina aut humiditas vel caro aut eminentia eius eſt ex ſanguine qui fluit vel a vena vel artaria aut ex ventoſitate coartata in loco. Quando eſt propter rupturaꝫ ſiphac ⁊ exitū zirbi tunc eſt color eminentie vt color corporis ⁊ eſt lenis abſqꝫ dolore: ⁊ apparet eminentia diuerſi ſitus: qñ vero eminentia eſt propter rupturaꝫ ſiphac ⁊ exitum inteſtini tunc eſt ſitus eminentie maioris diuerſitatis ⁊ nō variatur color eiꝰ a calore corporis ⁊ eſt ibi lenitas abſqꝫ dolore: ⁊ cū pnis locū cū digitis occultatur ⁊ redit ⁊ auditꝰ ſonꝰ aliqñ i eius repulſione ⁊ magnificatur eminentia ꝑpter introitū balnei ⁊ laborē. ſi vo eminētia vmblici fuerit ꝑpter humiditatē tūc eſt eminētia lenis ⁊ nō occultat qñ pmis ipſam cū manu neqꝫ ſtringitur neqꝫ auditur. Si aūt eminētia fuerit ꝓp ſāguinē qui fluit a vena vel artaria declinat eminentia ad ni⸗

gredinē ⁊ eſt lenis ⁊ non occultatur qñ pmis neqꝫ auditur neqꝫ conſtringitur. quādo vero propter carnez fit eminentia vmblici nō remanet diuerſi ſitus ſed dura ⁊ ſecundū quantitatē vnā cū vero fit eminentia propter ventoſitatē tunc tactus eſt lenis: ⁊ ipreſſura eiꝰ auditur ſonus ⁊ rugitus: ⁊ cū percutitur auditur vt tympanū humefactū. quando cognoueris ꝙ eminētia ē propter ſanguinē fluentē ex vena vel artaria vel ventoſitatez non cadit in ea oppoſitio cū ferro vel incisiōe eo ꝙ cauſa faciens eminentiaz non poſſet remoueri ſed augmentaretur. Si vero eminentia fuerit propter inteſtinū vel zirbū tunc oportet vt precipias infirmo ꝙ teneat anelitū ⁊ ſtat extenſus ſtans: tunc vero ſignacū encauſtro in circuitu vmblici totus eminētis: poſt hoc reſuppina infirmū ſuper dorſuz ſuū: deinde circūda cū ſpatumine lato in circuitu vmblici ſuper locū quē ſignaſti incidendo ſuper finē cutis vt melius mediuz eminētie ad ſuperiora cuz vncino magno: deinde liga eminētiaz in circuitu cū filo forti de lana: vlſe. ico ligato forti bene nodato: poſt hoc aperi vel ſcinde mediū eminētie cū vncino extenſuz ſupra ligamentum: ⁊ intromitte digituz indicē in vulnꝰ ⁊ quere inteſtinū. Si ergo inueneris inteſtinū captū a ligamento tunc extrahe lacertum qui ē ſub ſciſſura: ⁊ impelle inteſtinū ad interiora ventris. ⁊ ſi inueneris zirbū tunc accipe ipſum cuz vncino ⁊ incide ſuperfluitatē eius que ad eminentiaz deriuauerat. ſi aūt artaria vel vena cōtradiceret operationi tue circūda ipſam ⁊ ſtringe ipſam bene: poſtea redi ad operationem tuā ⁊ accipe duas acus ⁊ intromitte in eas filū forte ⁊ intromitte acus duas ī circuitu quē feciſti circa eminentiam vmblici in modū crucis: qs acus facias penetrare: deinde ſtringe eminentiam in quattuor locis ſuper acus ⁊ ſi vis auferas acꝰ ⁊ dimitte donec putreſciat caro extenſa ⁊ cadat per ſe. aut incidō ipſam quando ſubtiliatur ⁊ putreſcit: deinde cura ipſū locum cū eo ꝙ oportet ex vngentis donec ſanetur. ꝙ ſi eminentia vmblici eſt ex carne nata in vmblico: tūc oportet vt concaues eminentiā ſicut diximus ⁊ extrahas ſanguinē aut humiditatē quā inuenis in ea: deinde cura ipſam cū eo ꝙ ꝯſolidat locū. Attēde ꝙ hic modus curationis non pōt ſciri niſi per vſum ⁊ poſtq̄ ſenſibiliter talis operatio oculis viſa fuerit neqꝫ eſt fienda neqꝫ debet fieri niſi in puero vel adoleſcēte vel aliquo homine terribili ⁊ fortis alterius etatis.

Capitulū. xxxviiij. de apoſtemate calido ⁊ frigido ſanioſo duritie manifeſta ſuper epar.

b Egritudo timoroſa eſt ex ſitu eius ꝑpter nobilitatem mēbri principalis cuiꝰ operatio eſt neceſſaria toti corpori. nā calidū apoſtema in loco fit vel ex ſanguine vel ex colera. frigidum ex flegmate ⁊ duritics ex melancolia.

Signa calidi ſunt rubedo cum fuſcitate vel citrinitate ⁊ acuitas vl' eminentia cum dolorē extenſo vel acuto ⁊ vt plurimū fe. Frigidi ſigna ſunt h albedo cū mollitie vel duritie ⁊ plāitics figure apatis vel occupatō magna loci ⁊ vl' grauitas magna cū pōdē.

Cura calidi eſt vt regatur cū dicta tpata declinante ad frigiditatem ſi affuerit fe. ſ. cum ſucco hordei ⁊ farri ⁊ amigdalato cocto ⁊ mica panis lota in aqua ⁊ aqua ciceruꝫ ⁊ lactucis ⁊ ſpinachijs elixatis cōditis cū amigdalato ⁊ portulacis ⁊ cucurbitis. ⁊ eiꝰ potꝰ ſit agreſta cū aqua vel vinū de granatis cum aqua: vl' aqua decoctionis prunorum ⁊ granatorum vel aq̄ decoctionis agreſte ⁊ zuchari. Si vō ſine fe. fuerit bibat vinū album limphatum ⁊ comedat carnes pullorum ⁊ caſtrati ⁊ edi elixtas cū herbis dictis fiat flebotomia in brachio cōtrario ⁊ ventoſatio in naticis vel mūdificatio cum decoctione vel pillulis dictis ca. de puſtul' rubeis de colera aduſta. vngatur locus cum oleo ro. ⁊ de camomilla mixtis: fit emplaſtrum de maluauiſco ⁊ farina lini dictum ſuperiꝰ: vel emplaſtrum de farina ⁊ olo ⁊ aqua. fcā maturatiōe fiat īciſio cū raſorio ī precliuiori ſecundū longitudinem corporis: impleatur vulnus cum alumine zuchario ⁊ vitello oui vſqꝫ ad dies tres mundificetur cū emplaſtro de terbētina melle ⁊ farina hordei: aliquādo cū vngento apoſtolorꝫ ſm ꝙ tibi videbitur melius ⁊ incarnetur ⁊ conſolidetur.

Cura frigidi eſt vt regatur cum bona dicta declināte ad caliditatem ſicut cum cai bombus ⁊ bono vīo claro odorifero in quo aliquid aque ponatur ⁊ cum feniculo ⁊ boragine ⁊ ſimilibus ⁊ vitellis ouorꝫ ⁊ ficubꝰ cū amigdalis ⁊ nucibꝰ ⁊ alleis coctis: purgetur a pricipio cum pillulis dictis in polipo vel trociſ. de turbit ⁊ hermodactilorum vel cū pillulis dictis ſuperiꝰ: vngaf locus cū oleo de ſpica vel de lilio. emplaſtretur locus cuꝫ emplaſtro de cepis ⁊ alleo ⁊ cepis lilij narrato multotiens ⁊ cum emplaſtro de melle quod ſic fit. Rc. mell' lib. j. farie fenugreci ⁊ ſeminis. lini añ. ℥. j. picis liqde lib. ſ. olei. lib. iij. liquefiat pix cū oleo ⁊ coletur ⁊ incorporetur cum melle ⁊ farina dictis ⁊ īcorporetur ſi fuerit neceſſariū inſpiſſ. ri aliquid de farina ſiliginis vel hordei. Facta maturatione fiat inciſio in loco decliuiori ⁊ non permittatur tota ſanies exire: impleatur vulnꝰ cū alumine zuchario ⁊ vitello oui vſqꝫ ad tres dies: mūdificetur cū myrrha ⁊ melle ⁊ vngento apoſtolorꝫ incarnetur ⁊ conſolidetur. Si aūt durities per hanc viaꝫ neqꝫ reſolueretur nꝫ maturaretur. ſupponatur emplaſtrū quod ſic fit valens ad omnē duritiem vbicunqꝫ fuerit. Re. galbani ſerapini oppoponaci añ. ℥. j. farie fenugreci ſeminis lini. añ. ℥. ij. terbentine lib. ſ. olei de camomilla. ℥. iiij. farine frumenti quod ſufficit ad inſpiſſandum: ponantur gūmei oleo de camomilla ſupradicto fruſtratim inciſe ⁊ dimittantur per duas horas ⁊ plus: poſtea diſſoluantur ad ignē ⁊ cū diſſolutū fuerit addaf terbentina: ⁊ cum omnia fuerint diſſoluta coletur ⁊ incorporēf cū faria fenugreci ⁊ ſe. lini ⁊ frumēti ⁊ ſi fuerit neceſſariuꝫ fiat magdaleon ⁊ ponaf ſup duritiē: nā reſoluit duritiem ⁊ ducit cito ad maturationē p tempora.

Cap. xl. de apate calō ⁊ frigido ⁊ duritie ſup ſplenē.

o Omnia que dicta ſunt ex pte cauſe ⁊ ſignorꝫ ⁊ diete ⁊ flebotomie ⁊ ventoſationis ⁊ mundificationis emplaſtrationis ⁊ reſolutionis remotionis ⁊ additionis in ſuperiori capitulo de apoſtematibus referantur ad illud capitulum pter ꝙ in duritie ſplenis proceditur cum fortiori emplaſtro ⁊ in fine cum cauterio ſi non reſolueretur neqꝫ maturaretur. Emplaſtrum ad duritiem ſplenis ſic fit. Re. armoniaci ſerapini bdelij oppoponaci añ. ℥. ſ. olei de ſpica. ℥. iij. terbentie lib. ſ. farine fenugreci ⁊ ſeminis lini. añ. ℥. iij. farine lupinorum ꝙ ſufficit: ponantur gummē in aceto per tempus ⁊ diſſoluantur. ⁊ cum diſſolute fuerint addatur terbentina: ⁊ cum diſſoluta fuerit oīa: colentur ⁊ addatur oleuꝫ ⁊ incorporentur farine reruꝫ ſupradictarum ⁊ fiat magdaleon: fiat emplaſtrum ⁊ ponatur ſuper ſplenez oī die ſemel: abluatur durities cū aceto calido ⁊ ponatur emplaſtꝝ: nam reſoluetur durities in breui ⁊ mollificabitur ⁊ fiet ſanies. Cauteriū in modum ſectionis ſecūdum longitudinē corporis non recipiendo de pelle niſi parꝝ ⁊ ſectionē ſuſtineat. hoc cōplet quod per emplaſtrum non poterat adimpleri.

Capitulū. xlj. de apoſtemate calido ⁊ frigido ſanioſo in parte poſteriori a collo vſqꝫ ad caudam.

a Apoſtemata calida naſcētia in his locis ⁊ frigida cognoſcuntur: ⁊ fiunt vt dictū eſt de apatibꝰ calidis ⁊ frigidis ſuperiꝰ ⁊ ſpāliter in apatibꝰ ſup epar ⁊ ſup coſtas ⁊ procedatur in eis vt dictū ē ⁊ in illis coſtarum cū dieta ⁊ minutione ⁊ purgatione ſiue fiat cū febre ſiue non ⁊ cuꝫ emplaſtris omnibꝰ preter ꝙ leſione ſunt nerui ⁊ villi ⁊ principia neruorum exiſtentium a ſpina: nā eſt valde timoroſum incidere in parte poſtoriori ⁊ maxime apud ſpinam ⁊ per exitum neruorum a nuca que tranſit per ſpinam. incidatur ergo a radice colli vſqꝫ ad finem coſtarum ſecundum ſitum ⁊ inceſſum coſtarꝫ

a fine coſtarum vſq; ad caudam ſecundum figurã apo
ſtematis ꝛ rugationem pellis venientis a ſpina ad cor
pus iterum. Si apoſtemata in his locis fuerit magna
nõ extrahatur ſanies tota vna hora. ꝛ hoc eſt generale
documentum in omnibus apoſtematibus magnis.

Cap. xlij. de apate calido ꝛ frigido ſãioſo i iguinib⁹.

b **Egritudo** vocatur bubo vel dragũ
zelus vel apoſtemata in
guinis. ꝛ fiat vt plurimũ ex materia que ab epa
te expellitur ad alia loca ꝛ eſt aliquando calida ꝛ aliqñ
frigida. ꝛ fit etiam cum homo infirmatur in virga pro
pter fedam meretricem vel aliam cã ita ꝙ corruptio
multiplicatur in ea ꝛ non poteſt natura multiplicare
virgam ꝛ locum propter corruptionẽ multiplicatam ꝛ
propter ſtricturã viarũ: redit materia ad loca iguinũ
pp habilitatem iſtoꝝ locorum ad recipiendũ ſupfluita
tẽ ꝛ affinitatem quã habent loca illa cũ vga corrupta.

Signa calidi ſunt rubedo ꝛ dolor acutus vel extẽ
ſiuus ꝛ figura apoſtematis acuta vel emi
nens. Frigidi ſunt contraria. Intendas pro poſſe a pn
cipio remouere materiam aut cum flebotomia de ma
nu de vena epatica que eſt inter annularem ꝛ auricu
larem vel ventoſatione in naticis vel cliſteri vel me
dicinis ſicut decoctiones ꝛ pillule facte in apoſtemati
bus calidis dictis ſuperius. ꝛ in dieta ꝛ potu regat vt
dictum eſt in capitulis. Ungatur locus omni die cum
oleo de camomilla ꝛ ponatur vſq; ad perfectam ma
turationem emplaſtrum de maluauiſco ꝛ cepis ꝛ ouis
ꝛ farina lini ꝛ fenugreci factũ ſuperius. Et emplaſtꝝ
de farina ꝛ oleo ꝛ aqua ſicut dixi. nã per viam iſtam
vel reſoluetur vel veniet ad ſaniem. Facta ſanie inci
datur cum raſorio quia meli⁹ eſt ꝙ flebotomo propter
cauernoſitatem loci ꝛ fiat vulnus bene magnum vt lo
cus iſte ſpongioſus ꝛ cauernoſus melius purget. ꝛ fiat
vulnus obliquum ſecundum rugationem loci. naꝫ per
formam illam inciſionis melius i fine ꝯſolidatur ꝛ du
citur ad bonum finem. impleatur vulnus vſq; ad dies
tres cum alumine zuchario ꝛ oleo roſato. poſtea mun
dificetur locus cuꝫ emplaſtro de melle ꝛ myrrha ꝛ fa
rina hordei vel vngento apoſtolorum. ꝛ ſi dolor ibi eſſꝫ
fortis fiat hoc mundificatiuũ. ℞. olei de camomilla
℥. j. butiri. ℥. iij. farine ſeminis lini ꝛ fenugreci añ. ℥.
j. vitellos ouorum. iij. miſceantur omnia ſimul ad ignẽ
ꝛ inſpiſſetur aliquantulũ cum farina hordei ꝛ ponat
hoc calidum ſuper locum ꝛ perfecte mundificat. ꝛ ſi p
hoc dolor non remouetur fiat inunctio circa vulnus cũ
oleo de camomilla in quo ponatur. ℈. j. opij. ꝛ. ℈. iij.
iuſquiami ꝛ. ℈. j. ſeminis apij ꝛ. ℈. iij. aceti terantur
ꝛ miſceantur cum oleo. Mundificato vulnere incarne
tur ꝛ conſolidetur. Si vero frigidum fuerit purget cũ
trociſco de turbit vel cum pillulis fetidis vel de aga
rico dictis ſuperius. ꝛ regatur bona dieta ꝛ calida. vn
gatur locus cum oleo de ſpica vel de lilio ponatur ſup
locum emplaſtrum de alleis ꝛ cepis ꝛ lilij dictũ ſupe
rius vel diaquilon vel emplaſtrum vt dictum eſt i du
ritie ſplenis vel reſoluetur vel maturabitur. Facta ſa
nie incidatur vt dixi ſuperius: impleatur locus cũ alu
mine zucharino ꝛ oleo de camomilla vel de lilio vſq;
ad dies tres mundificetur cũ vngento apoſtolorũ vł
viridi vel emplõ de myrrha vel de ſarcocolla ꝛ melle
ꝛ farina lupinorum hoc abſtergit ſine corroſione. Facta
mundificatione incarnetur ꝛ conſolider.

Capitulum. xliij. de ſcroſulis ꝛ duritie in inguine.

b **Egritudo** difficilis eſt ad curandum ꝛ fit
ſemper ex melancolia aq̃ reſolutũ ẽ vł ex
flegmate gipſeo groſſo vel duro coagulato ac
frigido.

Curatur cum trociſco d̃ turbit ꝛ pillulis fetidis
ꝛ bona dieta vt dictum eſt in tractatu d̃
ſcroſulis. vngatur cum oleo de ſpica ꝛ de lilio ꝛ ponat
diaquilon continue ſuper locum. vel emplaſtꝝ de gum
mis quod factũ eſt i duritie ſplenis ſi reſoluitur bonũ
eſt. Si autem vlceretur mundificetur ꝛ procedatur in
mundificatione incarnetur ꝛ conſolidetur.

Capitulum. xliiij. de ruptura mirach ventris ꝛ emi
nentia ꝛ caſtratione in inguine.

b **Egritudo** fit ex ventoſitate tendente mi
rach ſcilicet ꝛ ſiphac ꝛ ſcindente ex ſaltu
ꝛ ex clamore ꝛ ex caſu ꝛ ex nimio coytu ꝛ pcuſſio
ne ꝛ cibo ventoſo ꝛ alijs cauſis eiuſdem generis. Co
gnoſcitur cum infirmus iacet corpore ſuppino. ꝛ cum
venter inanitus ꝛ redeunt inteſtina intra ꝛ cum tuſſit
fit eminentia manifeſta in loco.

Cura eius fit duobus modis cum inciſione ꝛ ſine
inciſione. ſi fiat cum inciſione ſiue ſine inci
ſione dieta eius debet eſſe bona ꝛ temperata ꝛ non vẽ
toſa. abſtineat a legumine ꝛ ab omnib⁹ que diximus
ſuperius ex quibus cauſatur egritudo: bibat optimum
vinũ claꝝ ꝛ odoriſeꝝ nõ dulce i quo ponat parũ d̃ aq̃.

Cura cum inciſione ſicut debet fieri ꝙuis inciſio hu
ius loci ſit periculoſa ꝛ maxime propter neruoſitatem
ꝛ infiltrationem artariarum ꝛ venarum eiuſdem loci
ꝛ propter dolorem: tamen medicus poteſt procedere
ſi vſus fuerit de operatione: vel vſus fuerit cũ aliquo
operante rationabiliter ꝛ fuerit bõi ingenij ꝛ bõe ima
ginationis ſecure poteſt in tali cura procedere ꝛ p aliã
viam nemo in hac preſumat ex ſe modo aliquo opera
ri: quia poſſet per indoctam operationeꝫ de leui homo
interfici. Primo ante inciſionem cliſterizetur infirm⁹
vt inteſtina vacua ſint ꝛ de leui ad ſua redeant loca. ſe
quenti die poſt cliſtere ſtomaco ieiuno medicus debet
locare infirmum ſuper vnum diſcum planum ꝛ poneř
ipſum infirmum in manus diſipuli ſui vel ligare ipm
bene vt ſe mouere nõ poſſit. ꝛ eleuatis crucib⁹ ꝛ aptis
ꝛ bene ligatis vt non impediant operationem ꝛ vt lo
cus bene videatur tunc medicus accipiat cum manu ſi
niſtra pellem que eſt ſuper locum infirmũ ꝛ ſcindat ip
ſam ſecundum rugationem loci ꝛ conſequatur cũ inci
ſione ſua foramen ꝛ locum a quo exeunt zirbum vel in
teſtia. Et poteſt de foramine experiri ſi hora inciſiõis
eleuauerit miniſter teſticulum illius partis vſq; ad lo
cum qui inciditur per iſtam viam ſtatim manifeſtabiť
foramen; quia per eandem viam deſcendunt inteſtina
per quaꝫ teſticulus ad ſuperiora eleuatur. ꝛ cuꝫ fuerit
certus de foramine dimittatur teſticulus deſcendere
ad locum ſuum. ꝛ nullo modo preſumat teſticulum ex
trahere vt faciunt ſtolidi medici ꝛ nil ſcientes: ſed acci
piat neruum ꝛ viam per quam deſcendunt inteſtina ꝛ
liget ipſum neruum vel viam cuꝫ filo lineo ſubtili qua
druplicato in duobus locis inferius ꝛ ſuperius ꝛ fit in
ter duas ligationes diſtans ſecundum groſſitudinem
vnius digiti: illud ſpacium ſcindatur per medium ex
tranſuerſo. ꝛ poſtea cauterizetur optime: ꝛ poſt caute
rium impleatur locus cum puluere ſanguinis draco
nis ꝛ albumine oui: ꝛ firmetur bene locus cum pulma
ceolis ꝛ binda ꝛ dimittatur ita per vnum diem inte
grum. Et ſemper vſque in fine infirmitatis iaceat infir
mus ſuppino corpore. ꝛ ſepe cliſterizetur vt inteſtina
ſint vacua a ſuperfluitate ꝛ ventoſitate ne locus vulne
ratus impediatur. Puluis ſanguinis draconis ſic fit.
℞. ſanguinis dracõis. ʒ. ß. maſticis dragagãti añ. ʒ. ij
puluerizentur ꝛ cribrentur. ꝛ cuꝫ firmatus fuerit locus
ꝛ mundificatus ab eſcara ignis incarnetur ꝛ conſolide
tur. Curaui ſine iciſione pueros maxime ꝛ alios in qui
bus inteſtina non deſcendunt ad burſam teſticulorum
ꝛ qui habeant paruam eminentiã cũ lombare vel em
plaſtro ꝛ puluere multos meo tẽpore curaui. Lombar
ſic fieri debet de panno lineo triplicato ꝛ ſit ei⁹ latitudo
ſecundum q̃tuor digitos ꝛ impleať bombace ꝛ ſumať
vt zupetũ ꝛ fiat plumaceol⁹ triangulus vel quadran
gulus ꝛ ſumatur hic plumaceolus cum lombare ita ꝙ
poſſit poni plumaceolus ſuper rupturam cum cingitur
lombar ꝛ debet plumaceolus habere quandam bindã
in angulo interiori: ꝛ illa binda vel corrigiola debet ha

bere lōgitudinē vt poſſit trahi int̄ coxā ⁊ teſticłoſ ⁊ flecti ad poſteriora ſup naticā poſteriorē ⁊ ibi firmari cū lōbare atq̄ necti ne moueat̄ immo in firmitate remaneat Emplaſtꝝ ꝙ ponitur ſup rupturam ſub plumaceolo ſic fit vt dictum eſt in capitulo de eminētia vmbili. ⁊ puluis quem ſumere debet omni die fit vt dictū eſt ibi.

Fit etiam emplaſtꝝ fortius illo. ℞e. picis grece. ℥. iij. picis nigre que a quibuſdaȝ appellat̄ naualis. ℥. ij. glutinis piſciū vel charte. ℥. iiij. armoniaci. ℥. ij. fruſtrati incidant̄ iſta ⁊ ponant̄ in. ℥. ij. aceti. ⁊. ℥. iij. olei de maſtice. ⁊ cū ſteterint per medium diem in iſtis liquorib⁹ ponantur ad ignem. ⁊ cum diſſoluta fuerit colent̄ ⁊ inſpiſſentur cū puluere qui ſic fit. ℞e. maſticis dragaganti thuris farine fenugreci boli armeni: mumie ſanguinis dracōis. an̄. ℥. ß. terant̄ ⁊ cribrent̄ ⁊ fiat magdaleō ⁊ referuet̄ vſui. Aliud emplaſtꝝ ad idem. ℞e. mumie colle carte. an̄. ℥. ij. boli armeni nucū cypreſſi an̄. ℥. ß. maſticis thuris dragaganti gūmi arabici an̄. ℥. ij. ſanguinis dracōis. ʒ. j. picis naualis. ℥. ij. collofonie. ℥. j. dimittat̄ in aceto per horas ⁊ poſtea liquefiat ad ignem in cazola cum pice naualı: quibus liquefactis deponātur ab igne ⁊ incorporētur cū puluere aliaꝝ reꝝ: ⁊ fiāt magdaleones in aqua frigida. ſumat in ieiuno. ℥. ß. d electuario qd̄ ſic fit. ℞e. pulueris myrti. ℥. iij. mellis diſpumati lib. ß. miſce. Caſtratio fit duobuſ modis per attritionem teſticulorum poſtq̄ ſteterūt per longuȝ tēpus in aqua calida ſi fortiter manibus fricantur bene poſſant deſtrui. ſed eſt hoc valde doloroſum ⁊ timoroſuȝ valde. Fit etiam per abſciſionem burſe teſticuloꝝ ſuper quodlibet ouū ⁊ vt quodlibet ouū per ſe extrahatur: ⁊ tunc vuln⁹ curetur ⁊ incarnetur ⁊ conſolidetur cū defenſione in principio vt dictum eſt in alijs inciſionibus. ⁊ hic modus caſtrationis valde ſecur⁹ eſt in hominibus ⁊ oībus alijs aīalibus.

Ca. xlv. de ficis condilomatibus ⁊ emoroidibus ī ano ⁊ vulua.

b Egritudines fiunt a materia groſſa melācolica que deſcendit ad loca illa ⁊ ꝯuertit̄ ad carnoſitatē.

Signa eaꝝ ſunt ꝙ fici habent pedē ⁊ figurā ficus non emittūt neq̄ ſanguinē neq̄ humiditatem. Cōdilomata non habent pedē ad moduȝ ficus: ſed tuberoſitatem ipſam ſine pede: ⁊ aliquādo ab eis emanat quedā humiditas ſubtilis. ⁊ emoroide ſunt tuberoſitates vel eminentie a qbus emanat ſanguis omni menſe.

Cura fici eſt cum medicinis ⁊ ferro vel ligamēto. Cuȝ medicinis vt purgetur infirmus cū pillulis que ſic fiunt. ℞e. mirobalanoꝝ indoꝝ. ℥. ß. kebuloꝝ mūdatoꝝ. ʒ. ij. elebori nigri ſcamonee. ʒ. j. ſene epithimi an̄. ʒ. ß. maſticis. ℈. j. turbit. ʒ. ij. fiant pillule cū ſucco polipodij vel fumiterre. Doſis eſt. ʒ. j. ß. ſero ⁊ non cenet. Si autem pillulas recipere non poſſet ſumat decoctionē illā. ℞e. prunoꝝ. ℥. ij cuſcute ſene epithimi an̄. ʒ. ij. mirobalanoꝝ indoꝝ. ℥. j. polipodij. ℥. ij. vel iij. piſtent̄ ⁊ buliant in. ℥. vj. aque donec non remaneant niſi tres: coletur ⁊ in colatura addantur. ℥. ij. zuchari ⁊ zuchaꝝ permittatur liquefieri: coletur iteꝝ hoc totum in aurora detur patienti ad bibendū. Facta mūdificatione ligetur cum filo vel incidātur vel vrantur. Si autē interi fuerit intra inteſtinū cū ventoſa magna poſita ſuper anū: ⁊ ſic apparebūt. ⁊ cū apparuerint fiat vt dictū eſt. eodē modo in condilomatib⁹ procedat̄. Contra emoroidas potes procedere vel exſiccando ⁊ hoc cū cauterio vel conſolidando. ⁊ hoc cū emplaſtro ꝙ ſic fit. ℞e. farine gallaꝝ farine nucū cypreſſi maſticꝭ boli armeni an̄. ℥. j. piſtentur ⁊ buliantur in aliquantulo aceti ita ꝙ inſpiſſentur ⁊ fiat tūc emplaſtꝝ ⁊ calidū ſup emoroidas liget̄ ⁊ bene ſtringat̄: vel aperiendo vt eaſ aperire volueris cū emplaſtro ꝙ ſic fit. ℞e. cepas numero. ij. ⁊ ſpicas allei numero. iiij. piſtent̄ ⁊ incorporētur cum farina lupinoꝝ ⁊ aliquantulo aceti fortiſſimi ⁊ ponat̄ ſuper locū ⁊ ſtatim aperient̄. Vel ſi vult oī menſe facere flebotomiā de ſaphena pedis que eſt intus in talo excuſabit infirmum ab apertione emoroidarum. Ad remouēduȝ dolorē cū accidit in illo loco cauſa iſtarū infirmitatū fiat iſtud vngentum ꝙ dolorē remouebit ſi locus cancerатus non fuerit. ℞e. olei ro. ℥. iij. ceruſe. ℥. j. litargiri. ℥. ß. cere. ʒ. ij. opij. ℈. j. iuſquiami. ʒ. j. papaueris albi. ʒ. ij. opij. ℈. ij. corticis mādragore. ʒ. ß pulueriȝent̄ pulueriȝanda ⁊ cribrent̄ ⁊ fiat vngentum cū cera ⁊ oleo ⁊ addat̄ in fine aliquid aceti: vngat̄ loc⁹ cū illo: ⁊ etiam emplaſtret̄. ceſſabit. n. dolor ſicut credimus. hec. n. fecimus in multis in illo caſu ⁊ dolor incōtinenti ceſſauit.

Ca. xlvj. de apoſtemate calido ⁊ frigido ſanioſo ⁊ fiſtula in ano.

b De apoſtema calidum vel frigidum curat̄ vt dictū eſt in alijs apoſtematibus ſanioſis. ſed ſm plurimū omne apoſtema ſanioſū in hoc loco parit fiſtulā aut penetrantē aut non penetrantem. Si aūt fuerit non penetrans mūdificet̄ cum vngento apoſtoloꝝ vel viridi: ⁊ cū ſarcocolla ⁊ melle ⁊ incarnet̄ ⁊ conſolidet̄. Si autem fuerit penetrans ñ curat̄ de leui: ſed melius ⁊ honorabilius eſt eam dimittere. ⁊ ſi curari dȝ curat̄ vno iſtoꝝ modoꝝ dilatet̄ locuſ cū ſpongea vel medulla melegarij ⁊ ampliet̄ vſq̄ ad fundū: ⁊ cum videris fundū facias cauterium vrendo cū ferro ignito totuȝ qd̄ apparet de fundo fiſtule. ⁊ poſt vſtionem impleat̄ vulnus cū alumine ⁊ butiro vſq̄ ad dies tres. incarnet̄ cum puluere thuris ⁊ conſolidetur cum puluere mumie. Si autem non curatur per hoc conare trahere filum per foramen inteſtini cum acu facta ex plumbo longa ſm neceſſitatem loci. ⁊ cum digito poſito in ano vel duobus digitis ita ꝙ vna pars fili veniat per vulnus ⁊ alia per anum: ⁊ ſic omni die ſerando locum totum cum filo tādiu ꝙ totum inteſtinum cū carne ſcindatur ex filo vſq̄ ad exteriora. ⁊ per viam iſtam poteſt curari. ſed valde difficile eſt ⁊ male poteſt fieri hoc vltimum ꝙ noſtro vidimus tempore de fiſtula in loco iſto.

Capitulum quadrageſimum ſeptimum de extractione lapidum in veſica.

p Rimo operator debet experiri de lapide vtrum fuerit in veſica vel non: hoc modo ponat duos digitos manus ſiniſtre. ſ. indicem ⁊ medium in ano. ⁊ eleuet cum illis digitis inteſtina vſq̄ ad virgam infirmi. ⁊ cum manu ſiniſtra tentet ſi inuenit aliquid expulſum ad locum vbi apparet eminentia inducta a digitis intrinſecis: ⁊ ſic mouendo digitos intrinſecos ⁊ palpitando cum manu extrinſeca in locis que ſunt inter inteſtinum ⁊ anum ⁊ coram ⁊ virgam manifeſtabitur de lapide. Aliud ſignum commune. quia habens lapidem propter dolorem cuȝ vult mingere conatur fricare teſticulos ⁊ loca illa. ſed nō ē hoc ſignum neceſſarium quia fit fricatio hec in ſtranguria cum vlcere. Aliter autem poteſt experiri de lapide videlicet generato per exibibitōem ſirupi que fecimus contra materiam lapidis generandi cum quo pueros multos curauimus qui dicebantur habere lapidem ꝓpter dolorem hora minctionis vel micture ⁊ propter fricationem virge ⁊ teſticulorum illa eadem hora. hic enim ſirupus ſi datur infirmo habenti lapidem confirmatum non confert quin habeat dolores hora micture ⁊ fricationes circa virgam ⁊ teſticulos ſicut ante qui ſirupus ſic fit. ℞ecipe radicis apij fenugreci petroſellini ana numero quatuor ſeminis earundem herbarum ana vncias. ß. iniulij ſolis vncias duas ſaxifragie viridis. ℥. j. ß. ſeminis lactucarum ⁊ endiuie citrulli ⁊ cucumeris ana. ℥. ß. amcos amomi ana. ʒ. ij. ciceris imperatoris ſiue ſilueſtris cicorec ſcolopēdrie an̄.

Ꝧ.i. polipodij. ℥. vj. incidantur radices ⁊ herbe fruſtratim ⁊ piſtent in mortario cū ſeminibus ⁊ cū piſtate fuerint oīa groſſo modo buliant in duab⁹ lib. vini albi ⁊ duab⁹ aque mitte cū vino tādiu ꝙ medietas ſit conſumpta: colet ⁊ optime exprimat ꝙ virtus rez bene exeat. ⁊ hec colatura dimidat per mediū. ⁊ in vna medietate ponat lib. j. mellis ⁊ ponat ad ignē ⁊ buliat aliquantulū poſtea reſeruet in vaſe. ⁊ in alia medietate ponat lib. ſ. zuchari ⁊. ʒ. j. ſ. cantaridaꝝ ablatis capitibus ⁊ alijs ⁊ piſtent cantarides ⁊ pmittant bulire cū zucharo aliqntulū ⁊ colet ⁊ reponat. De illo in quo ſt cantarides: ſumat de quarto in quartū diem in aurora ʒ. j. ſ. cū. ℥. iij. aq̄ decoctionis radicū apij petroſellini ſeminis lactucaꝝ endiuie portulacaꝝ ⁊ ſeminū comiuū. Et poſſet aliqn̄ expectare ſupra receptionem illius vſq; ad. vij. diem ⁊ plus min⁹ ſm ꝙ videbit medico de effectu ei⁹ forti vel debili. Dieb⁹ aūt omnib⁹ qb⁹ non ſumit ſirupū iſtū de cantarib⁹ ſumat omni mane ī aurora. ℥. j. ſ. de illo mellis cū. ℥. iij. aque predicte. Exhibitio illi⁹ ſirupi data ſm ordinē poſt duas vices aut tres ſtatim fricationes conſuetas ⁊ dolores mitigat. ⁊ ſignū eſt ꝙ nondū lapis eſt confirmat⁹. Si aūt non mitigat eſt ſignū lapidis confirmati cui non confert niſi inciſio. Vtat dieta temperata bona ⁊ abſtineat a melācolicis ⁊ flegmaticis pro poſſe. Cū aūt medicus cert⁹ fuerit de lapide ⁊ vult extrahere. pmo oꝫ vt euacuet inteſtina cum cliſteri: ⁊ poſt cliſtere non permittat infirmū niſi paꝝ comedere: ⁊ ſic ſequenti die ſtomaco ieiuno accipiat infirmum ⁊ ponat ipſū ſuppinū ſupra vnū diſcū ⁊ vnū miniſtꝝ a dextris ⁊ aliū a ſiniſtris qui teneat crura eleuata ⁊ infirmum firmū ne moueat hora operationis ⁊ ponat digitos in ano vt diximus ⁊ reducat cū digitis pro poſſe lapidem ad locū q̄ eſt inter anū ⁊ radicem teſticuloꝝ: ⁊ tūc ex obliquo ab vna partium ne tangat muſculū venientem ab vno in modū teſticuloꝝ ſm rugationem loci ſcindat cū raſolio vſq; ad lapidem ⁊ ſit vulnus maius lapide vt ſine difficultate poſſit extrahi cū vncino quo extracto vulnus impleat cū puluere de bolo armeno dragagāto ⁊ maſtice facto eq̄liter: ⁊ ſuatur vuln⁹ ponendo vnū punctū: ⁊ ſic cū illo puluere ⁊ albumine oui firmet vuln⁹ vſq; ad finem: bibat vinū ſtipticū ⁊ paꝝ ⁊ non album ⁊ comedat temperatam dietam ⁊ boni nutrimenti. Si autem vulnus non bene cōſolidaret ponat ſupra ipſum puluis qui ſit de mumia ⁊ maſtice equaliter: ⁊ ſic indubitāter curabit niſi fuerit in inciſione peccatū. Attende ꝙ hoc opus n nꝙ perfecte apprehendit niſi per viſum ſpecialiter in hac operatione. Scias iteꝝ ꝙ hec egritudo raro ſit in muliere ⁊ eſt difficilis curationis in ea ꝓpter interpoſitionem matricis inter veſicā ⁊ anum ⁊ maxime cū inciſione. quāuis enim collū veſice multū ſit ſtrictū eſt valde curtum ita ꝙ omnis ſuperfluitas q̄ reperitur in veſica ſiue ſit groſſa ſiue multa ſtatim expellit. ⁊ ideo raro in mulieribus generat lapis: procedat ī ea vt dictū eſt. Si autē nō conſolidaret finaliter vulnus per quod lapis fuerit extractus ſed fuerit fiſtula ꝓcedat in cura eius cum vſtione loci vt dictū eſt in apoſtemate ⁊ fiſtula penetrante in ventre ſuperiori ⁊ inferiori. ſi autem lapis ad medium virge deſcenderet ⁊ ꝑ foramen virge non poſſet exire neq; per medicinā neq; per aliud ingenium medicabile incidat locus vſq; ad lapidem: ⁊ extrahat: ⁊ ſuper vulnus ſtatim ponatur cum albumine oui puluis factus ex ſanguine draconis ⁊ maſtice ⁊ ligetur quia i breui ꝯſolidabitur ⁊ loc⁹ optime continuabitur per viam iſtam.

Capitulum quadrageſimumoctauum de puſtulis albis ⁊ ſciſſuris ⁊ corruptionibus que fiunt in virga ⁊ circa preputium propter coitum cum meretrice vel feda vel ab alia cauſa.

b **Egritudo ſemper accidit** ex frigido vel materia ventoſa retenta ⁊ recluſa inter preputiū ⁊ pellem virge: ⁊ q: non expirat creſcit ⁊ multiplicat in loco vndecūq; neglecta fuerit in principio. Iteꝝ aliqn̄do multiplicat ꝙ corrūpitur pellis ⁊ denigrat ⁊ corrodit cū hec ſubſtantia virge q̄ ampli⁹ reſtaurationem non recipit ⁊ accidit cū hac corruptione fe. ⁊ fluxus ſanguinis ⁊ mors multotiens.

Curetur in principio cū mūdificantib⁹ ⁊ confortantibus locū vt eſt aqua decoctionis mellis. ro. non colati. ⁊ poſt ablutionem embrocet locus tot⁹ corrupt⁹ cū petijs infuſis ī vino ⁊ aceto mixtis ⁊ in qbus ſit decoctus puluis galle vel nucū cypreſſi: hec faciat ſepe donec malitia corporis ſit remota. Si aūt corrupto in tantū augmentata fuerit ꝙ denigrauerit locū ſignū eſt mortificationis loci: tunc intendas ad remouendū denigratū ⁊ corruptū cū ferro ignito ſeparando totū corruptū ⁊ marcidū a non corrupto. nā ſi hoc non fieret non ceſſaret deambulatio donec totū membꝝ eſſet corruptum. ⁊ propter hoc pro poſſe nil d̄ corrupto remaneat hoc facto emplaſtret locus non corrupt⁹ cū puluere boli armeni ⁊ oleo roſa. ⁊ aliquantulo aceti. nam illud defendit ne corruptio fiat deābulatiua Supra vuln⁹ vero ⁊ locū excoriatū vt ſanguis ſtringatur ponat albumē oui cū puluere boli armeni ⁊ hoc vſq; ad dies tres: Si autem poſt iſtos tres dies viſum fuerit aliquid de corrupto mundificetur cum vngento apoſtolorum vel viridi. facta mundificatione incarnetur cum incarnatiuis ⁊ conſolidatiuis de quibus mentionem fecim⁹ ⁊ faciem⁹. Ablutio cū aqua frigida ⁊ continua abſterſio cū eodem poſt coitū cū feda vel meretrice ꝑfecte defendit virgā a corruptione ex illa cauſa ⁊ maxime ſi poſt ablutionem cū frigida aqua fiat rotatio loci cū aceto. Puluis optim⁹ ad ꝯſolidādū vlcera vge mūdificata ſic ſit. Re. nucū cypſſi aloe myrrha aā. ℥. ſ. puluerizent ⁊ cribrēt ⁊ ponant ſup vlcera ⁊ poſt puluerē petie infuſe in vino ponant.

Ca. xlix. de apāte calido ⁊ frigido ſanioſo ⁊ nodo in virga.

a **Poſtema huius loci calidū** ⁊ frigidū cognoſcit ⁊ curat vt dictū eſt de eiſdē apātib⁹ in locis diuerſis ⁊ ꝑ vnctiōes ⁊ flebotomiā ⁊ mūdificatōes ⁊ vētoſatōes in ꝯrariū ⁊ purgatōes cū pillulis ⁊ decoctōib⁹ ⁊ trocis. ⁊ emplatōes ⁊ inciſiones ⁊ mūdificatōes ⁊ incarnatiōes ⁊ ꝯſolidatiōes ⁊ dietas narratas in calido ⁊ frigido apāte. Cōtra nodū iſtius loci ſpāliter ꝓcedēdū ē. Recipiat medic⁹ noduꝫ inter digitos ſuos ⁊ trahat ipſum ad locū in quo vene ⁊ artarie nō appareāt ꝓ poſſe. q: in hoc mēbro multū timēdū eſt de artariaꝝ venaꝝ inciſione. ⁊ tūc incidas pellē ſuper ipſum nodū ⁊ extrahe ipm̄ totaliter: quo extracto ſuas pellē ⁊ pone ſuper pellē puluēris ſanguinis draconis ⁊ dragagāti eq̄lite: cū albumine oui ⁊ dimittat ſic q: in breui conſolidatur ſine aliquo periculo.

Capitulum. l. d̄ apoſtemate calido ⁊ frigido ſanioſo teſticulorum.

b **Hoc apoſtema ſemper generatur** a materia deſcēdēte a nutritiuis ad teſticulos. tum propter habilitatem loci. tum quia nutritiua naturaliter expellunt ſuperfluitates ad inferius.

Signa calidi apoſtematis ⁊ frigidi multotiens dicta ſunt.

Cura et dieta ⁊ regimen dicta ſunt in multis locis vngatur locus cum apoſtema fuerit calidum cum oleo roſato calido in hyeme eſtate vero cum frigido actu. fiat flebotomia manus alteris in quo fuerit apoſtema de baſilica vel ſcarificatio fiat in naticis vel mundificatio cum rebus dictis in apoſtematibus calidis. ſ. pillulis aut decoctōib⁹ ⁊ ſi impediret vrinā fiat flebotomia de ſaphena intus in talo nam flebotomia hui⁹ vene valet multū in egri

ximꝰ ⁊ in ore vulneris ꝑima die mollificatiuū de vi-
tello oui ⁊ oleo roſato ⁊ alijs diebꝰ mūdificatiuū cōfor-
tatiuū factū de melle roſato ⁊ farina hordei ⁊ aliqñ de
terbētina ⁊ q̄ñqꝫ de mirra ⁊ ſarcocolla mixtis cū mel
le predicto. ⁊ hoc habet locū cū vulnus maiori vel for
tiori indiget mundificatione. Obſerueṫ regula cū hoc
conueniens ad principiū cuiuſlibet vulneris videlicet
flebotomia vel ſcarificatione: de cliſteri ſeu ſuppoſito-
rio ⁊ bibat cum hoc aquam decoctionis ꝓnorū ⁊ ſic-
corū nam hec aqua lenit ventrem ⁊ non permittit fu-
mū ad caput aſcendere. ⁊ etiā alij potꝰ ſunt boni de qbꝰ
ſuperiꝰ fecimꝰ mentionem ⁊ meliores in confortatione
oris ſtomaci ⁊ appetitus ⁊ optime defendūt ne fumꝰ
ad caput elleueṫ ſed non lenīūt ventrem vt aqua ꝓna-
roꝝ. Si aūt vulnꝰ ꝑuū fuerit q̄ idigeat cōductura per

tium per ſuturam procedatur in eo vt dicium eſt preter ꝙ non fiat ſutura ⁊ obſeruentur omnes regule flebotomie ⁊ confortationis ⁊ mundificationis ⁊ mollificationis diete ⁊ potus vt dixim⁹ vſqꝫ ad finē ⁊ tūc incarnet ⁊ cōſolidetur vt dictū eſt. Si vero vulnus factū fuerit cū ſagitta ⁊ viſum fuerit ꝙ penetrauerit vſqꝫ ad cerebrū conſidera anteq̄ꝫ extrahes eam naꝫ ſi vſqꝫ ad cerebrū penetrauerit non pōt eſſe quin infirmus in breui incurrat aut alienationem vel vomitū ⁊ vigilias vel tremorem vel debilitatē ſenſus ⁊ motus vel agitationem cum dolore ꝙ eſt ſignuꝫ ſpaſmi ⁊ mortis finaliter ⁊ cū hoc incurrit rubedinem oculoꝝ cum quadam ſuſcitate ⁊ concauitate circa oculos. Cum aūt ſecurus fueris per iſta ſigna ⁊ per coniecturam contractam ex modo percuſſionis ⁊ pforationis ſagitte ꝙ cerebrum leſum fuerit ſiue extrahas ſiue non periculoſum eſt et mortale ſed nobilius ⁊ magis artificiale eſt ſagittam extrahere q̄ꝫ ipſum dimittere. Videretur enim quedā ignorantia ſi dimitteret vel debilitas operatoria. Extrahat ergo obſeruata ſolēnitate dicta ſuperius q̄ꝫuis ad extractionem ſagitte perforantis ad cerebrum ſubſequatur exalatio ſpūs aīalis ⁊ caloris ⁊ ex ſpiratio rei naturalis ⁊ ſincopis ⁊ multotiēs mors: mollificetur ergo locus ſagitte ⁊ dilatetur vulnus cū raſorio vel aliq̄ alia re ⁊ confortet locus circa vuln⁹ vt diximus. Qua extracta ſiue penetrans ſit vſqꝫ ad cerebrū ſiue nō vel ad neruū audibilē qd̄ ſcies per amiſſionē audit⁹ ⁊ per tactum ſagitte. Mundificet ⁊ incarnet ⁊ cōſolidetur i fine. Dietam dictam ⁊ potum obſerues vt ſupius diximus ⁊ ſpālr infirmū vſqꝫ ad ſecuritateꝫ apoſtematis amino abſtinere facias p poſſe q: vtile ē valde eo ꝙ nihil ē ꝙ ita imediate cerebrū ⁊ neruos pcutiat ⁊ apoſtema pperet ad caput leſum ⁊ neruos tā celeriter vt vinum. ⁊ ppter hoc abſtinere eſt bonum.

Capitulum. vij. de vulnere in gula ⁊ partibus ei⁹ cū enſe vel cultello ⁊ ſimilibus ⁊c̄.

Ctas ꝙ vulnera gule facta cum ſagitta vel cū enſe in longū. vel in latuꝫ timoroſa ſunt tū propter carnē pulmōis q̄ trachea arteria appellat tū pp viā vel cānā ſtōi q̄ meri vel yſophag⁹ appellat q̄ in gula locate ſunt ⁊ manifeſte tuꝫ pp venas duas q̄ guideꝫ appellant manifeſte ſūt a dextris ⁊ ſiniſtris ipſius canne pulmonis i manifeſto gule ſub qbus trāſeunt due artarie magne q̄ artarie ⁊ vene ad pulmonem ⁊ cordi iguntur inmediate. Ex quaꝝ vulnere nocumentū p ꝯpaſſionē ⁊ affinitatē ⁊ ſāguinis ad pulmonem ⁊ cor trāſit ipediēs pulmonē i ſuo motu neceſſario ⁊ calorē i corde extinguens vt fit i curſu humoꝝ ad cor ⁊ mortē ſubitā idūcit ſed vulnus cane pulmoni ⁊ ſtōi ē timoroſū ⁊ mortale q: cāna pulmonis cōſequit neceſſarium ipediens tranſitū aeris neceſſarij ad euētatōeꝫ cordis. ⁊ ipediēs expulſionē ſupfluitatis ⁊ aeris nō cōuenientis ad euentationē ſꝫ nocumētū canne ſtomaci ē impediens tranſitū nutrimēti ad ſtōꝫ ⁊ pp hoc nō ſic celeriter vulnus cāne ſtōi iterficit. q: natura hominis lōgi⁹ pōt abſqꝫ morte expectare ſupra defectuꝫ cibi q̄ꝫ ſupra defectū aeris ⁊ ad cōfirmādū iudicia iſta facta ſupra vulnera gule locis determinatis ponaꝫ exēpla q̄ mihi p manibus tempoꝛib⁹ meis occurrerūt ⁊ poſt illa ponā alia exēpla. Vidi quēdā dnm̄ Bonifaciū nepotē dn̄i Oberti marchiōis pallauicini q vulnerat⁹ fuit cuꝫ quadā ſagitta puiſſima debili per guideꝫ vel vena q̄ eſt apud tracheā artariā i manifeſto gule. ⁊ fuit illud vulnus i latere ſiniſtro trache artarie ⁊ ab illo vulnere non exiuit niſi ſtillicidium. ſanguinis ⁊ nō penetrauit ſagitta aliquid intra nec applicata fuit in loco vt ſtaret aliquo modo ⁊ mortuus fuit eadem hora coram me ⁊ locus totus denigratus fuit ⁊ habuit rugitum in canna velut oregmon. vel ſonitum vſqꝫ ad finem vite conſiderans ꝙ hoc eſſet propter venenum inueni ꝙ nihil fuit ſed euenit hoc eadem manifeſte propter vulnus in vena que portauit ſanguinem ad pulmonem ⁊ cor ppter eius affinitatem cum illis nobilib⁹ membris ⁊ ex hoc illa nobilia membra vene compaſſa fuerunt ⁊ mortuus fuit. Cogitaueram enim flebotomare de ambobus brachijs vt ſanguis ad aliam traheretur partem: ⁊ vt non tranſiret ad cor vel deriuaretur. ſed tempus breue opus precogitatum impediuit. Vidi quendaꝫ alium qui vocabatur Fanſus bōino curialis erat. ⁊ fuit percuſſus coram me a milite quodam cum acie man⁹ ludendo in trachea artaria ⁊ circa venas guideꝫ ⁊ cecidit i terra quaſi mortuus ⁊ ſtetit ſic per horā ⁊ iudicaui ipſum mortuum per ea que apparebant ſed i eo remāſit aliquid anhelitus quaſi inſenſibilis. ⁊ finaliter rediuit natura ⁊ reuixit. Vidi etiā quēdā carceratū in ciuitate cremone qui per deſperationem ſecauit ſibi cānā pulmonis ⁊ ſtomaci ita ꝙ hora comeſtionis exibant cibus ⁊ potus ⁊ aer a vulnere manifeſte. Ego cōtinuaui ptes decenter. etiā confirmaui locum bene cum pulueribus ⁊ bindis ⁊ plumaceolis ⁊ fuit curatus in vno mēſe. ⁊ vixit. ſcio ꝙ in ſecatione non leſit venas que appellantur guideꝫ. Iterum vidi i quendam militem de pergamo qui pcuſſus fuit in quodam extractu in quo eraꝫ cum ſagitta magna de turno. ⁊ intrauit ſagitta gulam ex parte dextra gule apud guideꝫ ⁊ non leſit venam et perforauit totam gulam vſqꝫ ad ſpatulam ſiniſtram. Et ego manibus meis extraxi ſagittam illam cum obſeruatione ſolemnitatis dicte ſuperius ⁊ curatus fuit perfecte ⁊ vixit longo tempore. ⁊ habui bonum ſalarium. Conſidera ergo in vulneribus gule factis cū enſe ⁊ ſilib⁹. ſiue fuerit ſm̄ lōgū ſeu latū. Et ſi fuerint magne conducas cum ſutura ⁊ eas ꝯſerua. ⁊ os vulneris mūdifica ⁊ in hoc obſua regulas alias ⁊ dietā ⁊ potū. Et ſi fuerint pua pcedas i eis vt diximus ſuperi⁹ ſiue ſutura in extractione aūt ſagitte expecta temp⁹ ſi poſſibile eſt ⁊ ſi tibi videt ⁊ maxime i eius extractione videt dubiū aut pp eius magnitudinē aut pp locū leſuꝫ ⁊ tunc apta locū tāex pte dilatationis q̄ꝫ ex pte mollificationis ⁊ cōfortationis hoc facto extrahat ⁊ ipleat vulnus cū oleo roſato. ⁊ vitello oui. Secunda die ponas mel roſatum cum farina hordei ⁊ vſqꝫ ad pfectā mundificationem ⁊ poſt mundificationem incarna ⁊ finaliter conſolida cum rebus dictis ⁊ dicendis.

Capitulum. viij. de vulnere in humero ⁊ ſpatula cū enſe ⁊ ſagitta ⁊ ſimilibus ⁊c̄.

Ulnera illius loci timoroſa ſunt ⁊ propter nodum ⁊ pp affinitatem ipſius vel illius loci cum nuca ⁊ neruis magnis peruenientibus a cerebro ⁊ etiam quia hic locus valde doloroſus eſt ⁊ ex hac cā multū de leui ne apoſtematur pars illa cum vulerat cuiuſcūqꝫ generis ſit vulnus fit ꝙ rigor cum febre vulneratis loco illo accidit debili cum extrinſeca ⁊ intrinſeca ⁊ ſignificat ſpaſmū futurum ⁊ mortem ⁊ hoc etiam ſignificat fortius in vulnerib⁹ capitis ſiue fuerint cū fractura cranei ſiue nō nā rigor i vulneribus capitis ⁊ neruoꝝ nobiliuꝫ non fit niſi ex curſu materie ad locum vulneratum debilem que materia cum inueniat cerebrum ⁊ caput ⁊ neruos ⁊ membra neruoſa vulnerata debitia ſpargit p neruos cōmunes ⁊ inducit rigorē. ⁊ non multiplicat. ⁊ ſi multiplicat implet eos. ⁊ faciet ſpaſmū vel colligitur in loco vlceroſo ⁊ facit apā: ⁊ ſi calefit facit febrē ⁊ ſic p vlcera locoꝝ neruoſoꝝ fit ſpaſm⁹ ppter dolorem attrahētē materiam: ⁊ pp debilitatem mēbri iductā ex ſolutione continui in membra ⁊ ex altaratiōe complexionis q̄ duo ponunt in membro vlcerato vt membra fortia ſana ad ipſum oēꝫ expellant ſuperfluitatē. Cōtinuatur. n. hic locus cū ſpina mediāte cartilagine oſſis ſpatule. ⁊ cū thorace mediāte oſſe furcule. ⁊ cū cerebro mediātib⁹ neruis mouentib⁹ ipſum ad diuerſas ptes. ꝯtingit locū vulnerari ſm̄ longum ⁊ latū ⁊ cum ſagitta. Si aūt fuerit ſecūdū latū vulnus vel ſm̄ longū. ⁊ fuerit magnū ꝙ idigedat ꝯductu

ra partium cum ſutura ſuatur ſecundum aliquē modorū dictorum ſuperius prout medico apparebit ex ſagitta. et ex magnitudine vulneris. Et dimittat in loco decliuiori ſ os apertum vulneris ita ꝙ ſanies generanda libere exire poſſit ⁊ ſuper ſuturam vt conſeruentur partes conducte ponatur puluis que ſic fit. Re. ſanguinis draconis dragaganti boliarmeni an̄. ℥. ſ. cribrentur vel alius qui ſic fit. Re. dragaganti gūmi arabici maſticis. an̄. ʒ. iij. ſanguinis draconis. ʒ. j. cribrenē. In ore decliui vulneris prima die ponaē oleum ro. calidū cū vitello oui poſtea omni die mel roſatū mixtū cū farina hordei ⁊ aliquando cū terbentina ⁊ myrrha ⁊ ſarcocolla cū indiget maiori mūdificatiōe ⁊ fortiori ⁊ maxime cū ſecurus fuerit medicus de generatione apoſtematis ne ſuperueniat. Circa locū vero ponat bolārmenū mixtū cū oleo roſato in quo ſit aliquid aceti. Facta mūdificatiōe ⁊ habita ſecuritate apoſtematis calidi incarnetur locus ⁊ conſolidetur. Cū vulnus paruum fuerit non indiges conductura partium. Fiant omnia vt diximus preter ꝙ non ſuatur videlicet puluis conſeruāſ partes conductas in vulnere paruo vtatur. Si vero vulnus factū fuerit cū ſagitta mollifica locū cum oleo roſato actu calido ⁊ dilata vulnus ⁊ poſtea eam cum tenaculis extrahas ⁊ impleatur vulnus cum petijs ⁊ tentis imbibitis in oleo roſato vel vitello oui ⁊ circa locū ponas confortatiuum de bolo. ſequenti die ponaſ mel roſatum cum farina hordei ⁊ mundifica ⁊ ſi caro creſceret intra vulnus mollis vnctuoſa exſicca eam cum vngento apſtoloꝝ ꝙ fecimus primo libro capitulo de fiſtula in communi ⁊ ꝙ faciemus in fine vel vngento viridi. Facta mundificatione incarnetur ⁊ conſolidetur. Non omittas regulam que in principio fieri debet. ſcilicet extractio ſanguinis ⁊ ventris largitas Dieta ſit ⁊ potus ſimiliter vt dictum eſt vſqꝫ ad ſecuritatem apoſtematis ſed vinum in iſto caſu poſt ſecuritatem apoſtematis poteſt dari limphatum ſatis melius quam in vulnere capitis immo be e ſecure detur.

Capitulum. viij. de vulnere in adiutorio cum enſe ⁊ ſagitta ⁊ ſimilibus ⁊c.

q

Uando vulneratur adiutorium cū enſe ex trāſuerſo inciduntur vt plurimū muſculus communis ⁊ corde mouentes brachium ⁊ ſic brachium amittit motum ⁊ cadit manus in modo raſete ⁊ reſtaurationem non recipit ⁊ cū hoc inciduntur quidam nerui ſenſibiles ⁊ motiui ex tranſuerſo ⁊ aliquando ex toto ⁊ ſic pars inferior amittit motum ⁊ ſenſum ⁊ aliquando inciditur ex toto ⁊ ſic membꝝ per operationem recuperatur ſenſum ⁊ motum. Contingit etiam iſta accidentia aliquando ex vulnere loci cū ſagitta ⁊ maxime quando ipſa muſculum vel omnem lacertum perforauerit totaliter. Si autem vulnus cū enſe loco illo factum fuerit ſecundū longū ⁊ ſimilibus non erit dubiū de amiſſione ſenſus ⁊ motus niſi per errorem contingentem in loco aut propter medicū aut propter infirmum ſupra ſeipſum. Si autem vulnus iſto loco factū fuerit cū enſe ex tranſuerſo magnum cōducas partes ⁊ con erſa ⁊ conforta locum circa vulnus vt dictum eſt ⁊ circa vulnus vt dictū eſt ⁊ mollifica ⁊ mundifica. Et ſi ab eo multus ſanguis emanauerit conſtringe vt diximus. Si vero non multus procedas cū flebotomia ⁊ ſcarificatione ſecūdū ꝙ tibi videbitur de debilitate ⁊ fortitudine infirmi: ſit infirmus largus omni die ſecūdū ventrem ⁊ ſi non per ſe fiat beneficio dicto ita ꝙ omni die bis aut ſemel aſellet. Si autem fuerit paruū ſecundū locū conſidera multitudinem ⁊ paucitatem ſanguinis que exiuit ⁊ procede in eo ſm̄ conditionem. Si autem fuerit ſm̄ longū ſiue fuerit paruū ſiue magnū procedas in cura eius cū obſeruatione conditionū loci ⁊ diete vſqꝫ ad ſecuritatem apoſtematis vt dictū eſt. Si autem nerui incisi fuerint ex tranſuerſo in parte vel in toto non mihi diſplicet vel partes nerui inciſi cum ſutura conducantur ſicut in vulnere pellis ⁊ carnis vt dictū eſt q: non inuenerit natura hanc conducturam factam a medico melius ⁊ leuiꝰ continuabit partes nerui ſoluti ⁊ generabit ligamentū nobiliori modo quaſi non conducantur partes cum ſutura ⁊ fiet membrum ⁊ cicatrix formoſior. Et ſi quis velet dicere de dolore inducto ex punctura acuſ p ſuturā nihil eſt q: per appoſitionē olei roſati calidi poſiti cū vitello oui ſuper partes nerui ſtatim remouebitur ⁊ confirmationē huius rei contrahere potes ex reſtauratione oſſis fracti ſnā quando reſtaurator conducit parteſ oſſis fracti ⁊ eas continuat ⁊ firmat ⁊ ad inuicē cū bindis ligat ꝙ idem eſt quaſi ꝙ ſutura in neruo ſoluto natura melius ⁊ citius poꝝ ſarcoydē generat vel ligamētū ꝙ idem eſt cū quo partes oſſis fracti continuantur ⁊ fit per hec forma mēbri pulchrior. ⁊ ſic membꝝ meliꝰ ad ſuā operationem naturalē conuertitur ⁊ per hoc apparet manifeſte ꝙ ſermo iſtoꝝ qui dicūt ꝙ ſi neruꝰ in h loco vel alijs ex tranſuerſo incidatur in parte vel eius medietatē ꝙ anteqꝫ continueē dꝫ incidi ſm̄ totū ⁊ poſtmodum debent eius partes a medio continuari eſt error ⁊ preter intentationē nature q enī hoc fecit inducit in natura ⁊ in operatione medicinali difficiliorē ⁊ longiorē laborē ⁊ infirmū non excuſat a multiplicatione doloris. ⁊ propter hoc ponit in mēbro ꝙ poterat cōtinuari gratia partis ſane que remanſerat de neruo ſoluto ꝙ amplius non continuabitur ⁊ plus ꝙ loca que ſunt a vulnere inferius q̄ a neruo illo leſo ſenſuꝫ ⁊ motū recipiebāt gratia partis ſane q̄ ſemper remāſerat adhuc motū ⁊ ſenſuꝫ vel ſꝫ partē vel ſꝫ totū habere poterat ampliꝰ non hꝫ ⁊ ſic egritudo de curabili ſꝫ partem vel ſꝫ totū ad incurabilē cōuerſa eſt per errorē ⁊ mēbꝝ qꝺ poterat reſtaurari ad ſenſuꝫ ⁊ motū ꝙ ſꝫ partem adminꝰ ampliꝰ ſenſuꝫ neqꝫ motū per iſtū neruū non habebit ſed erit diminutū in hoc Gali. ⁊ Auicē. videnē dicere contrarium in libro quarto capitulo de ſolutione ꝯtinuitatis neruoꝝ q: nos voluimꝰ ꝙ neruꝰ inciſus ſꝫ partē nullo mō incidaē niſi ꝑꝑ euitationē corruptionis vlis vel ꝑꝑ corruptionē mortis ex ſpaſmo ⁊ ipſi ſilr volūt illud qn̄ qs in ſuis dictis recte ꝯſiderauerit. procedaē in tali cura ſꝫ ꝙ ſcriptū ē. Et ſi ſutura in neruo inciſo ſꝫ partē vel totū fieri poſſet ſuanē mēbra neruo leſa ſupra poſita ⁊ coꝝ partes ꝯducanē firmiter ⁊ ꝯtinueē ꝑut meliꝰ poſſibile fuerit vt meliꝰ ⁊ leuiꝰ natura cū inſtrumentis medicinalibꝰ ⁊ iuuamēto artis reſtaurationeꝫ mēbri facere poſſit. Quo facto ꝑcedaē in loco q ē circa vulnꝰ cū confortatiuis ⁊ in ore vulneris cū mūdificatiuis. Et in neruo cū mūdificatiuo neruoꝝ ꝙ fit cum myrrha ⁊ terbentina ⁊ ſarcocolla ⁊ melle ro. ſi neceſſariū hoc fuerit ⁊ vulnꝰ hoc requireret. vel cū alio mūdificatiuo neruoꝝ ꝙ fit cū farina lupinoꝝ ⁊ melle ro. ⁊ terbētina nā ipſa mūdificat ſorditiem ⁊ putredinē a neruis remouet proprie. Et non debent poni in vulneribꝰ neruoꝝ niſi poſt ſecuritatē apoſtematis ne generēē q: ex nimia abſterſione ⁊ forti ſi ponerenē in principio facerent materias currere ad locū leſuꝫ. ⁊ ſic eſſet cā apoſtematis in loco: ſed in principio procedaē cū localibꝰ remedijs. ⁊ dieta ⁊ potu ⁊ largitate ventris ⁊ remotione ſanguinis in contrario loco vt ſuperius in alijs dictū eſt. Si autem vulnꝰ iſtiꝰ loci factū fuerit cū ſagitta non requiriē aliud niſi vt extrahaē poſt mūdificationem ⁊ dilatationem leuiter ⁊ ſuauiter abſqꝫ dolore ꝑut poſſibile fuerit ⁊ iſta hora extractionis impleaē vulnus cū oleo roſato ⁊ vitello oui. Secundo cū mūdificatiuo loci ⁊ omnibꝰ alijs dictis ſpectantibꝰ ad curationem in principio ⁊ medio ⁊ fine ⁊ dietam ⁊ potū vt dictū eſt. Si autem medicꝰ inuenerit apoſtema cū vulnere vel non potuit defendere quin ſuperueniat cū omnibꝰ remedijs localibus ⁊ purgationibus ⁊ ſanguinis minorationibus ꝙ erit ſignum prauum ſuper debilitatem nature ⁊ ſuper corruptionem membri leſi ⁊ febreꝫ ⁊ mortem.

Cura tunc apoſtema cum vulnere hoc modo. Die
ta eius ſi non fuerit debilis fiat cum ſucco
hordei vel farri vel lactucis vel cucurbitis ſeu portu-
lacis vel ſpinachijs conditis cum amigdalato. Et po
tus eius ſit vinum de granatis vel agreſta mixtis cum
duplo eius aque calide in hyeme ⁊ frigida in eſtate: ⁊
⁊ plus vel minus ponatur de aqua ſm qd medico ex
parte guſtus videbitur vel ſumat in potu ⁊ maxime ſi
fuerit ſtipticus ſm ventrem aquam decoctionis pru-
noꝝ ſiccoꝝ ⁊ non viridum qꝛ viridia magis deſtruũt
appetitum ⁊ plures in ſtomaco generant ſuperfluitateſ
vel aquam decoctionis granoꝝ granatoꝝ. Si aũt de-
bilis fuerit ⁊ longo tpe afflictus comedat carnem edi
coctam cum predictis herbis: ⁊ vtatur ſupra in ſuis
cibarijs puluere qui ſic fit. Re. cinamomi. ℥. ij. carda
momi. ℥. ſ. gariofiloꝝ ⁊ croci añ. ʒ. ſ. ⁊ carnes gallina
rum ⁊ pulloꝝ ⁊ auium degentium in pratis ⁊ arborib⁹
⁊ non in aquis ⁊ elixatas ⁊ cum brodio ⁊ aliquando aſ
ſatas ⁊ in teſtula ⁊ in paſtillo ſi eius appetitus malus
fuerit. ⁊ bibat vinum debile duplo eius de aqua ⁊ ſit
album ⁊ ſtipticum propter appetitum ſi ſuſtinere po-
teſt infirmus ⁊ medico videbitur. Faciat omni die in-
firmum aſellare cum cliſteri vel aliqua alia re. Circa cu
ram loci ⁊ apoſtema ſic procedas. ponas continue mel
roſatum colatum mixtum cum farina hordei ⁊ terben
tina circa apoſtema ⁊ vulnus bolum armenum mixtũ
cum oleo roſato ⁊ aliquantulo aceti. Super apoſtema
ad maturandum ponas emplaſtꝝ ꝙ ſic fit Re. maluaui
ſci mundati cocti optime inciſi ⁊ piſtati. lib. ij. farine
fenugreci ⁊ ſeminis lini añ. lib. ſ. aneti ⁊ floris camo-
mille añ. ʒ. ij. axungie porci liquefacte ꝙ ſufficit ad in-
corporandum omnia iſta. ponantur hoc calidũ ſupra
apoſtema ⁊ aliud. Re. olei de camomilla. ℥. iij. axun-
gie porci liquefacte. ℥. v. farine fenugeci ⁊ ſeminis lini
añ. ʒ. iij. farine hordei ꝙ ſufficit ad inſpiſſandũ oĩa iſta
ponatur calidum ſuper apoſtema vſqꝫ ad perfectam
maturationem. Si autem hora generationis apoſte-
matis eſſet dolor intollerabilis in quo aliqd emplaſtꝝ
non conferret ponatur cum oleo ro. ⁊ bolo ⁊ aceto. ℈.
j. opij contriti. ʒ. j. iuſquiami ⁊ hoc vſqꝫ ad ceſſationeꝫ
acuitatis doloris ⁊ poſtea nõ ponatur: ſed bolum cum
oleo ro. ⁊ aceto tantum. Maturato apoſtemate ſi poſ-
ſes deriuare leuiter abſque dolore ad os vulneris fac.
⁊ ſi non incide apoſtema ſm figuram mẽbri ⁊ cura ipſũ
cum mundificatiuis ⁊ alijs que diximus ſuperius in p̃
mo libro. ⁊ hoc ſit generale documentum curationis
apoſtematis cum vulnere vbicũqꝫ fuerit ⁊ econuerſo

Capi. x. de vulnere in cubito cum enſe ⁊ ſagitta ⁊ ſi-
milibus ⁊c̃.

v **Ulnera iſtius loci timoroſa**
ſunt pp concatenationem ⁊ infiltrationem ner
uoꝝ ⁊ ligamentoꝝ ⁊ ligantium locum iſtum qui compo
ſitus eſt ex oſſibus diuerſis habentibus diuerſas figu-
ras que oſſa ⁊ membra cum vulnerantur de leui hic lo
cus amittit propriam figuram ⁊ cum difficultate aut
nullo modo recuperat ẽt ſi rationabiliter a medico cu
ratur. Et ſi vulnus fuerit ex tranſuerſo circa partem in
teriorem. ſ. domeſticã multum timendũ eſt ⁊. defectu
ex fluxu ſanguinis venaꝝ ⁊ artariaꝝ q̃ ibi locate ſunt in
manifeſto q fluxus multotiens ꝯſtringi non põt ⁊ ſic ex
iſta cauſa infirmus deficit ⁊ moritur. Sit ergo tota in
tentio tua in conſtrictione ſanguinis fluentis ex vulne
re illi⁹ loci ⁊ ſunt multi hoĩes qui in tãtum timẽt de flu
xu ſanguinis illius loci vt illi q timent flebotomari de
illo loco q ex ſolo timore retrahit natura ad interiora
⁊ deficit cũ ſincopi ⁊ moriunt. ꝯſtringatur ergo ſanguis
ſi poſſibile fuerit cũ pulueribus dictis in ca. v. de vul-
nere in collo ⁊ cauterio ⁊ ꝯducantur partes ſi vuln⁹ fue
rit magnum. Et conuertet ſutura cũ reb⁹ ꝯſeruantib⁹
vt eſt multotiẽs dictũ. Si aũt ĩ parte poſteriori. ſ. ſilue
ſtri fuerit vuln⁹ magnũ ſm latũ vel ſm lõgum ꝯducaſ
⁊ ꝯſerua partes vt diximus ⁊ pcedas cum defenſione
ne apoſtema generetur ⁊ cum mundificatiuo ⁊ incar-
natiuo ⁊ cõſolidatiuo ⁊ dieta ⁊ potu ⁊ alijs neceſſarijs
vſqꝫ ad finem ⁊ quodlibet facias temporib⁹ termina-
tis vt dixim⁹. ⁊ ꝯſidera debilitatem ⁊ fortitudinem ĩ-
firmi ⁊ ſm illud ordina dietam ⁊ potũ. De ligatõe mẽ
bri tibi fidem non fecim⁹ qꝛ eſt tale ꝙ nõ apprehendi
tur niſi p viſum ⁊ vſum. Sꝫ ꝯueniens eſt vt ligatio cu
iuſlibet membri vulnerati fiat ſm formã meliorẽ quo
ad ipſum vuln⁹ factũ verbi gratia ſi vuln⁹ ſm latum
fuerit in cubito intra in parte domeſtica dꝫ cubit⁹ ligari
⁊ locus cũ plicatione brachij verſus pectus vt partes
ꝯducte melius adhereant. Si aũt fuerit in parte ſilue-
ſtri dꝫ ligari cũ brachio extẽſo ⁊ ſic ex illa forma diuer
ſa licatõis ⁊ locatõis facta in eodẽ mẽbro p vulnera in
diuerſis locis acquirit velocior ⁊ melior mod⁹ ꝯtinua
tõis partiũ ⁊ ꝯſolidationis. Si aũt vulnus iſtoꝝ locoꝝ
factũ cũ enſe ⁊ ſimilib⁹ fuerit paruum nõ indigens cõ-
ductura partiũ ꝯfortet ⁊ mundificetur ⁊ conſolidetur.
obſeruatis oĩbus alijs regulis de vulnerib⁹ ⁊ ligatiõe
⁊ dieta. Si vero ſagitta cubitũ intrauerit mollifica lo
cum cũ oleo ro. ⁊ dilata vulnus ſi poſſibile ẽ ⁊ extrahe
eam ſuauiter prout mag⁹ poſſibile fuerit ⁊ impleas vul
nus hora extractõis cum vitello oui mixto cũ oleo ro.
Scdo procedas cũ mũdificatiuo facto ex melle ro. ⁊ fa
rina hordei. Et ꝯforta locũ circa vulnus cũ bolo arme
no ⁊ oleo ro. ⁊ aliquantulo aceti mixtis. Et ſi aliqd ſup
fluitatis ibi appareret remoueat cũ vngẽto apoſtolo
rũ ⁊ ſimilibus. Facta mũdificatione incarnet ⁊ cõſolidet
cum rebus dictis ſuperius.

Ca. xj. de vulnere in raſeta manus cũ enſe ⁊ ſagitta
⁊ ſimilibus ⁊c̃.

q **Uomodocunqꝫ** fiat vulnus iſtius
loci cũ quocũqꝫ in
ſtrumẽto nõ eſt ſic timoroſum nec ſic mortale ſi
cut vulnus cubiti. Et hoc apparet ppterea q̃ determi
nata ſunt in anteriori capitulo ſꝫ gratia neruoꝝ loci val
de doloroſum eſt hoc vuln⁹ apoſtemaſ ⁊ ex infiltratõe
neruoꝝ ⁊ ligatõe eius diuerſa. Et qꝛ membꝝ declinat
multũ ſolent apoſtemata in hoc loco cũ vulneraſ mul
tiplicari. Si aũt vulnus ſit tale ꝙ requirat ſuturã fiat
ſi aũt nõ. non. Et ſi ſagitta locũ intrauerit: vel penetra-
uerit extrahaſ obſeruatis ꝯditionibus dictis ſuperius
Et ſit tota intentio tua in ꝯfortatione loci circa vulnuſ
cũ oleo ro. ⁊ bolo armeno ⁊ aliquantulo aceti mixtis vt
locus non apoſtemetur ⁊ in retentione doloris ſtatim.
Si paꝝ ſanguinis exiuerit a vulnere fiat flebotomia ĩ
manu ꝯtrarie partis leſe ⁊ ſupra vulnus prima die po
natur oleo ro. mixtũ cũ vitello oui vſqꝫ ad dies. iij. po
ſtea ponatur mel ro. cũ farina hordei. Et obſerueſ ad
iij. vel. iiij. dies dieta fri. ⁊ nõ bibat vinũ: ⁊ ſi p iſtũ or-
dinem ⁊ modũ dolor non ceſſaret miſceanſ cũ bolo ar
meno ⁊ oleo roſato ⁊ aceto. ℈. j. opij. ⁊. ʒ. j. papaueris ⁊
iuſquiami alborum ⁊ terantur omnia ⁊. ℥. ij. ſucci ſola
tri vel ſemperuiue ⁊ emplaſtretur locus qui eſt circa
vulnus ⁊ hoc ſepe in die dolore ceſſante romoueanſ
opium ⁊ iuſquiamum ⁊ papauer ne locus infrigidetur
⁊ debilitetur ex iſtis ſtupidis in omnibus alijs fiat vt
in ſuperiori diximus capło. Si autem poſt conſolidatio
nem ⁊ cicatrizationem vulneris raſete: vel cubiti vel
alterius nodi vbicũqꝫ fuerit remanſerit durities vel
nodatio ita ꝙ membrũ non poſſit flecti ponatur ſuper
locum continue emplaſtrum ꝙ ſic fit. Re. litargiri tri
ti. ℥. iiij. olei communis. ℥. x. mucillaginis fenugreci ⁊
ſeminis lini. añ. ℥. ix. mucillaginis maluauiſci. ℥. iiij.
accipiatur litargirium ⁊ ponatur in cazola ad ignem
cum oleo ⁊ permittatur bulire agitando ſemper cum
ſpatula tãdiu ꝙ litargirium diſſolutum ſit poſtea addã
tur mucillagines cum oleo predicto ⁊ litargirio ⁊ agitã
do cum ſpatula permittatur bulire tandiu ꝙ recipiat
ſpiſſitudinem in modum emplaſtrum ⁊ tune depona
tur ab igne ⁊ fiat emplaſtrum ſupra locum ⁊ reſerue-

tur vſui. Vngatur ⁊ mundificetur locus cum vngento
ꝙ ſic fit. ℞e. raſine. lib. ſ. cere. ℥. ij. olei de camomilla
lib. ij. farie ſe. lini ⁊ fenugreci. an̄. ʒ. ij. maſticis thuris
an̄. ℥. j. axūgie porci ⁊ pinguedis galline anſeris anatiſ
an̄. ʒ. ij. liquefiat cera ⁊ raſina ad ignē: ⁊ cū liq̄facta fue
rit addātur oīa alia ⁊ buliant aliq̄ntulū donec bene in-
corporata fuerint poſtea colent̄. Emplaſtꝝ predictū
ponatur continue ſup locū vt dictū eſt ⁊ de iſto vngen
to vngat locū oī die ſemel. Aliud vngētum. ℞e. axun
gie porci pinguedis galline anſeris ⁊ anatis an̄. ʒ. iij.
cere. ℥. j. litargirij. ʒ. j. olei cōis. ℥. iiij. farie fenugreci
⁊ ſemīs lini an̄. ʒ. j. bdeli opoponacis maſticis thuris
an̄. ℥. ſ. infundantur gūme in vīo ⁊ poſtea liquefiant
omnia cum gūmis ad ignē ita ꝙ bene incorporata ſint
colentur ⁊ reponant̄ in vaſe. hoc. n. vngentum magis
mollificatiuū ⁊ ꝯfortatiuū neruoꝝ eſt q̄ȝ illud ſuperius
⁊ in omni hora cū vnctio fit cū vngento ſi nō poſſet fle
ctere noduȝ moueat̄ ante ⁊ retro vt nerui per motum
cū vngēto maiorē recipiāt mollificationē ⁊ erit meliꝰ.

Cap. xij. de vlnere penetrāte ⁊ nō penetrante in pe
ctore ⁊ caſſo cū enſe ⁊ cultello ⁊ ſagitta ⁊ ſilibus ⁊c̄.

v Ulnera iſtius loci ſi nō fuerint penetrātia
ſiue ſint magna ſiue parua ſiue
cū ſagitta: habēt ⁊ habere debēt eūdē modū cu
rationis ex pte medicinaꝝ niſi q: magna lōga ⁊ lata in
digent ꝯductura partiū cū ſutura ⁊ ꝯſeruatione condu
ctaꝝ cum puluere prenominato. Et vulnera cū ſagitta
indigent extractiōe ſagitte leuiori mō ⁊ minori dolore
qui pōt fieri p̄ter iſta requirunt vulnera hoc ex pte loci ne
apoſtemet̄ vt locus circūdans ea ꝯfortetur ne mate-
riam ab alijs mēbris recipiat cū bolo ⁊ oleo ro. ⁊ ſimi
libus ⁊ hoc a principio q̄ſi vſq ad finē ⁊ indiget ratio
ne oīs per ꝙ ſanies mūdificari debet in prima die ⁊ i
ſecunda īpletione petiaꝝ vł tente infuſe in oleo ro. ca-
lido mixto cū vitello oui ⁊ pꝰ iſtos dies requirunt mundi
ficatiuū cū faria hordei factū cū ⁊ melle ro. vł cū faria
alteriꝰ grani hordeū non reperiet̄ vt eſt faria ſpelte ⁊
auene ⁊ ſiliginis oēs enīȝ iſte farine pāt ꝯmode in em-
plaſtro mundificatiuo pōi. Si aūt ſanguis nimiꝰ a vul
nere flueret tūc in primo die ⁊ ſecūdo loco olei ro. ⁊ vi
tello oui ponantur ſanguis ꝯſtrictiua de qbus in vulnē
colli ſm latū ſatis diximꝰ ⁊ in alijs locis. ⁊ poſt pfectā
conſtrictionē mūdificetur ⁊ incarnetur ⁊ ꝯſolidetur i fi-
ne. Si vero vulnus illius loci fuerit penetrās ꝯſidera
ſi aliquod mēbrū ex nobilibus fuerit leſum vt pulmo
vel diafragma vel paniculus diuidēs pectꝰ p mediū
ſecūdum latū tēſi perpēderis de leſione alicuiꝰ iſtoꝝ
dicas ipſum vulnꝰ eē mortale cū oīa iſta membra ſint
neceſſaria in anhelitu ⁊ reſtaurationē nō recipiūt nec
ꝓpter hoc deſiſtas a cura rationabili vt diximus ca. de
vulnere in gula nā multotiēs in talibꝰ natura ocite mul
totiens opatur ⁊ facit cū bōis inſtrumētis preparatis a
medico ꝙ medico īpoſſibile videbat̄ forti enī nature
nihil ipoſſibile eſt expellit enī ſaniem p oſſa ꝙ apud ho
minem ipoſſibile videtur. Sit ergo pma tua intentio
in cogitatione penetratiōis p exituȝ aeris a vulnere ⁊
maxime ſi obturent̄ nares ⁊ os īfirmi hora īquiſitiōis
⁊ ſi cum hoc grauedinem ⁊ pondꝰ in interioribus circa
diafragma ſenſerit ⁊ expuerit ſanguinem cū tuſſi ⁊ fe-
bris ſuperueniret iam certus es de penetratiōe. poſtq̄ȝ
ergo dubitaueris de penetratiōe vel ſecurꝰ fueris ſi to-
ta tua intentio primo dilatare vulnꝰ vt manifeſte liber̄
ſanguis ⁊ ſanies generata in intrinſeco p vulnus ipm
exire cū tenta īfuſa in oleo calido abſq vitello oui. ⁊ h
ſcias vſq quo manifeſta ⁊ libera tibi fuerit penetratō
manifeſta in caſſo ⁊ cū hoc ponas ꝯtinue bolū armenuȝ
cum oleo ro. ⁊ aliq̄ntulo aceti ſimilibꝰ circa vulnus. ⁊
poſtq̄ȝ tibi penetratio apparuerit ꝓcedas cū mundifica-
tiuis hoc mō primo ponas in vulnꝰ cū emboto vel in
ſtramento facto ad modū cliſteris vinū decoctiōis re
rum ꝙ ſic fit. ℞e. thuris myrrhe farine lupinoꝝ an̄. ℥
ſ. mellis ro. colati. ʒ. iij. floris camomille. ℥. j. vini al-
bi. lib. ij. buliant omnia in vino coletur hoc in colatura
vt dictū eſt ⁊ cū inſtrumento in vulnꝰ ponatur ſucceſſi-
ue ſm determinatā q̄ntitatē ⁊ ſm ꝙ infirmuȝ videbit̄
poſſe tolerare. Quo facto reuoluatur infirmus ſi poſſi
bile fuerit ſuper diuerſa latera ⁊ poſtea inclinet̄ ſuper
vulnꝰ ita ꝙ predictū vinū decoctionis exeat. Et totiēs
impōatur hoc vinū donec extrahatur ſi infirmus pote
rit tolerare in vna viſitatiōe donec colatū exeat. Si āt
infirmus iterationē vel iterationes decoctionis ſuſti-
nere nō poſſet ꝓpter debilitatē ſufficiat prima appoſitō
predicti vini abluentis ⁊ intra vulnꝰ cum tentā ⁊ ſuper
vulnus in modū emplaſtri ponat̄ mundificatiuū ꝙ ſic
fit. ℞e. mellis ro. colati lib. j. myrrhe thuris ſarcocol-
le an̄. ℥. ſ. farine hordei ⁊ farine fenugreci ꝙ ſufficit ad
inſpiſſandū in modū empſi. Aliud. ℞e. mellis ro. co-
lati. ℥. vj. terbētine. ℥. iij. farine hordei ꝙ ſufficit ad in
ſpiſſandū ⁊ cum iſtis mundificatiuis ⁊ ſimilibus con-
tinuantur omni die bis vel ſemel ablutio ⁊ poſitio em
plaſtri donec ſanies exſiccet̄ ⁊ cū exiccata fuerit īcarnet̄
locus ⁊ conſolidetur ⁊ in caſu vulneris caſſi non eſt au
diendus ſermo iſtorum q volunt incidere inferius ī la
tere coſtas inter quintum ⁊ quartam coſtā diminutam
vel inter tertiam ⁊ quartā q: poſtq̄ȝ penetratio eſt ma
nifeſta libere cū inſtrumēto exit ſanies ⁊ mūdificatur.
Et ſic per vulnꝰ lateris inferius factū nō fieret niſi ad-
ditio doloris ad dolorē ⁊ debilitatis ad debilitatem ⁊
amiſſio ſpūs ⁊ aeris duplx ⁊ eſſet cauſa maioris debili
tatis. Et p hoc vulnꝰ nouū in tali caſu non eſt faciēdū
niſi ille locꝰ inflaretur vel apoſtemaret̄ ⁊ eminentiā fa
ceret manifeſtam. Cū enim eminentia apparuerit in-
cidatur ſecure locꝰ ſm lōgitudinem coſtaꝝ ⁊ eaꝝ ruga-
tionē ſanies vel putredo extrahat̄ paulatim ⁊ ſucceſſi
ue ⁊ non in vna vice vel p̄ina inciſione ne ex ſbito exi-
tu ſaniei in maxia q̄ntitate talis ſpūs deficeret ⁊ infir-
mo ſincopis aut mors ſuperueniret nam nō ē poſſibile
vt q̄ntitas maxia ſupfluitatis vel non ſupfluitatis fluat
vel ſubito ab intrinſeco exeat qn ſpūs ⁊ calor veniāt cū
ea ⁊ diminuantur: diminutionē quoꝝ ſequit̄ defectis
⁊ ſincopis multotiēs. Et hoc volunt oēs philoſophi ⁊
ſpecialiter Ypo. vj. particula amphoriſmoꝝ vbi dicit
quicūq eſt pici. aut ydropici vruntur aut icidūtur his
fluente ſanie aut aq̄ repēte oīo pereūt. Facto vulnere p
inciſionē eminentie apparentis ſtati p̄ter ꝙ ſanies mł
ta exeat impleat̄ vulnus ⁊ profundetur tenta infuſa in
oleo roſato ⁊ melle roſato mixtis vſq ad interiora ita
quod tota ſanies que remanſit in ſequenti poſſit extra-
hi ⁊ locus intrinſecꝰ perfecte mūdificari abſq vllo im
pedimento hoc facto a vulnere ſuperiori extrahatur tē
ta ⁊ mūdificet̄ locꝰ cū vngento apoſtoloꝝ ⁊ ſimilibus ⁊
conſolidetur q̄ citius poſſit conſolidari. Abluat̄ omni
die vulnꝰ cū vino ſimplici vel cū vino decoctiōis myr
rhe ⁊ cortiū granatoꝝ vel balauſtiaꝝ aut cum vino de-
coctionis aluminis zucharini corticum granatorum ⁊
myrrhe ⁊ ſimilium ⁊ incarnetur ⁊ conſolidetur ſup vul
nus nouū eminentie a prima viſitatione in antea ⁊ cuȝ
tenta ponat̄ emplm̄ dictum ſupius ⁊ intra concauitatē
ponatur vinum decoctionis reꝝ dictaꝝ in emboto vel
cliſteri vt narratum eſt: ⁊ circa vulnꝰ de bolo cum oleo
roſato ⁊ aceto: ⁊ fiat hoc vſq ad pfectā exſiccationem
ſaniei que exſiccata incarnetur locꝰ cum puluere facto
ex thure maſtic ⁊ mumia mixtis equaliter ⁊ conſolide
tur cum puluere nucuȝ cypſſi mumia ⁊ bolo galla ⁊ dra
ganto mixtis eq̄liter. Et ablutiōe vini ſtiptici puri oī
die in quo ſtupe ⁊ petie infundātur continue hora muta
tionis ⁊ ligationis vulneris. Si autē penetratio vulne
ris ad interiora ſeu inceſſatio fuerit dubia neq cuȝ tē
ta neq cum appoſſitione olei ro. calidi cum tēta neq
cuȝ alia re poterit a medico p ſuā opationē manifeſtari
tunc oportet ꝯſiderare in grauedine infirmi ⁊ grauedie
coſtaꝝ ex parte vulneris. ⁊ attendere ſi ſupuenerit feb.
⁊ debilitas appetitus ⁊ vigilie ⁊ mala reuolutio de la-
tere in latus ſeu grauitas reuolutionis ſi autē nutrimē-

tum eoꝝ affuerit neqꝫ maioꝛ pꝫ. ſignum ē ꝙ natura eſt
foꝛtis nō timens hanc leſionē cui nihil eſt impoſſibile
natura ipſa inuenit mediū quo hoc occultū cū inſtrumē
tis bōis medicinalibꝰ pfecte curabit. Et ꝓpter hoc nō
eſt neceſſariū in tali caſu vt ꝓcedas niſi cū medicinis
dictis ſuperiꝰ in vulnere illius loci nō penetrante. Si
vero ꝓdicta ſigna apparuerit oīa vel pro maioꝛi pte cō
ſiderandū eſt. Si aūt fuerit debilis ꝛ male appetens
atqꝫ male doꝛmiēs moꝛtale eſt ꝛ nihil faciēdū niſi cō
muniter ꝛ mō cōi. Si aūt medicꝰ ꝯſideret de virtute
infirmi. ꝛ cum hoc inueniret infirmū tolerantē infirmi
tatem ſuā bene aut ꝯpetenter tūc conueniēs eſt vt fa
ciat medicꝰ vulnus nouum in loco inferioꝛi declini i la
tere infirmo verſus ſpinā ꝛ elōgatū a ſpina ſm lōgitu
dinem coſtaꝝ ꝛ eaꝝ rugationē inter quintā coſtā ꝛ qr
tam vel inter tertiā ꝛ quartā ſed diafragma reuertitur
ꝛ reflectitur in ſua ꝯtinguatione cū ſpina ꝛ coſtis vſqꝫ
ad tertiam coſtā ꝛ plus ꝛ iſta reflexio etiā ſi fiat incaſſa
tio cum raſorio a medico īpedit exitū ſaniei etiaꝫ ſan
guinis collecti ſupra ipm diafragma ꝓpter hoc meliꝰ
eſt vt pfoꝛatio cū raſorio vel caſſatio facta a medico ſi
at inter quintā coſtā ꝛ quartā ꝙ̃ inter quartā ꝛ tertiam
ne illud impedimētū adueniat: credūt enī medici non
penetraſſe cū raſorio cū penetrauerit ꝑꝑ illō īpedimē
tum ꝛ ſic incidūt i erroꝛe quē credūt accidere eo qō cū
raſoꝛio non ꝯſecuti fuerunt vltimū ſed hoc non accidit
niſi ꝑꝑ illud ꝙ diximus. Facto vulnere nouo vt diximꝰ
ponatur tenta infuſa in oleo roſato calido vſqꝫ ad pro
fundum ꝛ hoc vſqꝫ quo incipiat ſaniem emittere. ꝛ ho
ra diſſolutionis ꝛ mutationis nō dimitatur vulnus ex
pirare pro poſſe niſi in tantum ꝙ ſanies exeat aut ꝙ tē
ta noua iponatur qꝛ longa expiratio vulneris illius lo
ci ducit infirmum ad defectuꝫ ꝛ ſincopi. Cū vero ſa
nies incipiet apparere vel a vulnere emitti mundifi
cetur locꝰ intrinſecus vulneris noui ꝛ preparet vulnus
nouū cū vino decoctiōis reꝝ dictaꝝ ſuperius ponēdo
ipſum vinū intra cū emboto vel cliſteri ꝛ ſuꝑ vulnus
ꝛ cum tenta emplaſtꝝ aliqō ex dictis ſuꝑius in eodem
caplo. ſed a vulnere antiquo tūc cuꝫ noui vulneris fiat
mundificatio tēta extrahaꝛ ꝛ incarneꝛ ꝛ ꝯſolideꝛ. Nā
mundificatio noui vulneris excuſat ſuperiꝰ ꝛ antiquuꝫ
ab oī mūdificatiōe ꝛ periclo. Dieta eiꝰ a ꝓncipio quouſ
qꝫ ſecurus fueris de apoſtemate loci ꝛ quouſqꝫ infirmꝰ
inceperit ꝺbilitari ſit succꝰ hoꝛdei ꝛ farri factus a lacte
amigdalaꝝ vel ipſum amigdalarū per ſe vel olꝰ de ſpi
nachijs lactucis ꝛ boꝛagine ꝛ feniculo conditis cum la
cte amigdalaꝝ vel aliud olus eius conditionis potꝰ vo
eius vſqꝫ ad idem tempus ſit aqua decoctionis yſopi
liquiritie vel aqua decoctionis granoꝛum granatoꝛuꝫ
dulciū vel aqua decoctiōis hoꝛdei cū radice fenicli vel
petroſillij ꝛ hic melioꝛ ē alijs duobꝰ. Cū vero infirmꝰ
inceperit debilitari vel ſanies emitti dētur carnes edi
ne vel pulloꝛum elixatoꝝ vel bꝛodia ipſoꝝ cōdita cum
vitellis ouoꝝ. Et cū puluere de ſpeciebꝰ qui ſic fit. Re.
cinamomi. ℥. i. cardamomi. ʒ. ij. croci. ʒ. ſ. terant ꝛ cri
bꝛentur de iſto ponatur ſuꝑ oīa cibaria. Bibat etiā tunc
tēpoꝛis infirmꝰ vinum albū claꝝ odoꝛifeꝝ ꝛ limphetur
cū aq̄ decoctiōis hoꝛdei dicta vel cū aq̄ ſimplici cali
da in hyeme ꝛ frigida in eſtate. Cum aūt infirmꝰ cepit
roboꝛari ꝛ fames deſiccari des ei carnes caſtrati ꝛ arie
tis vniꝰ anni ꝯditas diuerſimode in teſtula i piſtello ꝛ
cum ſpeciebꝰ dictis ꝛ iaſſatura capōes ꝛ faſianos ꝛ per
dices ꝛ gallinas ꝛ aues in arboꝛibꝰ ꝛ in pꝛatis ꝛ non in
aquis ꝛ vinuꝫ ſperiꝰ liphatum ꝛ naratuꝫ. Si timeres
de feb. adde ꝛ diminue in vīo ꝛ carnibꝰ ſm vtutē ꝛ de
bilitatē infirmi. ꝛ ſm intēſionē ꝛ remiſſionē fe. nā ſi fe
bꝛis nimis augmētaretur reddas ad ꝓpam dietā ꝛ pꝛi
mum potū. Si autē carnes nolet loco carnis cuꝫ rebꝰ
alijs comedat lucios ſalitos ꝑ vnū diē vel aſſatos vel
temalos vel ſcarduas vel ſtregios vel carpiōes ꝛ ſiles
aſſatos vel elixatos ꝯditos cum ſpēbꝰ ꝛ cū zucharo et
cum vua paſſa ꝛ aqua ꝛ petroſilli ꝛ aliquantulo aceti.

Facta mundificatione vulneris ꝛ exſiccata ſanie icarne
tur locꝰ ꝛ diminuatur q̄ntitas tēte ꝛ ſm lōgum ꝛ ſm la
tum omni die donec fuerit vulnꝰ incarnatum ꝛ in fine
cōſolidetur. Si autē hoc vulnꝰ penitus ꝯſolidari non
poſſet vel cōuerteretur ad fiſtulā ſequēti cap. narrabi
mus q̄liter in hoc ꝯ cōuerſionē eiꝰ ad fiſtulā vl'a diſpo
ſitione q̄ impedit conſolidationem te regere debes.

Capitulum. xiij. de vulnere penetrante ꝛ non pene
trante in doꝛſo ꝛ ſpina cum enſe ꝛ ſagitta ꝛ ſimilibus.

m Agis timoꝛoſa ſunt vulnera doꝛſi ꝙ̃ thoꝛacis ꝛ partis an
terioꝛis ꝛ maxie ſi ſunt penetrātia nam ſpiritua
lia mēbꝛa oīa cuꝫ doꝛſo ꝛ pte poſterioꝛi alligata ſūt foꝛ
ti ligatura. Vn̄ ex parua penetratiōe ad interioꝛa pōt le
di iſte ligatiōes neceſſarie ad vitā q̄ leduntur afferunt
periculum ꝛ moꝛtē vltra ꝙ̃ afferāt leſiones mēbꝛoꝛum
alioꝝ ibi exiſtētium ꝛ cum leſiōes iſtoꝝ ligamentoꝛuꝫ
potiꝰ ꝛ meliꝰ poſſint ꝯtingere ex vulnere doꝛſi penetrā
te ꝙ̃ ex vulnere partis anterioꝛis hn̄ apparet ꝙ vlnera
doꝛſi magis timoꝛoſa ſunt. ꝛ cum hoc nuca cum ſpina
pōt ledi leſio cuiꝰ nō eſt mala ꝓpter ſe tātum. ſed ꝑꝑ ſe
ꝛ ꝓpter mēbꝛa ad q̄ mittit neruos motiuos ꝛ ſenſibi
les ſed ex vulnere anterioꝛi hoc nō ꝯtingit ꝛ ꝓpter hoc
etiā magis ſunt timoꝛoſa vulnera poſterioꝛa. Si autē
vulnera doꝛſi facta fuerint cum ſagitta vel cultello ꝛ ſi
milibꝰ ſi fuerint penetrantia non leuiter oꝫ vt ipa ſagit
ta extrahatur ꝛ cum ꝓuatione doloꝛis ſi poſſibile fuerit
vel ſm qō poſſibile fuerit qua ſagitta extracta ꝓcedat
in nō penetrāte ꝛ penetrāte manifeſte ꝛ non manifeſte
vt ſuperiori cap. aperte diximꝰ ꝛ ratiōe inciſionis late
ris ꝛ inter coſtā ꝛ coſtā in pte inferioꝛi ꝛ ratiōe diete et
mundificatiōis noui ꝛ veteris vlceris. Et ſi cum hoc
nuca leſa fuerit ꝓcedas vt ſcriptum eſt ca. de vlnere col
li cum rebꝰ ꝯfoꝛtātibꝰ nucā. Obſerua cum hoc in ſupe
rioꝛi ꝛ iſto ca. regulā flebotomie ꝛ ventoſatiōis ſm ꝙ ti
bi videbitur de exitu multi vel pauci ſanguis a vlnere
penetrāte vel nō penetrāte. Et nō omittas opus cliſte
ris die aliq̄ vel opꝰ ſuppoſitoꝛij ꝙ̃uis alia dimitteres:
qꝛ in hoc ca. ꝛ ſuperioꝛi valde vtile ꝛ eſt bonum nō eniꝫ
cliſtere ſeu largitas ventris ꝑmittit de leui ſaniē neqꝫ
aꝑa colligi in loco. Si autē vulnera iſtoꝝ locoꝝ pene
trātia nō exſiccarentur ſm ꝙ videbitur medico in tpe i
quo deberēt exſiccari neqꝫ incarnentur ſm ꝙ deberēt
incarnari iā ſignum eſt ꝯuerſionis eoꝝ aut ad fiſtulam
aut ad malā diſpoſitionē q̄ eoꝝ impediet ꝯſolidationē
Cum ḡ medicꝰ perpēderit de hoc tunc ſecure reducat
curā iſtā ad ca. de fiſtula in quolibet mēbꝛo dictum ipꝰ
libꝛo vel ad ca. de aꝑate penetrante in coſtis ꝛ ibi inue
niet curā iſtā terminatā pfecte ꝓut nobis poſſibile fuit
ibi manifeſte dictum ē ꝙ medicus faciat vſtionem la
bioꝝ vlceris cum ferro ignito tendente vſqꝫ ad ꝓfun
dum ꝙ poſſibile fuerit. ita ꝙ aliqō nobilium intrinſe
coꝛum mēbꝛoꝝ nō poſſit ledi i poſt hoc ꝓcedat cum re
motiōe eſcare: ꝛ mundificatiōe ꝛ ꝯſolidatiōe multos i
fiſtulatos hn̄tes fiſtulas penetrātes nr̄o tpe ꝑ iſtum mo
dum curauimus in dicta ꝛ alijs fiat vt dictum eſt.

Capitulū. xiiij. ꝺ vulnere penetrante ꝛ non penetrā
te in oꝛe ſtomaci cum ſagitta ꝛ ſimilibus ꝛ cetera.

ſ I autem locus iſte vulneraref quo cunqꝫ vlneref. ꝛ ex quocunqꝫ inſtrumēto poſtq̄ nō penetrans
fuerit vulnꝰ nō cadit dubium in eo ꝑ erroꝛes medici
qui ꝑmitteret ipm aꝑari ꝛ infirmi ſuꝑ ſeipm extrahatur
ſagitta vel aliō inſtrumētum ſi ibi infuſum fuerit ꝛ hoc
pōt de leui fieri cum locꝰ hic oſſe careat quo extracto i
pleatur locꝰ pꝛima viſitatiōe cum oleo ro. calō in hye
me ꝛ frigido in eſtate mixto cum vitello oui ꝛ confoꝛ
tetur locus eius circa vulnus cū oleo roſato ꝛ bolo ar
meno ꝛ aliquantulo aceti ꝛ ſucco ſolatri vel ſpuiue ſecū
da viſitatione ponas ſuper vulnus ꝛ intra mundifica
tiuum ꝛ hoc vſqꝫ ad tempus incarnationis. Si autem
vulnus non penetrans longum vel latum ꝛ magnum

⁊ amplum fuerit conducas partes ⁊ dimittas vnũ extremorum vulneris ⁊ maxime magis decliue apertum vt ſanies libere fluat vt in ſutura nocumentũ non inferat. Super ſuturã vero ponas puluerẽ ꝯſeruatiuum ſuture dictũ multis locis ⁊ circa vulnus defenſiuum ꝯſpatis ⁊ in ore ⁊ ſupra os vlneris decliue mũdificatiuum de melle ro. ⁊ farina hordei vel de alia faria eiuſdem nature ⁊ ſic curatur ipm vſqꝫ ad finẽ mundificationis. Et tũc cũ vino calido ſtiptico ⁊ puluere incarnatiuo incarna ⁊ ꝯſolida. De flebotomia ⁊ ſcarificatiõe cliſteri ⁊ ſuppoſitorio ⁊ dieta ⁊ potu vſqꝫ ad ſecuritatẽ ne locus apoſtemet facias vt in alijs. Si vero vuln⁹ huius loci vſqꝫ ad ſubſtãtiaꝫ ſtomaci penetrauerit ſiue fuerit cũ ſagitta tm̃ ſiue cũ alia re pꝛio extrahe ſagittã leuiter ⁊ ſi poſt extractionẽ emiſerit ſanguinẽ cũ ſputo ⁊ vomitu ſignũ eſt ꝙ ſagitta vel inſtrumẽtum penetrauerit vſqꝫ ad intrinſeca oris ſtomaci ⁊ tunc iudica ipm mortale tũ propter affinitatẽ quã hẽt iſta pars cũ cerebro vt ſcitur ex anathomia timẽdum eſt de ſpaſmo ex dolore tũ ꝑꝑ neruoſitatẽ illi⁹ loci q̃ ĩpedit conſolidationem tũ ꝑpter officium ſuum ꝙ deſtruit neceſſariũ toti corpori videlicet appetere cibũ ⁊ nutrimẽtuꝫ corpori neceſſarium ſine quo vita ſtare non poteſt.

Cura ergo ipm cũ ꝯfortatiuo ⁊ mundificatiuo ⁊ plurimum cuꝫ ĩcarnatiuo facto de thure ⁊ ſimilibus ⁊ nõ preſumas aliquo mõ ponere tẽtaꝫ q̃ intret ĩ ore vulneris ſubſtantie ſtomaci. ſed tamẽ ſis content⁹ ponere mũdificatiuũ cum tenta q̃ penetret vſqꝫ ad ſupficiem vulneris oris ſtomaci. ſed tota tua intentio poſt quartum aut quintũ diẽ ſit in incarna. iõe vlneris qa non indiges quaſi alia re nã excita ĩcarnatione natura incipit locũ neruoſum conglutinare cuꝫ ligamento ⁊ ꝑ iſtã viã curaẽ ſi curationẽ recipere põt. Bibat ꝯtinue ſi poſſibile eſt aquã decoctiõis thuris ⁊ maſticis. ⁊ p⁹ quartũ diem vel quintum da patienti ⁊ ſecure vinum ſtipticũ ⁊ limphatũ cũ aq̃ ꝑdicta calida vel frigida ⁊ nõ cum alia aqua ⁊ ꝑ iſtã viã poterit incarnari. Uidi quẽdam q vulneratus fuit in hoc loco cum ſagitta magna penetrante ad poſteriora ita ꝙ exiuit ꝑ partẽ poſteriorem ⁊ ſolum cũ ablutione vini curat⁹ fuit ⁊ vixit lõgo tempore. ſed eum non curaui. Si autẽ vulnus venerit vſqꝫ ad mediũ ſubſtantie oris ſtomaci vel nõ penetrauerit vſqꝫ ad interiora oris ſtomaci ꝙ ſcies qꝛ cũ ſaliua nõ emittit ſanguinẽ neqꝫ cũ vomitu tũc minoris periculi eſt ⁊ leuioris curationis curet vt dictũ eſt de penetrante euitet tẽta vel niſi in ore vulneris pellis cooperientis os ſtomaci incarnet ſm tuũ poſſe veloci⁹ hic locus qꝛ meli⁹ eſt ⁊ vtili⁹ ꝑ bono fine ⁊ ſpãliter ĩ hoc loco.

Capitulũ. xv. de vulnere in vẽtre a ſtomaco ĩferius vſqꝫ ad femur penetrante ⁊ nõ penetrante cũ vulnere inteſtinorum ⁊ ſine vulnere eorum facta cum enſe ⁊ ſimilibus ⁊ ſagitta ⁊ modo extractionis ⁊ cetera.

Cura vulnerum iſtoꝝ locoꝝ ſi nõ fuerint penetrantia nõ variatur a cura vulneris nom penetrãtis ſuperioris capli. Si aũt penetrãs fuerit ꝑpter ſagittã q̃ penetrauit ab intra aut ꝑpter vuln⁹ ꝙ ſic factũ eſt et alio inſtrumento primo extrahe ſagittaꝫ ſi eã videris ⁊ ſi eã inuenire non poſſes dimitte qꝛ in talib⁹ ſagittis ſic abſconſis ⁊ q̃ inueniri nõ poſſunt aut ꝑꝑ paruitateꝫ aut ꝑꝑ occultatem ſi hõ remanet in vita nã operaẽ temporaliter ⁊ ocolte in eis ⁊ eas reducit ad aliquod membꝛuꝫ manifeſtũ in extriſeco ita ꝙ de leui haberi ⁊ extrahi poteſt ꝯuenit ẽt ꝙ ꝯſideres in vulnere illi⁹ loci vtrum zirbus vel reticula ſiue omẽtum ꝙ idẽ eſt aut inteſtinum ſeu pars epatis vel ſplenis ex ipo vel ꝑ ipm exiuerit d̃bes conſiderare an denigratus fuerit an non. Si autẽ denigratus nõ fuerit redi ipm ad interiora ſi vuln⁹ eſt ſufficiens ⁊ poſtea ſue locũ ꝯprehendo ſiphac cum acu interi⁹ ⁊ pellem exteriorem ne poſt ꝯſolidationẽ pellis exterioris ſit ruptura ⁊ apiatur ĩ loco ꝑpter ꝙ partes ſiphac inciſi nõ fuerũt ꝯducte ⁊ ſic nõ ꝯglutinate. Et ſi a principio a medico ꝯducte fuiſſent ⁊ ſic per viam iſtã amplius non ꝯglutinantur niſi medic⁹ cũ raſorio innouetur vuln⁹ ⁊ partes d̃ nouo vt a principio ſue do ſiphac interi⁹ cõducerentur. Si autẽ vuln⁹ nõ fuerit ſufficiẽs dilata ipſum cũ raſorio ſapiẽter ⁊ poſtea reducas ⁊ procedas vt diximus cũ ſutura. Attende ꝙ ſutura q̃ fieri d̃bet in vulnere penetrante iſti⁹ loci põt fieri duob⁹ modis pꝛimo vt ꝑtes ſiphac diſtantes ꝑpa ſutura ꝯducanẽ ⁊ poſt illõ ⁊ ſupra illud ꝑtes pellis exterioris cũ ſutura conducantur ſecundo vt vnica ſutura ꝑtis pellis exterioris ⁊ ſiphac interioris. comprehendantur ⁊ ad inuiceꝫ cũ pũctis neceſſarijs ꝯducantur ⁊ hec magis durabilis ⁊ velocioris opõnis q̃ꝫ alia ſed ĩ ꝑma mior eſt deceptio q̃ꝫ in illa. Oẽs ſuture vt dixim⁹ fiant cũ filo incerato. Si vero zirb⁹ denigratus fuerit remoue nigꝝ ⁊ corruptũ ⁊ tange partẽ iſtã a q̃ corruptũ ſeparatuꝫ eſt ferro ignito ſuperficialiter ⁊ leuiter vt orificia venaꝝ zirbi remanentis bñficio cauterij reducaẽ quo facto reducẽ ſanũ ad interiora. ⁊ poſtea ꝯducas ꝑtes ſm aliquẽ modũ narratũ. Si vero illud ꝙ exiuit a vulnere fuerit inteſtinũ ⁊ nõ fuerit vulneratũ reduc ipm ad interiora. ſi aũt reducere nõ poteris ꝓcede in reductione duob⁹ modis pꝛimo calefacias ipa inteſtina ⁊ mollificies cũ ſpongea magna infuſa in aquã decoctiõis camomille ⁊ ameos ⁊ aniſi ⁊ iungas ea cũ oleo de camomilla poſtqꝫ calefeceris cũ ſpõgea predicta tũc conaẽ ea ad interiora reducere ⁊ ſi ꝑ viã iſtã nõ poteris ea reducẽ ãplia vuln⁹ leuiter ⁊ ſapiẽter ⁊ ea reducas poſtea cõducas ꝑtes vt dixim⁹. Si vͦ iteſtia q̃ exiuerit fuerit vulnerata iudica ipm vuln⁹ mortale ſed a cura nõ deſiſtas rationabili. Si aũt inteſtina fuerint ex tranſuerſo vulnerata ⁊ inciſa totaliter. ita ꝙ nihil de ꝯtinuitate remaneat tũc de neceſſitate vuln⁹ mortale eſt ⁊ curationem nõ recepit. Si inteſtina inciſa fuerint ſm longuꝫ ſiue ex tranſuerſo ſm partẽ ⁊ nõ ex toto ꝯducas partes ſecure inteſtini inciſi ⁊ ſm lõgũ ⁊ ſm latũ ⁊ cũ ſutura ſm modũ quo opantur pilipari qꝛ mod⁹ ſuendi in hoc caſu vtilioꝛ ẽ qꝛ ꝑꝑ ꝯtinuitatẽ fili ſutura magis durat et durabilitas ſuture multũ ẽ vtilis in hoc caſu vt natura longius habeat tẽpus in genere ligationis ꝑtiũ ſeu ligamenti tardaẽ enĩ gñe ligamẽti illi⁹ loci ꝑpter curſuꝫ ſupfluitatũ ſtercoris ⁊ ꝑ inteſtina ſup ſuturã inteſtinoꝝ ĩmediate ponas puluerẽ q adhereat ſuture ⁊ inteſtis qui ſic fit. Re. maſticis dragagãti gũmi arabici añ. ℥. 5. ſanguis dracõis mumie añ. ʒ. ij. pulueriƷenẽ ⁊ cribrenẽ ſed añqꝫ ponaẽ pulũis calefiãt inteſtia cũ ſpõgea infuſa ĩ vino calo vel infuſa in aq̃ decoctiõis reꝝ ſupradictaꝝ. ⁊ poſt ablutionẽ exſiccetur ⁊ tũc põatur dict⁹ pulũis ſup ſuturã in maxima q̃ntitate. Et cũ hoc factũ fuerit reducatur ad interiora ⁊ ſi reduci nõ pñt dilatetur vuln⁹ vt dictũ eſt ⁊ cũ reducta fuerit ꝓcedatur in ſutura ſiphac ⁊ pellis vt dixim⁹. ⁊ nõ aſculteẽ ſeu audiaẽ ſmo iſtoꝝ q dicũt ꝙ intra inteſtinũ añqꝫ ſuaẽ dꝫ põi canula aliq̃ ſambucina vl̃ alia ⁊ ſup iſtã canulã dꝫ ſui inteſtinũ vlneratum eo ꝙ ſiũt errores in h̃ caũ qꝛ cũ inteſtio multe ſũt ĩuolutiões ⁊ tortuoſitates vt natura poſſit illõ canõ ſuꝫ ligneũ expellere: ⁊ ſic ꝑ ocurſum ei⁹ ad exitũ ſupfluitatis induceret dolorẽ in loco vt apareret iteſtinũ ⁊ ficret vuln⁹ mortale ꝙ poterat eẽ curabile ſꝫ ſi deberet poni aliqd ibi meli⁹ eẽt in loco canule ꝑs inteſtini alicui⁹ animalis poneret. nã hoc applicabile ⁊ magis obediens ad naturã ſed neqꝫ hoc neqꝫ aliõ ẽ vtile in hac operatione ad maiorẽ ꝯfirmationẽ nr̃e opatiõis dicte ponemus tibi ex^m ꝙ nobis ꝑmanib⁹ ocurrit. Curaui quendam hominẽ de papia de ꝑdela q vocabaẽ Joãnes q cũ quodã cultello percuſſit ſe in ventrẽ ⁊ ex vulnere inteſtina ⁊ erãt vulnera ſm longũ ⁊ ſm latũ fuit ead̃ hora Octobon⁹ de papia vocatus ad eũ videns ipe inteſtina infirmi vulnerata ex corpus dixit mortuus eſt volens ipe magiſter reducere inteſtia ad interiora nõ potuit qꝛ inflata erant ⁊ vuln⁹ ventris ſtrictũ ⁊ ſic venit dictus magiſter cũ amicis infirmi ad me in palatio cõ-

munis in quo erā rogans vt amore ſui irē ſecum cauſa
videndi infirmū ⁊ ſic feci ⁊ cū vidi infirmū ſic ſtantez
cum inteſtinis vulneratis multū timui ſed ſtatim feci
apportari vinū calīm q: tēpus exportatiōis ſup alia nō
erat. ⁊ cū iſto calefeci ⁊ ablui inteſtīa ⁊ hora ablutionis
cum vino exibat a diuerſis vulneribꝰ ſtatim ſtercꝰ in
teſtinoꝝ poſt ablutionē ꝯduxi partes inteſtinoꝝ cū ſutu
ra facta ad modū pilipārioꝝ ⁊ ſuper ſuturā ꝯducentez
partes vulneꝝ inteſtinoꝝ poſui puluerē ſupra dictū ſm
bonā q̄ntitatē ⁊ ſtatim adheſit ⁊ poſt ſuturā volui inteſti
na reducere nō potui tūc accepi raſoriū ⁊ dilataui vul
nus ſm debitā q̄ntitatē ⁊ modū ⁊ ſtatim reduxi ea ad i
teriora poſt hoc cōduxi ptes ſiphac ⁊ pellis exterioris
vnica ſutura ſimul ꝯtinuaui curā cū mrō Octobono ⁊
curatus fuit ⁊ habuit infirmꝰ poſt curationē vxorē ⁊ fi
lios, ⁊ vixit longo tpe. Si vero a vulnere illiꝰ loci exiue
rit epar ſm ptē ⁊ eſſet vulneratū in ſpiſſitudie curatio
nem eiꝰ nō recepit tū ꝓpter emorroſagiā ſanguinis vl'
fluxū ſequentē vulnꝰ tū ꝓpter neceſſitatē ſue oꝑationis
⁊ ꝑ totū corpꝰ ſed ſi ex aliq̄s minutas ⁊ ſbtiles partes
eius vulnꝰ ꝑuū fieret poſſet liberari. ḡ cū ſtatim appet
extra epar vel ſplē intromittatur. q: vulnera iſtoꝝ mē
broꝝ non recipiūt oꝑōnē manualē niſi vt reducat̄ ⁊ cū
reducta fuerit fiat ſutura i ſiphac ⁊ pelle exteriori ⁊ vul
nera iſtoꝝ mēbroꝝ reliquātur nature ⁊ mortalia iudi-
centur ⁊ cū ſuturā feceris in oibꝰ vulneribꝰ iſtoꝝ locoꝝ
circa ptes exteriores ponas ſup ſuturā puluerem ſuture
conſeruatiuū ⁊ circa vulnꝰ defenſiuū quibꝰ tibi i ante-
rioribꝰ fid: fecimꝰ multotiens: ⁊ nō cures multū i vul-
neribꝰ iſtoꝝ locoꝝ vti mundificatiuis q̄ faciūt ad dila-
tationē ⁊ corruptionem ſuture q̄ eſt valde neceſſaria ⁊
vtilis in eiſdē ſed ꝓcede cū emplō incarnatiuo ⁊ mū
dificatiuo q ſic fit ponēdo ſuper puluerē ꝯſeruatiuū ſu-
ture. ℞. thuris. ℥. j. mumie ſanguis draconis maſti-
cis aā. ℥. ij. mellis roſati colati. ℥. vj. farine hordei ꝙ
ſufficit ad inſpiſſandū ⁊ poſt illō ꝑ aliqō tps breue po-
natur incarnatiuū ſimplex ⁊ poſtea ꝯſolidet̄. dieta eius
ſit vt dictū eſt ſ; ſi poſſet facere ꝙ in cibarijs ſuis ⁊ po-
tibꝰ vteret̄ aq̄ decoctionis maſticis vl' thuris eēt mul
tū vtile. Si aūt ꝯtingeret ꝙ ſanguis ⁊ ſanies remane
ret in ſiphac ⁊ inteſtīa q̄ nō poſſet mundificari ꝑ ſuturā
factā nō cures multum q: natura facit ⁊ faciet de illa ſa-
nie vel ſanguīe vnum de duobꝰ: aut ꝙ eū reſoluet ſicut
ſit in multis aꝑatibꝰ aut ducet ad loca inguinum ⁊ fit ibi
aꝑa circa q̄ꝫ aꝑationē ꝓcedas cum maturātibꝰ ⁊ alijs
neceſſarijs ⁊ inciſionibꝰ ⁊ mundificatiuis vt ſcriptum
eſt li. primo. Et ſi ipā natura per aliquē iſtoꝝ modoruz
ꝓcedere nō poterit ꝯ id qō remanſerit eſt ſignū mortis
⁊ vulneris ⁊ loci incurabilitatis ⁊ fortis leſionis poten
tis naturā ⁊ eiꝰ oꝑōnē aliqd ꝓficere vel ꝯferre. Attende
ꝙ largitas vētris in hoc caſu ē ꝯtinue neceſſaria ⁊ ꝓpa
cū cliſteri lenitiuo vel burſa facta in modū cliſteris et
ſuppoſitorio de fellibꝰ vl' de re aliq̄ molli nō mordican
te ⁊ ꝑ h' rnu: f tali gēma ⁊ ſuppoſitoriū d ſapōe ⁊ ſilibꝰ
